UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

Visual Library

Th. 3241.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

=376

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



D. DIONYSII CARTHVSIANI,

luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria.

lib. Coll. Soc. Iesu Paderborn. a. 1611.

¶Eiusdem in omnes vtriusq; Testamenti libros Epitome.

¶Aeditio prima, Coloniæ. 1532.

¶Cum gratia & priuilegio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN ACTA APOSTOLICA, PER D. DIONysium Carthusiensem luculenter enarrata, Alardus Aemstelredamus

Tradidit immenso quæcunq; volumine Moses
Confidas & ames, hæc satis acta docent
I nunc, & ceu dura dei præcepta recusans,
Dæmonis in Baratrum te semel abde miser

Idem in eiusdem Epitomen

Quo tibi promptius sit optime lector, vbi videbitur vel quod voles promere, vel recondere ac omnia breuiter quæcunq; legis in sacris vtriusque testamenti libris, velut in nidos quosdam seu communes locos digerere. Ecce tibi D. Dionysij Carthusiensis Epitomen, qua offendes quicquid vsquam sit insigne in omnibus bibliorum arcanis, iuxta librorum capitumq; ordinẽ. Proinde si quid erit vel obiter quacunq; etiam ratiõe tractandum, semper aderit ad manum parata supellex.

Eiusdem Phalecium

Ne damnes, lacereſue, rideasue,
Quod sit plana phrasis, stiluſq; simplex,
Non ascitus, & hinc, & inde sumptus,
Istis quo Dionysius libellis
Conscriptis rudiusculis sit vsus
Nam vili preciosiora sæpe
Testa materiaq; conteguntur
Ornari quid opus, modo doceri,
Res contenta satis sit, expetentiẽ

Aliud eiusdem.

Sensa tenes, rerumq; caput, seriemq; locorum
Quid potui verbis dicere plura tribus?

RELIGIOSO

ADMODVM PATRI D. THEODO
rico Loer a stratis Vicario domus Car
thusiensis in Colonia Ioannes
Batmansonus.
SDP.



Vanquam de facie quidem mihi ignotus sis, religiose pater, non tamen fama: ea præsertim parte, qua iam aliquamdiu tã gnauiter nauaris operam imprimendis D. nostri Dionysii operibus, in quo tam sancto negotio, vt non fatigeris adhortor quantum possum, id quod feci etiam altero anno in publica charta capituli, aliis adiunctus patribus in diffinitorio, cui licet idignus, affui. Nec est certe cur fatigeris, quandoquidem opus tam pium est, multisque grauissimis ac doctissimis viris mirum in modum placens & etiam vtile. Quod enim citra aliorum iniuriam dixerim, nullus in hunc diẽ prodiit autor, qui plus frugis lectoribus attulit: quo ad ea duntaxat opera quæ hactenus impressa sunt. Tametsi hoc rursus angit plurimum, quod tam minuto, eoque male legibili charactere imprimuntur. Quocirca rem mihi videretur & deo facturus gratam, & nostro sacro ordini honorificam, imo & multis aliis (nimirum piis omnibus) vtilem atque conducibilẽ, quisquis suo studio efficere posset ut nedum ea quæ nunc prostant, verum & reliqua omnia eius opera, speciosiore forma, maiusculoque, ac venustiore charactere denuo excuderentur. Nec me latet opus illud (quisquis aggrederetur) futurum esse immensi oneris incredibiliumq; impensarum: quanquam tam omnibus placent ea quæ iam extant, vt non dubitem, quin passim, & summa cum voluptate emerentur, adeo vt nulla iactura, sed potius ingens lucrũ esset Calcographis. Et penitus pſuasũ habeo, cõplures eẽ, & magni nõ

minis prælatos,& alios non infimæ sortis tum in hac nostra Britania,tum alibi,quorum suppetiæ nō deerūt tam sancto operi. Cui etiam & ipse pro virili opem feram,saltem alios procurando,& solicitando etiā magnos prælatos,ad subsidium sancti operis,quod libenter vt spero,præstabunt. Estq; spes aliqua,opinor,impetrandi quod molimur, vt eo modo suppleantur ea, quæ nostræ desunt facultati. Si quis igitur vestrū, hāc sibi assumere velit prouinciam,iuuabo(vt dixi)quoad possum. Sin minus,& hoc intimetis, nostrumq; tantillum non cessabit studium,quoadusque fidum aliquem inuenerimus impressorem,qui hoc opus(vt dignū est) perficere studeat,modo vos saltem correcta & quantū fieri potest,emendata exemplaria suppeditare dignemini. Cæterum si his nostris literis responsum dederit tua religiosa paternitas, rem præstabis mutua nostra(& ea spirituali)amicitia dignam. Vale in Christo pro me orās (quod rogo)quotidie. Ex edibus nostris Carthusianis prope Londinum in Anglia,Raptim idibus Maijs Anno domini 1531. Idem qui supra animo tuus,si quid potest Ioannes Batmansonus eius domus prior immeritus.

¶ Alardi Aemstelredami in D, Dionysij
laudem Tetrastichon,

Nobile Carthusij Dionysius ordinis olim
Et decus,& splendor. nil nisi sacra crepat.
Hæc loer excipiens Theodoricus omnia tandem
Præstitit vt volitent docta per ora virum.

VENERA

BILI AC RELIGIOSO PATRI D. IOAN Batmanſono, ſalutationis deiparæ ỽginis Mariæ prope Londinum priori, cæterorũq; per Angliam Carthuſianorũ viſitatori vigilantiſſimo F. Theodoricus Loera Stratis, eiuſdem ſacri ordinis apud Coloniam & monachus & Vicarius. S. D. P.

VEhementer admodum mihi geſtiſt animus, & haud ſcio, an ex omnibus omniũ literarum faſciculis, ab eo tempore quo primum ſtudioſiſſimi ſimul & religioſiſſimi patris noſtri Dionyſij, communi ſuperiorum conſenſu in cõmendationẽ religionis Chriſtianæ lucubrationes ædere tentaui, ex vniuerſo terrarum orbe Coloniam verſus ad nos allatis, idq; a viris æque literatis atq; incorruptis, maiorem ceperim ſpem, lætitiamq;: quam ex nouiſſima venerandæ tuæ paternitatis epiſtola pater ampliſſime, idemque humaniſſime: quod ea Londino tranſmiſſa, per multorumq; manus iactata, nobis tandem ſit exhibita: & id quidẽ tempis exhibita, cum non poſſet opportunius exhiberi. Quid ita dices? Dicam equidem: Vix dum decimam quamque partem lucubrationum Dionyſij noſtri, quiparem vitæ ſanctimoniam cum eruditione copulauit, ab hinc ferme biennium curauimus excudendam. At vbi harum ceu guſtulum ſumpſiſſent plærique omnes perinde ſtudioſi atque deuoti certatim ſemel atque iterum nos cohortati ſunt, vt quam ocyſſime pergeremus, & reliqua eius viri opera, plane pia, in communẽ ſtudioſorum omnium, maxime ſimplici prudentia, & prudenti ſimplicitate præditorum ſacerdotum, religioſorumque patrum commoditatem, orbi communicaremus. Atque id quod tam ſedulo nobis pro ſua quisque virili ſuaſere, omnio perſuaſere tandem. At dum id interim haud cuctanter molimur, nondum tamen ſatis hactenus licuit emoliri. An deſũt præla? At nihil

est ferme prælorũ Coloniæ, qd nõ vel solus occupauit Dionysius: An desiderẽt emptores? Atq vix dum excusa sic rapiũtur volumina vt nõ sine suo luculento commodo, nostro vero incommodo typographi eadem cogãtur recudere. Num desunt scribæ aut librarij, vt multorum manus leuius reddant onus? At hac sane in parte nobis satis obsequentes inuenimus tum nostri sacri instituti, tum aliorũ religiosos patres, q (quãdo omnia rescribi inprimis necessarium sit) vel nocturnis opis, hanc operam nobis nauare non grauantur. Otium? at istud profecto quale quale contigit, singulari quadam Reuerendi patris nostri, totiusq; capituli nostri gñeralis benignitate atque consensu iam ab integro vtcunque adauctum, sinon omne, certe adiunctis nostris vigilijs atq; lucubratiunculis nocturnis aliq̃ vsque sufficturum crediderim. Quid igitur tandem impedit, q̃ minus hactenus totus prodijt nr̃ ille Dionysius vniuerso terrarum orbi plusquam desideratissimus? Profecto vt ingenue dicam, nerui prælorum pecunia. Crede mihi, si quid vnquam crediturus es amplissime pater. Quicquid vel parentum nomine hæreditate, quicqd aliorum affinium morte obuenerat, quicquid ex patronorum liberalitate, quę quidem neutiquam erat vulgaris accesserat, quicquid ex testamẽtis accreuerat accreuerat autem permultum, quicquid ex episcoporum abbatum cæterorumq; magnatum beneficentia aliquot iam annis non sine negotio corrasum est, id omne in libros Dionysij hactenus impssos liberaliter expẽsum, atque ita expensum, vt non exigua adhuc soluenda, superfint debita. Quantula tamen hæc portio eorum quæ p̃terea domus nr̃a nobis suppeditarit? Desponde bam itaque animum, planeque diffidebam, id me præstaturum quod tu cæteriq; tuæ homines turbæ, præter summam eruditionem etiam optimi, prope quotidie me flagitabant. Itaque dum sic miser discrutiarer aĩo, de repẽte nobis sua spõte se obtulit illustris D. Hermannus Rincus vir equestris ordinis, cum progenitoribus suis præcipuus benefactor atque amicus, & qua

ſi fundator noſter olim a ſecretis Chriſtianiſſimi Anglorum regis, non inferior literis quam opibus, vnicus vere religioſorum & ſtudioſorum Mæcenas, pollicitans ſuam nobis operam non defuturam, modo vt cœpimus in Dionyſio gnauiter pergeremus atque ex ædendis per nos Dionyſii omnis generis lucubrationibus, aliquot Regiæ Maieſtati, non indecore per eum illi coram in manus exhibendæ, dedicarẽtur. Et in his potiſſimum reconditæ in quatuor S. Euangeliſtas enarrationes. Id quod ita prope diem futurum eſt. Ad iſtiusmodi tanti viri promiſſa, etſi defeci, ſic toto ex corde reuixi, Vt ſolet infuſo vena redire mero. Ac iamvix dum vnus aut alter menſis interceſſere, a tam magnificis iſtis ſuis pollicitatiõibus, cum bonus ille Mæcenas nobis ante expectatum ſublatus eſt. Cuius mors, &ſi omnibus eſt, vt eſſe debet Colonienſibus noſtris luctuoſa & acerba, mihi tamen non iniuria multo eſt acerbiſſima, quod tam candido tanque magnifico deſtitutus amico, non minus auxiliario, quam conſiliario, nolim velim cogerer non ſolum iam cœptam nuncupãtionem Regiæ maieſtati deſtinatam, ſed opus etiam ingens intermittere, Atque dum has ob cauſas hinc inde me non credẽdo conficerem mœrore, ecce tuæ mihi adferuntur literæ, multis de cauſis acceptiſſimæ. Primum quod eum te mihi polliceris futurum Mæcenatẽ apud Regiã maieſtatẽ & Anglicos prælatos, quẽ dubio procul experturus eram Rincum, longe candidiſſimũ. Deinde quod ſcribis te ſedulo curaturum, vt quod tua forteſſe non poſſes penſare liberalitate, id te abunde conaturum, vt id mihi ſartiatur candore fortuniſque potentiſſimorũ (quos apud Anglos habes plurimos) amicorum. Ad extremum quod addis non defuturos Londini & in cæteris item Angliæ monaſteriis, vt hoc loco frequentiſſimis, ſic ſane ſpectatiſſimę religionis, qui duplo pluris quam conſtabit æditio redempturi ſint, quicquid Dionyſii fuerit allatum, modo perferatur manuſculo charactere bene emendatum. His veſtris cohortationibus incitatus, his

facibus inflãmatus, his denĩq; pollicitationibus inescatus, si quando alias, nunc vero maxime Dionysio manus cœpimus admoliri. Principio iam dedimus in lucẽ commentaria in omnes beati Pauli, & cæterorum apostolorum quas canonicas siue catholicas vocamus epistolas, deinde in Apocalypsim: deinde in septem psalmos: præterea in totum psalterium, postea Monopanton epistolarum Pauli: adhæc Heptalogon mundi contemptum suadens: postremo pleraque alia, quæ longũ esset recensere. Incumbunt iam prælis luculentissima i quatuor euangelia commentaria, præterea Tomi duo prægrãdes operum minorum: Pentateuchus Schalæ religiosorum. Quibus æstimatis simul cum alĩs intra biennium per nos emissis excedit summa quinque milia flor. aureorum. At quãta hæc est portio operum adhuc restãtium? E quibus iam paramus Homiliarum postillarum & sermonum partes tres: quas vel solas nõ ambigimus suffecturas cuiuis verbi dei cõcionatori, summam item de virtutibus & vitĩs, quam Illuminatoriũ salutaris scientiæ pius pater inscripsit, refutationem deinde legis Mahumeticæ, quod Alcoranum nuncupant, eiusdemque ad legis euangelicæ puritatem comparatio. Et item post nouum testamentum plene iam absolutum librorum Sapientialium & prophetarum commentaria: vt amplissima, ita salutaris eruditionis pleniſſima. Sed cesso, ne quis mihi nasutior obĩciat illud e quo nescio poeta:

Quid ferat hic tanto dignum promissor hiatu?

Et illud eiusdem

Laudat venales qui vult extrudere merces.

Non sum tam rudis, vt nesciam vino vendibili non opus esse suspensa hedera: tamen hanc adĩcere coronidẽ cogimur, ob sciolos aliquot, qui aiunt nos dealbare parietem, sic enim isti loquuntur. Sunt hæc quidem DIONYSII opera omnia, perinde docta atq; pia: Cæterum non potest satis dici, imo ne cogitari quidem, quam sit vtilis Epitome hæc, vt interim de Actis ſileam, plane aurea, & ad quam multa sit

vsui futura: quippe ad quam omnia vtriusq; testamenti oracula, cuiuis sub oculos ponenda, semper innumerato est habenda. Denique semper ad verbum ediscenda, tanquam ad sua domicilia possent referri. Nimirum habet aliquã sedulitatis laudem Dionysius ꝙd non grauatus est tot libellorum locos longe obscurissimos, accuratius expendere, conferreque: & in hunc collationum aceruum, vndiq; ex tam variis libris congerere. Quod si modus epistolæ pateretur censuram nostram & in Acta quoq; proferremus. At illud vel inuiti cogimur adñcere. Quibus non vacat, aut si maximeva cet euoluere, non adsunt ingentia commentariorum latifundia, studioq; habent compendiarias lectitare annotatiunculas, ad has nihil æque conducere, atq; Dionysij hoc opusculum exiguum quidem, sed cui pauca in hoc genere, in vtilitate anteponas. Dominus Iesus v. p. t. quam diutissime tueatur incolumem: cui me totum dedico, Coloniæ ex monasterio nr̃o Carthusiano Natali sancti Hugonis Carthusiani episcopi Lyncolienſis in Anglia 1532

¶Encomium D. Dionysij Riceli Carthusiani cognomento doctoris extatici, autore Alardo Aemstelredamo.

Si bona pars sacræ scripturæ creditur esse
Afflatus, superum numine proueniens
Quo sine cælestis frusta penetralia mentis
Vestiges, acri' præditus ingenio
Iure sibi celsam Dionysius occupat arcem,
Qua sacer æthereo spiritus axe venit
Sæpius extaticus plus septem permanet horas
Viuit, & est vitæ nescius ipse suæ,
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum
Corpore secluſa est mens fruitura deo.
Redditus inde sibi, cælesti numine plenus
Plenus & afflatu, spirat vbique deum
Tum sacra diuino diffundit pectore verba
Quæ damus his doctis excutienda libris.

¶ IN SEQVENTEM ACTVVM APO
stolorum exegesin index capitum & articulorũ.

¶Beatus homo qui inuenit sapientiã' Proœmiũ fo 1.a
Expositio 1. cap. Primum quidẽ sermonem art.1.fo.1.b
Expositio 2 cap. Et dũ complerentur dies art.2 fo.10.b
Expositio.3 cap. Petrus aũt & Ioannes art 3 fo. 19 b
Elucidatio 4 cap. Loquẽtibus aũt illis art.4 fo.24 a
Elucidatio 5 cap. Vir autem quidam art.5 fo.28 b
Explanatio 6 cap. In diebus autem illis art.6 fo.34 b
Explanatio 7 cap. Dixit autem art.7 fo.37 b
Elucidatio 8 cap. Facta est autem art 8 fo.47 b
Elucidatio 9 cap. Saulus adhuc spirans art.9 fol. 51 b
Expositio 10. Cap. Vir autem quidam art.10 fo.55 b
Expositio 11 cap. Audierunt aũt apostoli art.11 fo.62 a
Declaratio 12 ca. eodẽ tempore misit He ar.12 fo.64 a
Declaratio 13 ca. erant aũt in ecclesia art.13 foli.66 b
enarratio 14 ca. Factum est autem Liconii ar.14 fo.74 a
enarratio 15 ca. & quidam descendentes art.15 fo.76 b
explanatio 16 ca. peruenit autem ī Derben ar.16 f.81 b
explanatio 17 ca. cum autem pambulassent ar.17 f.86 a
expositio 18 ca. post hæc egress' ab Athe. ar.18 fo.92 b
expositio 19 ca. factum est autem art.19 fol 95
elucidatio 20 ca. postq̃ ãt cessauit tumultus ar 20 f.99 a
elucidatio 21 ca. cum autem factum est art 21 f 103 a
Declaratio 22 ca viri fres & pres art 22 fo .106 b
Declaratio 23 ca. intẽdẽs ãt in cõciliũ Pau. ar.23 f.108 a
enarratio 24 ca. post qnq̃ autem dies art.24 fol 111 b
enarratio 25 cap. festus ergo art 25 fol 113 a
exegesis 26 cap. Agrippa ꝯo ad Pau ait art 26 fo 114 a
exegesis 27 cap vt autem arti.27 fo 116 a
expositio 28 cap. & cum euasissemus art 28 fol 119 a

¶Epitomes pars prima ordine librorũ Bibliæ dispo
sita est, Secunda ꝯo pars sic distinguitur.

¶De distinctione inter legem æternam, legem naturalẽ
legem diuinam & legem humanam art 1 fo.
De distinctione veteris & nouæ legis art.1.fo
De triplici præcepto veteris legis, & specialit de præ
ceptis moralibus art 3 fo

de præceptis ceremonialibus & de rationibus sacrificiorum legalium art. 4 fo.
de sacris & rationibus sacrorum veteris testamenti art. 5 fo.
de sacramētis antiquę legis & rationibus eorūdem ar. 6
de obseruantijs obseruantiarumq; causis veteris legis art. 7
de præceptis iudicialibus veteris testamenti ad principes & populum pertinentibus art. 8
de præceptis iudicialibus veteris legis, ad extraneos & domesticos pertinentibus art. 9
de duratione atq; cessatione prædictorum præceptorꝫ, & de noua lege art. 10
¶Dionysij protestatio quo motiuo sua conscripserit in vtrumq; testamentum commentaria
¶Ex actis Apostolorum epistolæ pro Missæ officio ab ecclesia dei assumptæ

DE TEMPORE.

Secunda feria Paschæ.

Initium epistolæ, Verbum quod misit deus.
Finis, Adhuc loquente Petro cap. 10 fo. 60
A. 1. facie prima B. indicat faciem secundā.
¶Tertia feria paschæ
Viri fratres, filii generis Abrahæ, filius meus cap. 13 fo. 70 b
¶Quarta feria Paschæ
Videns autem Petrus, Vt cum venerint ca. 3 fo 20 b
¶In die ascensionis domini
Primum sermonem feci, Tunc reuersi sunt cap. 1 fo. 1 b
¶In die sancto pentecostes
Cū complerent dies Pen. stupebant autem oēs ca 2 f. 10
¶Feria secunda Pentecostes
Et p̄cepit nobis p̄dicare, Hic rogauerūt eū cap. 10 fo. 61 a
¶Feria tertia Pentecostes
Cūāt audisse nt Apost, Cum vidissent cap. 8 fo. 38 a
¶Feria quarta quatuor temporum
Stās aūt Petrus, Viri Israelitæ ca. 2 fo 13 b
Item, Per manus Apo, Exurgēs āt princeps ca. 5 f. 30 a

¶Feria Sexta quat. temporꝫ.
Viri Iſrael. audite ẏba hæc. Viri frat. Ca. 2. fo. 15. b.
¶Sabbato Quat. temporum.
Sequent. vero Sabbato. Ad finẽ cap. Cap. 13. fo. 72. b.
¶DE SANCTIS
Stephani protomartyris.
Steph. aũt ple. gra. Saul. aũt ſpir. Ca. 6. & 7. fo. 36. b
¶Philippi & Iacobi.
Exurg. aũt prin. ſacerdot. Adue. aũt. Ca. 5. fo. 51. a.
¶Petri & Pauli.
Miſit Herodes rex manus. Venit ad domũ. Ca. 12. fo. 64
¶Mathiæ Apoſtoli.
Exurgens Petrus. Ad finem Capitis. Cap. 1. fo. 7. b.
¶Finis Indicis.

VITA D. DIONYSII CARthuſienſis, eiuſqꝫ Catalogus ſcriptorum, (quorũ quæ iam nunc impreſſa ſunt, hoc ſigno indicantur ¶) ex libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Reuerendi P. D. Iohannis Tritẽhemĩ, Abba. Spanhemen.

Dionyſius Ricel alias de Leuis natione Teutonicus, ordis Carthuſienſium domus Bethehem in Ruremunda, vir in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus, & continua exercitatione peritus, ſecularis quoqꝫ philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, vita & conuerſatione ſingulariter deuotus, adeo vt etiam diuinis reuelationibus dignus habe-

retur (ad quem Nicolai Cusæ Cardinalis viri eruditissimi, plures extant epistolæ) tot & tanta scripsit, vt numero opusculorum præter Augustinum apud Latinos parem habuerit neminẽ. Contemplationi & orationi cum tanto feruore instabat, vt eum nihil scribere unquam potuisse putares. Rursum in scribẽdo ac legendo tam sedulus erat, vt nec orare nec contemplari eum posse vnquam æstimares. Erat parcissimi somni, cibi & potus abstinentia admirabilis: qui beati Hieronymi exemplo die ac nocte in lege domini meditari dulce iudicabat, semper aut scribens aliquid vtile aut legens, ita vt lectionem oratio sæpe interrumperet, & orationem sacra lectio sæpe exciperet. De cuius opusculis ipse per se subiecta quodam indiculo recensuit. Moritur sub Frederico Imperatore tertio & Paulo pseudopapa secundo, Anno domini M.CCCCLXXI. Indictione quarta xij. die mensis martij. Sepultus non sine magna opinione sanctitatis in cœmiterio fratrum communiũ domus præfatæ Ruremundensis.

Super sententias li.4
In Genesim li 1,
In exodum li 1.
In Leuiticum li 1,
In Numeros li 1,
In Deutronomium li 1.
In librum Iosue li 1.
In librum Iudicum li 1.
In librum Ruth li 1,
In Regum libros li 4
In Paralipomenon li 2
In Esdram li 3
In Neemiam li 1.
In Tobiam li 1,
In Iudith li 1,
In Hester li 1,
In librum Iob li 1,
In puerbia Salomonis li 1,
In Ecclesiasten li 1,
In Cantica canticorum li 1,
In librum Sapientiæ li 1,
In Ecclesiasticum li 1,
In Esaiam prophetam li 1,
In Hieremiam, pphet. li 1.
In librum Baruch li 1,
In Ezechielem li 1,
In Danielem li 1,
In duodecim, pphetas li 12
In libros Machabæor li 2
¶In psalterium li 3
¶In Mathæum li 1
¶In Marcum li 1
¶In Lucam li 1,
¶In Ioannem li 1,
¶In Epistolas Pauli li 14
¶In actus apostolorum li 1,
¶In epłas canonicas li 1.
¶In Apocalypsim li 1.
Expositionũ hymnor li 1
¶In septem psal. pœnit. li 1
¶De docu. authenticis li 1
¶Expositionis missæ li 1
¶Dialogum de celebra. li 1
¶De communione li 1
¶Compendium philo. li 1
¶Compendium theolo. li 1
dialogum philo & theo, li 1
Super li. beati Dionysij li 4
Super li. epistolis eius li 1
In libros Io. Clymachi li 1
Super Boethio de consola-
tu li 5
Summarium partium san-
cti Thomæ li 3
Sermones de tempore & ho
miliæ li 1
Sermones de sanctis 2
Sermones ad religiosos, tẽ
poris li 1
Ad eosdem, de sanctis li 1
¶De Sacramento sermones
sex li 1
¶ Expositiones dominicæ
passionis li,
Meditatiõis dominicæ pas
sionis li 1
¶De laudibus dei li 1
De laudibus s. Mariæ li 4
¶De præconio & dignitate
eiusdem
¶De fõte salutis & seminis
vitæ li 1
¶ De lumine Christianæ
theoriæ. li. 3
¶De venustate mundi li 1
¶De na. æterni & ydei li 1

¶de diuina essentia lii
¶ de distantia perfectionis diuinæ & humanæ lii
de felicitate animæ lii
De munificentia dei lii
de beneficijs dei lii
de mutua ſ. agnitione lii
de donis ſpiritus ſanct. lii
Cordiale, prænotatum lii
de custodia cordis lii
de gaudio & pace inter. lii
de via purgatiua lii
dialogus de fide catho. lii
dia, Christiani & Sara. lii
Contra ma & Vualdeñ. lii
Contra superstitiones lii
de vitijs & virtutibus lii
Contra ambitionem lii
Contra Saracenos liij
de grauitate peccati lii
de contemptu mundi lii
de modo iudi. & corri, lii
de remediis tentationũ lii
Speculum pecca. lii
de quatuor nouissimis lii
de reformatione intern lii
de iudicio particulari lii
de passionibus animæ
de discretione spirituũ
de profectu charitatis
Inflammatorium diuini amoris lii
de contemplatione lii
de oratione lii
de meditatione lii
Sonus epulantis lii
de modo agendi processiones lii
¶ De eleuatione mentis in deum
¶De autoritate papæ lii
¶ De potestate & iurisdictione papæ lii
¶De autoritate concilii lii
De reformatione ecclesiæ.
¶Contra Symoniam lii
¶Contra eandem lii
¶de reformatione clausturalium
¶Contra pluralitatem beneficiorum
De regulis vitæ Christianorum
¶de reformatione monialium lii
¶De professione religiosorum lii
¶Exhortatorium nouitiorum lii
¶De vita & regimine præsulum lii
¶ De institutione ordinis Carthusiensis lii
¶De laudibus eiusdem lii
¶Devisitatione clausturalium lii
¶De vita canonicorum lii
¶ De disciplina scholariũ
De vita militarium lii
De virginitate lii
De off. archidiaconoꝝ lii
De offi. legati lii
De regimine prælatoꝝ lii
De vi. regi. curatorum lii
De vita nobilium lii
De regimine principũ liij

¶Dialogus inter Christum & principem lib. i.
¶Dialogus inter Christū & principissam liber i.
¶De regimine politiæ lib.i.
¶Dialogus inter Iesum & puerum
¶De viduarum vita lib.i.
¶De vita coniugalium lib.i.
¶De vita inclusarum lib.i.
¶De officio mercatorū l.i.
¶De vita solitaria liber i.
¶Dialogus inter Christū & sacerdotem lib.i.
Contra proprietatem monachorum liber i.
Apocalypseos sibi factę l.i.
¶Epistola ad principes li.i.
¶ Annotatiões suorum operum liber i.
Epistolarum ad diuersos
Collationes p capitulis tres
Et alia multa, quæ præsens locus non capit.

μωμήσασθαι ξαυτ, ν μιμήσασθαι



D. DIONYSII A RICKEL CARthusiani in Acta apostolorum Procœmium.

BEATVS homo qui inuenit sapientiã, & qui affluit prudentia. Proue. 3. Quadripartito existente genere librorũ veteris testamenti, quadripartitum quoq; est genus librorum noui testamenti, seu Euãgelicæ legis. Librorũ eteni veteris testamenti, alij sunt legales, in quibus lex dei per Moysen tradita, est digesta, vt Moysi Pentatheuchum, alij sunt historiales, vt liber Iosue & Iudicum, Regum & Paralipomenon. Alij vero sunt prophetales vt cõstat, alij autem sapientiales, sicut prouerbia. Pariformiter in nouo testamento libri legales sunt quatuor Euangelia, sapiẽtiales Epistolæ apostolorum, prophetalis est Apocalypsis, historialis vero est liber Actuum apostolorum nunc deo agente elucidandus. Porro euangelicam Christi doctrinam a sacratissimis Euangelistis descriptam omni sapientiæ præsul gere, certissimum est fideli. Quamuis autem hæc ipsa sapientia in Euangelijs multum compendiose & clare inueniatur cõscripta, nihilominus per cæteras noui testamenti scripturas clarius elucidatur & firma probatur. Et in Epistolis quidem apostolorum potissime Pauli fit hoc p allegationes scripturarum veteris testamenti, & p moralia documenta, in Actibus vero apostolorum fit hoc per miraculorum recitationem quibus christianæ fidei veritas diuinitus data ostenditur, per allegationes quoque nonnũq; scripturarum ac documenta moralia Denicq; intuentibus processum libri Apocalypsis clarissime liquet eodem spiritu loquutos veteris legis beatissimos vates & Euangelicæ legis prophetam sanctũ Euangelistam Ioannem, qui in Apocalypsi sua, nõ sensibus tantum, sed & verbis quoq; & modo loquendi &

procedendi veteris testamenti prophetis inuenitur cõformis. Præsertim Esaiæ, Ezechieli & Zachariæ, quẽadmodum in expositiõe Apocalypsis, pprijs locis monstraui. Insup sapientia libri huius nunc explanãdi multipliciter cõmendatur. Primo acgñaliter rõne obiecti, qa de deo. Scdo a rõne actoris, qa a sacrosctõ Luca Euangelista est editus liber iste. Tertio rõne materiæ, qm̃ apostolicos actus describit, imo in primis capitulis cũ materia Euangelicor̃ libror̃ coincidit. Nã primo capitulo de Christi ascensiõe, in secundo de .ſſ. missione loqtur. Quarto rõne formæ, pcedendi, qm̃ euidẽter distincte cõpẽdiose, imo magistralissime est, pcedẽs sed & stilus ipse venustus est, & græcã eloquentiã resonat. Itaq; vtilissima, prsus est p̃sentis theoria voluminis atq; historia eius, in q̃ exordium & pcessus primitiuæ ecclesię seriatim describit, & itẽ catholica fides nõ mediocriter roboratur. Sed & liber ipse sententiosus & iocundus est valde. Propter q̃d pro illuminatione adorandi paracleti spiritus sancti in eius expositione singulariter eiusdẽ almi pneumatis immensam clemẽtiã ac supmunificentissimã bonitatem exoro, dicens ex corde: Veni sancte spũs, & emitte cęlitus lucis tuæ radiũ

¶Expositio primi capituli libri Actum apostolorũ, primũ quidẽ sermonẽ

Articulus. I.

IN exordio libri huius pandit se beatissimus Lucas esse p̃sentis conscriptorem voluminis cũ ad finem Euangelij a se descripti scip̃m continuat, atq; eidẽ viro cui Euangelium scripsit, hunc q̃q; codicẽ scribere manifestat, dicendo. ⌊ Primum qdem ⌋ videlicet in Euangelico libro a me descripto ⌊ sermonẽ feci de oñibus o Theophile q̃ cœpit Iesus facere & docere ⌋ .i. de factis documentisq; Christi, nõ q̃d vniuersa gesta & dogmata saluatoris ipse aut alius aliqs Euãgelista in particulari p singula sit cõplexus, nã & q̃d i hocipso volumine sctũs Paulus Chr̃m protulisse cõmemorat, opor-
Inf. ca. 20. tet ingens memorẽ esse verbi dñi Iesu, quia beatius est

magis dare q̃ accipere, nullus in Euangelio suo recitat Euangelista. Ioannis quoq; vltimo legitur, qa alia multa signa fecit Iesus, quæ si scribantur p singula nec ipm ait arbitror mũdum posse capere eos qui scribẽdi sunt libros. Denicq; quod innumerabilia particulariterq; in descriptibilia fuerint Christi miracula ex Euangelio certissime constat. Scriptum est, q̃d oĩs male habentes curauit. Itemq;: Circuibat Iesus omnes ciuitates, curãs omnem languorem & omnem infirmitatem. Matt. q̃q; 14. scriptum est, quod cum venisset in terrã Genezar, viri loci illius miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabãt eũ, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & q̃cunq; tetigerunt salui facti sunt. Similiter scriptum est in Marco. Quocunque introibat Iesus in vicos vel in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & quotquot tangebant eum salui fiebant. Itaque distributio ista qua dicitur, sermonem feci de omnibus, intelligenda est de generibus singulorum, non de singulis generum. Siquidem de omnibus aliqua recitauit. Propter quod asserit Beda: De omnibus elegit vnde faceret sermonem, quæ iudicauit apta & congrua sufficere officio dispensationis suæ. Pensandus quoque est ordo verborum in eo quod scriptum est, quæ cœpit Iesus facere & docere, ita quod primo exorsus est operari, deinde quod fecit, edocuit. Quo multorum præsumptio atq; audacia increpantur, qui proniores sunt docere quam discere, loqui quam audire, vel q̃ ea quæ p̃dicant, facto non exequuntur, in hoc enim ipso, suis ipsi doctrinis detrahũt. Neq; cum alijs prælati sint erubescunt viciose, & inexemplariter conuersari corã his quibus præsunt, aut verbum dei annunciant. Quibus id intuendum quod legitur Iacobi primo. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus aũt ad loquẽdum. Denicq; cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Imo bona docere, & impie agere, q̃d aliud est q̃ se voce propria cõdemnare? iuxta illud Ecclesiastici: Dum maledicit ipius diabolum maledicit

Mat. 8.
Mat. 9.
Mar. 9.
Beda.
Greg.
Eccl. 21

ipse animam suam. Et ad Roman. 2. Inexcusabilis es o homo qui iudicas. In quo enim alium iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis: Præterea peccatori dixit deus, quare tu enarras iusticias meas. Doctor ergo, prædicator, & pastor vnicum istum sequens magistrũ primo faciat quæ alios docet, ne proprio ore dãnetur. Postremo Theophilum istum cui & Euãgelium & præsentem librum Lucas conscripsit, quidam affirmant fuisse virum potentem Achaiæ principem, alij Episcopum quendam. Theophilus autem interpretatur dei amator, seu a deo amatus. Itaq; non solum huic personæ sed & cunctis deum amantibus atq; ab eo secundum prædestinationem æternam amatis scriptus est liber iste, Euangelicumq; volumen. Itaq; scripsi de omnibus quæ cœpit Iesus facere & docere ⌊ vsq; in diem qua præcipiens Apostolis per spiritum sanctum ꝙs elegit ⌋. 1. vsq; ad diem ascensionis, quo iussit Apostolis, euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et quod infra habetur. Eritis mihi testes in omni Iudæa & Galilæa & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Quod autem in Euangelio suo Lucas vsq; ad dicta factaq; Christi in die ascensionis narrationẽ protraxerit, atq; ibidem finiuerit, ex fine Euãgelij sui ostenditur, quod ita finitur. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit illis. Et factum est dum benediceret eis, recessit ab eis & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Et erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Quod autem Christus Apostolos ad gratiam apostolatus & prædicationis officium elegerit, Marc. 3. sic refertur. Ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse, & fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare Euangelium, quibus & in Iohan. profatur. Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? scilicet Iudas traditor, quẽ certum est in die ascensionis defuisse, & loco eius affuisse Mathiam. Porro Christus secundum quod homo in omnibus dirige

Psal. 49

Mat. 16
Inf. eod. c.

Luc. 24

Ioh. 6.

batur a spiritu sancto imo & a seipso vt deus, seu a tota superbeatissima trinitate. Hæc tamen directio spiritui sancto magis ascribitur, sicut & cætera opera benignitatis, quoniam spiritui sancto bonitas, benignitas, Esa,61.
dilectio, liberalitas, appropriat. Propter quod p Esa. loquitur Christus vt homo. Spiritus domini super me eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me. Assumptus est ipse Christus secundum naturã assumptam, de terra in cælum, iuxta id Marc. vlt. Et dominus quidem Iesus post quam locutus est eis, assumptus est in cælum & sedet a dextris dei. Assumpt⁹ est autem, quia diuina virtute assumpsit seu de terra in cælum leuauit seipsum, quod & per dotem agilitatis facere potuit, ita quod corpus eius sua agilitate potuit se leuare. Assumptio quoq; hæc toti superbenedictæ trinitati potest ascribi, quæ in cunctis effectibus potissime Christi, principaliter operatur, cuius & opera sunt indiuisa. Præterea assumptus est a nube præstãte domino suo obsequium, non ferente auxilium. Ab vniuersa quoq; cælestis aulæ frequentia, cum ingenti Psa.25
susceptus est gaudio cum diceretur ad eos. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ. Quod autem secundum diuinitatem illocalem, incommutabilem, incircumscriptibilem, cuncta implentem, immensam, non competat Christo locum mutare, ascendere siue descendere certum est, sed secundum formam serui duntaxat, per quam terram corporali reliquit præsentia, quem admodum passione instante prædixit Iohan. 16. Exiui a patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Quibus & præbuit .1. visibiliter, audibiliter, tangibiliter, monstrauit seipsum viuum vita corporali humana post passionem suam videlicet statim post resurrectionem. Siquidem surgẽs Iesus mane prima sabbati, eodem die cœpit apparere & loqui Apostolis, alijsq; credentibus in multis argumentis Argumentum tripliciter sumitur. Primo, vt est ratio rei dubiæ faciens fidem. i. certitudinẽ

Sic enim in hac diffinitione sumitur fides. Et hoc modo quæ cadunt sub fide, argumenta non habent, quoniam ex principijs per se notis probari non queunt. Secundo accipitur argumentum pro quocunq; signo sensibili ad veritatis declarationem inducto. Tertio pro effectu huiuscemodi argumentorum, puta p adhæsione qua mens veritati assentit: sicq; ad Hebræos sumi-
Heb. 11 tur dicente Apostolo. Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Nunc autem argumentum secundo modo accipitur, vt sit sensus, quod Iesus per multa sensibilia signa & gesta seu opera, probauit se vere resuscitatum & resurrexisse ⌊per dies quadraginta apparens eis⌋ & si non quotidie, tamen frequenter, & multo frequentius quam aliquis Euangelistarum, imo quam omnes simul descri-
1. Cor. 15 bunt, cum Paulus multas referat factas eius ad discipulos veras atq; sensibiles apparitiones a nullo illorum descriptas. Quomodo autem, & quoties, vbi, & quo ordine apparuerit eis, in Euangelijs & verbis Pauli Apostoli continetur⌊ & loquens de regno dei⌋ .i. de statu ecclesiæ militantis ac triumphantis. De vtroque enim regno inter hos dies multa locutus est. Quomodo scilicet diuulgandum esset Euangelium per totum orbem terrarum, & de miraculis per Apostolos exhibendis, de fœlicitate etiam patriæ beatorum, quemadmodum Euangelistæ describunt. ⌊Et conuescens⌋ .i. cum discipulis suis Saluator manducans ⌊precepit eis ab Hierosolymis ne discederent⌋ Frequenter Christus post resurrectionem suam cum discipulis legitur manducasse. Primo, cum duobus in castello Emaus, iuxta il-
Luc. vlt. lũ Lucę: Factũ est cũ recumberet cum illis accepit panẽ, &c. Secundo cum vndecim Apostolis & pfaris duobus in cœnaculo seu conclaui Hierusalem, sicut in dicto Lucæ capitulo scriptum est, & vtraq; manducatio hæc facta est in die Paschæ. Tertio, cum septem discipulis iuxta mare Tyberiadis, vt habetur in Ioanne. Quarto
Ioan. vl. coram vndecim in die ascensionis, prout super Mar-
Mar. vlt. cum dicunt expositores. Si ergo manducatio de qua

nunc sermo referatur ad eam quæ fuit in die ascensionis, sensus erit, quod die illo iussit Apostolis, ne gratia prædicandi quoquam a Hierusalem proficiscerentur, donec spiritum sanctum iuxta promissum reciperent. Vnde apud Lucam ait eisdem: Vos autem sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Si vero manducatio ista ad secundam seu tertiam referatur (ad primam enim proprie non refertur) poterit esse sensus, quod tunc præcepit eis de Hierusalem timore Iudæorum non discedere, alias sicut verisimile est discessissent, quia tam pauidi erant ⌊ sed expectarent promissionem patris ⌋ id est, impletionem promissionis de missione paracleti, quem pater per os vnigeniti filij sui promisit, ideo subditur ⌊ quam audistis (inquit) per os meum. ⌋ Nam passione instante Christus dixit Apostolis illud Ioannis decimoquarto: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia ⌊ qa Ioannes quidem baptizauit aqua ⌋ id est, corpora aquis abluebat, animas non purgauit, ita quod eius baptismus non contulit gratiam, nec fuit vnum septem sacramentorum, sed quid sacramentale dispositiuum ad Christi baptisma ⌊ vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies ⌋ id est, infra paucos dies. Cum apud Ioannem dicatur, quod discipuli puta Apostoli Christi, baptizabant de mandato ipsius, credendum est, quod ipsi a Christo fuerint baptizati, baptismo Euangelicæ legis gratiam conferente. Illo enim & ipsi baptizabant. Nec mirum si ante passionem Apostolos propriis manibus baptizauit, q tempore cœnæ pedes eorum lauare dignatus est, præsertim cum iamdiu ante hanc cœnam dixerit Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Itaq; quod ait, vos autem baptizabimini spiritu sancto, sic intelligendum censetur. Spiritu sancto implebimini, qui & mentes vestras plus quam ante ab omni sorde lauabit. Sicq; copiosa illa spiritus sancti infusio p signum visibile, bapti

Luc. vlti.

Ioan. 4.

zatio discipulorum vocatur, quoniam instar gurgitũ inundantis aquæ desuper fluxit in eos. Vnde & spiritus sanctus, & gratia eius, per aquam exprimitur, ꝙni
Ioan.7. am mentem purgat, refrigerat, reficit. Hinc in Iohan. loquitur Christus. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod Euangelista exponens adiecit. Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Apo. quoque. 22. ait Ioannes. Ostendit mihi flumen aquæ splendidum tanquam crystallum, quod de spiritu sancto ex
1. Ioã. 2 ponitur. Sicut ergo spiritus sancti illustratio vnctio appellatur, iuxta illud Ioann. Vnctio eius docet vos de omnibus, sic copiosa eius susceptio, baptizatio mẽtis vocatur. Propterea secundum Rabanum in quibusdam libris sic habetur. Vos autem vngemini spiritu sancto, & istud infra decem dies scilicet die Pentecostes fuit impletum. ⌊Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes ⌋non euidenter apparet in quo loco fuerit ista discipulorum conuentio & interrogatio, an scilicet in conclaui, vel in loco ascensionis. In die enim ascensionis Christus bis eis apparuit. Primo in conclaui, deinde in monte oliueti vnde ascendit. Veruntamen ex verbis sequentibus videtur fuisse conuẽtio, & inquisitio ista circa locum ascensionis. Nam paulo post, data sibi responsione subiungitur. Cum hæc dixisset videntibus illis eleuatus est. ⌊Domine si in tempore hoc restitues regnũ Israel⌋. i. an statim misso nobis spiritu sancto, reparabis potestatem, & regiam potestatem Israelitici regni ac populi Iudæorum dando fidelibus tuis temporale regnum in seculo isto & temporaliter regnando in eis. Discipuli isti nondũ perfecte illustrati, putabant propheticas promissiones de regno Chri in plæbe fidelium corporaliter, temporaliterque complendas quemadmodum excæcati Iudæi vsque in præsens existimant. Sic enim de matre filiorum Zebedæi dicit Hieronymus, quod mulier illa, quia audiuit quod crucifigendus esset & resurrecturus putauit eum ilico regnaturꝝ. Et Cleophas Luc. vlt. ait

Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael. Videbant enim diſcipuli quod populo Iudæorum eſſet ablatum ſceptrum alienigena eis dominante, & quod ſubditi eſſent Romanis, idcirco quærebant an Chriſtus recuperaturus eſſet & ſublimaturus mox regnum Iſrael, prout verba quædam prophetarum ſuperficierenus ſonare videntur, an potius in futuro & diu poſt, regnum populi ſui exaltaret. Et quoniam quæſtio iſta ex ignorantia & errore proceſſit, Chriſtus eam refellit, vt ſubditur. ⌊ Dixit autem eis, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate ⌋ .i. reſtitutio Iſraelitici regni ſpiritualiter intelligenda eſt, quantum ad bona glorię in futuro. Et quo tempore id continget velle determinate prænoſcere, non eſt veſtræ paruitatis. Plenarie enim non fiet niſi in die iudicij, quando veri Iſraelitæ in anima & corpore glorificabuntur, & æternaliter regnabunt cum Chriſto. Particulariter autem & partim fit in mortibus ſingulorum, quando ad patriam regni cæleſtis perueniunt. Sed nec tempus iudicij nec diem mortis vult deus præſciri, quatenus mortales tãto ſint de iudicis aduentu, mortisq; hora ſolicitiores quanto ſunt magis incerti, ficq; quotidie viuant, tanquam die eodem aut alio mox ſequente ſint iudicandi Itaq; tempora & momenta mortis atq; iudicij vniuerſorum pater poſuit in ſua poteſtate, quoniam ſuæ noticiæ ea ſeruauit, & cum ei placuerit in eis quæ decreuit perficiet. Ab hac tamen poteſtate atq; ſcientia, nec filius nec ſpiritus ſanctus excluditur, cum trium perſonarum ſit vna poteſtas eademq; ſcientia, idcirco q̃d de vna exprimitur, de alijs eadem ratione intelligi datur. Interdum vero ex certa cauſa aliquibus hora mortis prænunciatur. Veruntamen Auguſtinus in ſermone quodam de aſcenſione, verba iſta aliter allegat, interpretatur & tractat ſub hac forma. Domine ſi hoc tẽpore præſentaberis, & quando regnum Iſrael? & per præſentationem Chriſti intelligit reuelationem eius apertam, qua in die iudicij ab vniuerſis videbitur ve-

Apo. 22

Auguſt.

niens in maiestate & gloria. Per regnum vero Israel intelligit regnum cæleste, quod quotidie nobis communicari precamur dicentes. Adueniat regnum tuum
Augusti. vt scilicet ad societatem in cælis regnantium perducamur, sicque iuxta Augustini intentionem, Apostoli q̃ sierunt agnoscere tempus & horam iudicij, quos curiositatem reprimens Christus respondit. Non est vestrum scire tempora vel momenta, &c. Per quæ verba (sicut in libro de ciuitate dei asserit Augustinus) Christus redarguit omnes qui de Antichristi aduentu & fine mundi tempus calculare præsumunt, cum omnium horum determinatum tempus ex dei liberrima potestate dependeat. Iccirco nulli nisi quantum reuelauerit deus innotescere valet, quemadmodum determinatum tempus creationis seu exordij mundi ex sola dei reuelatione innotuit. Quid vero ad discipulos illos præsertim Apostolos pertinuerit subditur ⌊ sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos ⌋ id est, ipsum omnipotentem spiritum sanctum vobis in sensibili signo donatum. Vel, virtutem, id est, fortem gratiam & præclara charismata spiritus sancti, qui cito de super descendet in vos. Dicitur autem spiritus sanctus eis a patre & filio, imo & a seipso dari atq; infundi, quibus dona eius ad gratiam gratum facientem pertinentia dantur seu infunduntur. Vnde spiritus sanctus donum dei vocatur. Nam a patre filioq; procedit tanquã donabilis, cum ipse sit amor, in quo prima ratio doni relucet, & in quo cætera dona donantur. Descendit q̃que atque superuenit spiritus sanctus in homines non per loci mutationem, cum incircumscriptibilis, inuariabilisque consistat, sed p donorum suorum infusionem ⌊ & eritis mihi testes in Hierusalem & in oĩ Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ ⌋ i. in locis his, seu vbique terrarum p̃dicabitis me esse Christum. Et verbis, signis, ac sanguinis vestri effusione, incarnationi, passioni, resurrectioni, ascensioni, & cæteris mysteriis ad me spectantibus testimonium phibebitis. Quibus verbis Christus prædixit Euangelium vbiq; per Apo

stolos diuulgandum, iuxta illud Psalmistæ: In o- Psa.18.
mnem terram exiuit sonus eorum. Et Esaiæ. A finibus Esa.24
terræ audiuimus laudes, gloriam iusti. Rursusq; apud Esa.vl.
Esaiam Christus de hac re apertissime prænunciauit,
Mittam ex eis qui saluati fuerint, in mare, in Aphricã
& Lydiam, in Græciam & Italiam, ad insulas longe, &
annunciabunt gloriam meam gentibus. Vnde Tho-
mas in India, Iacobus in Hispania, quę sunt termini ter
ræ habitabilis prædicasse leguntur. ⌊ Et cum hæc di
xisset ⌋ non solum hæc vtique, sed & alia quædam quæ
Marci vltimo referuntur ⌊ videntibus illis ⌋ corpora
libus oculis ⌊ eleuatus est ⌋ id est, in cælum a terra
assumptus modo iã explanato ⌊ & nubes suscepit eum
ab oculis eorum ⌋ ita quod nube circumcinctum, & in
altiora conscendentem eum, amplius non viderunt.
O quam intenta acie prosequuti sunt ascendentem, &
quam ingenti lætitia hoc conspexerunt. Id quoque in
tuendum quemadmodum vbiq; creatura suo obediat
creatori. Nempe natum dominum mox angeli Iudæ
is, stella gentibus nunciarunt, in transfiguratione quo
que nubes eum lucida obumbrauit, & cum esset in de Luce.2
ferto cum bestijs, angeli ministrauerunt eidem. Deniq; Mat.2.
paciente ipso obscuratus est sol, & immutatus est cur- Mat.17
sus lunæ. Ascendenti etiam nubes obsequium nõ subsi- Mat.4
dium præbuit. ⌊ Cumq; intuerentur in cælum eun-
tem illum ⌋ .i. ad summum atq; empyreum cælum scan
dentem, auidissima, deuotissima ac iocundissima men-
te, corporeoq; prosequerent intuitu ⌊ ecce duo viri ⌋ i.
angeli scti in forma virili ⌊ astiterunt ⌋ & subito com
parucrunt ⌊ iuxta illos in vestib. albis ⌋ quarũ albedo &
cãdor, puritatẽ naturæ angelicæ iocunditatẽq; hui⁹ ne
gocij mõstrauit ⌊ q & dixerũt. Viri Galilæi ⌋ Quẽad-
modũ eñ Iesus sic & Apli de Galilæa fuerũt, vel oẽs, vl
pene omnes ⌊ qd statis aspicientes i cælũ? ⌋ Nã & cum
dñs Iesus nubem ingressus, atq; in alta, pgressus oculis
illorũ fuisset ablat⁹, nõ cessauerũt sursum aspicere post
dilectũ vt moris est amantiũ atq; mirantiũ. Ideo ad de
clarandã Christi maiestatem, &, p consolatione ac in-
formatione discipulorũ angeli apparuerunt dicentes.

Quid ſtatis aſpicientes in cælum? Tanquam dicant. Cur catenus miramini quod dominus vniuerſorum, creator cælorum, vnigenitus dei ad cæleſtia tendit? Non inde miremini, ſed de hoc potius, quod ad terras deſcendere, incarnari, inter vos conuerſari & crucifigi dignatus eſt. ⌊ Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum ⌋. i. ſicut cum nube aſcendit, & in vera humanitate glorificata, itemque cum multitudine angelorum ac ſanctorum quos de lymbo eduxit, ita in nube veniet iudicaturus mundum, in natura humana cum multitudine ciuium ſupernorum, iuxta illud Eſa. Eſai. 3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui & principibus eius. ⌊ Tunc reuerſi ſunt Hieroſolymam ⌋ ſecundum quod Chriſtus eis præcepit, vt dictū eſt ⌊ a monte qui vocatur Oliueti ⌋ de quo loco Chriſtus aſcendit ⌊ qui eſt iuxta Hieruſalem, vtpote per vnum miliare (quod eſt media leuca) diſtans ab ea. Ideo ſubditur ⌊ ſabbati habens iter ⌋ . i. per tantum ſpaciū ab illa diſtans, quantum die ſabbati licuit Iudæis ſecūdum legem ambulare ſeu progredi a propria manſione videlicet per mille paſſus, Quæ ambulatio cum ad recreationem potius ſit quam ad laborem, quieti ſabbati non derogauit. Porro iuxta literalem intelligentiam, mons iſte dictus eſt Oliueti, quoniam oliuarum arboribus conſitus fuit. Per oliuam vero pietas, miſericordia, charitas, deſignatur. In hunc ergo montem Chriſtus diſcipulos conuenienter eduxit, & ab eo rite aſcendit, vbi ſpiritus ſancti vnctionem & illuſtrationem eis ſpopondit, & benignitatem copioſam impendit. Inſuper qui cum Apoſtolis ſpiritus ſancti donis cupit impleri ſabbati iter ingrediatur. i. quieti intendat mentali, paciſque locum introeat, qui per Hieruſalem figuratur, vt iuxta Eſaiam ſit ei ſabbatum Eſa. vlt. ex ſabbato, ſcilicet quies patriæ, merito quietis viæ. Quia qui hic ceſſat ab inquietudine operum peruerſorum & viciorum tumultu, illic in retributione & pace quieſcet cæleſti. Quamuis autem ſecundum quoſdam

discipuli de Christi ascensione contristabantur inquantum eis auferebatur dilectus, potius tamen eos puto inde vehementer gauisos, præsertim cum scriptum sit Luc. vlt. Factum est dum benediceret eis, recessit ab eis & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. ⌊ Et cum introissent in cœnaculum ⌋ in quo Christus cœnam celebrauit nouissimam, primamq; missam ⌊ ascenderunt ⌋ quod fuit in loco sublimi, puta in monte Syon prope templum ⌊ vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi ⌋ .1. Iacobus minor filius Alphæi, qui Iacobus dict⁹ est frater Christi, tanquam forma, vultu, gestu & modo conuersandi ei præcipue similis, & quia filius fuit sororis virginis sanctæ, genitricisque Christi ⌊ & Simon zelotes ⌋ qui Mat. 10. dicitur Simon Chananæus, quia de vico Galilææ nomine Chana, vbi Saluator aquam conuertit in vinum, extitit oriundus ⌊ & Iudas Iacobi ⌋ scilicet frater Iacobi minoris, qui Iudas in sua canonica fratrem Iacobi se appellat. Isti itaque cum cæteris qui sequuntur præfatum locum ingressi sunt, tum propter loci amorem & sanctitatem, quem Christus sua sanctificauit præsentia, cœna, & Euangelicæ legis sacramenti institutiõe, tum vt ibi in loco abstracto liberius orationi intenderent, & item vt ibi latentes Iudæorum vitarent calumniam, nondum enim perfecta charitas exclusit ab eis timorem, conuenienter quoque in altum conscenderant locum, qui terrena spernentes ad spiritus sancti se præparabant aduentum. ⌊ Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione ⌋ Iam namque per charitatem fuerunt in domino adunati, idipsum dicentes omnes, & schismata nescientes. Itaque & nos si spiritu sancto impleri optamus, concorditer & instanter orationi vacemus, vnanimes vno ore deum in omnibus honorantes ⌊ cum mulieribus ⌋ vtique religiosis, videlicet, Maria Magdalene & cæteris quæ in Euangelio Christo ministrasse leguntur ⌊ & Maria matre Ie-

Iohã. 2

1. Cor. 2

Rom. 15

su⌋ quæ & si post viros hos nominetur omnib⁹ tamen præstantior fuit, & sanctior vniuersis ⌊ & fratribus eius⌋.i.cognatis, qa non tantum quidam Apostolorꝝ, sed & aliorꝝ discipulorꝝ quidam erant consanguinei Saluatoris. Est aũt consuetudo scripturæ, vt qui de eadem cognatione sunt, fratres vocentur. Consequenter describitur substitutio Mathiæ loco Iudæ in apostolatum. ⌊ Et in diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrꝝ⌋ Ecce hic omnes Apostoli fratres vocant ⌊ dixit.⌋ Iã enim & añ passionem designatus, & post passionem fuit a Christo princeps Apostolorum constitutus, ideo tanq̃ maior ac prior p̃ cæteris loquit̃ q̃ sequunt. Denique ꝑꝑ tanti collegij dignitatem, potissime ꝑꝑ matris Christi pñtiam humiliter surgit, reuerenter stat, sapienterq; loquitur. Vñ & deuotorꝝ ac religiosorum conuentus est honorandus. ⌊ Erat aũt turba hominum simul fere centum viginti⌋ q̊rum quidam fuerunt viri, aliquæ fœminæ. Sed quõ q̃si dubitans ait, fere, cum per eum.ss.loquatur? Et rñdendum, q̊d fere non ponitur hic dubitatiue, sed potius assertiue, ad innuendum q̊d a p̃dicto numero multitudo illa parũ distabat. In magno autem numero q̊d parum deficit seu supfluit non reputatur seu computatur aliqñ in scripturis nec communi modo loquendi. Propter q̊d isti electissimi interdum asseruntur fuisse centum viginti. ⌊ Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sctũs ꝑ os Dauid.⌋ Quæ autem sit ista scriptura paulo post subditur ⌊ de Iuda qui fuit dux⌋.i.ductor ⌊ eorũ qui comp̃henderunt Iesum ⌋ iuxta illud Luc. 22. Iudas vnus de duodecim añcedebat eos ⌊ qui connumeratus erat in nobis⌋.i.a Chr̃o vnus Apostolorum ordinatus sicq; ab alijs appellatus ⌊ & sortitus est sortem ministerij huius⌋ id est, partem in officio & gratia apostolatus adeptus a Saluatore, ita quod fuit apostolus & prædicauit ac baptizauit, imo (vt asserit Augustinus) baptizauit Ioannes baptista & baptizatum non fuit, baptizauit Iudas & baptizatum fuit. Quod ideo dicitur,
August. quoniam in Ioannis baptismo gratia non dabatur, ic-

circo taliter baptizati post fidei Christi receptionem rebaptizabantur, non autem qui a Iuda fuerant baptizati. ⌊Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis⌋ quod tripliciter explanatur. Primo quod per æternam sceleris ac nominis sui memoriam agrũ hunc possedit in mentibus recordantium eius, & criminis eius. Vt enim in Matthæo legitur, videns Iudas quod dãnatus esset, desperatione tractus denarios pro quibus vendidit Christum restituens proiecit in templum, pro quibus principes sacerdotum agrum figuli emerunt pro sepultura pegrinorum. Cuius rei non obliuiscuntur fideles. Secundo a quibusdam exponitur, quod Iudas ibi sepultus sit, ideoque corporis sui immoratione agrum istum possideat. Sed hoc certum nõ est. Ideo: Tertio exponitur, quod iuxta consuetudinẽ sacri eloquij Iudas hunc agrum possedit, id est, possideri fecit. Nam argenteos restituendo causa fuit q̃d ager ille emptus fuit atque possessus ab emptoribus seu in eo sepultis, iuxta quem sensum sanctus Iob: Abominabuntur me (inquit) vestimenta mea. i. abominabilem intuentibus reddent ⌊& suspensus⌋ vtique a seipso, nam laqueo se suspendit ⌊crepuit medius⌋ qui dei & hominum mediatorem tam vili precio impijssime vendidit ⌊& diffusa sunt omnia viscera eius⌋ sicque in horrenda illa intestinorum eius effusione turpissima, monstraretur, quam enorme piaculum commisisset. Ita & Arrius superbissimus, quoniam Christi diuinitatem ore blasphemauit sacrilego, viscerum deprehensus dolore ad naturæ requisita declinans intestina sua turpissimus turpissime mox effudit. ⌊Et notum factum est⌋ scelus seu genus mortis Iudæ ⌊omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach, hoc est ager sanguinis⌋ id est, emptus precio sanguinis Iesu. Deinde ponitur scriptura D A V I D Iudam concernens. ⌊Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat

Mat. 27

Iob. 9.

Psal. 68.

Ps.108. commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea . Episcopatum eius accipiat alter,⌋ Sciendū quod Christus & Euangelistæ atque Apostoli allegādo scripturas veteris testamenti interdum sensum magis quā verba allegant, ita & Petrus iam agit. Inducit autem testimonium ex psalmis duobus, cuius testimonij prima pars quantum ad sensum Psalmo. 68. habetur, in quo Iudæ eradicatio prophetatur. Verum quod ibi de Iudæis Christi persecutoribus pluraliter dicitur, hic de Iuda singulariter allegatur. Sic enim in psalmo illo nostra habet translatio. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Horum etenim vnus extitit proditor, quorum omnium ciuitates & domus in vltionem sanguinis Christi per Romanos destructæ noscuntur. Secunda vero pars testimonij huius de translatione apostolatus Iudæ loquēs scripta est Psalm. 108. quo legitur. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Apostolatus autem episcopatus vocatur, & Apostolorum successores extant episcopi. ⌊Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati ⌋ .i. qui inter nos conuersati sunt, nunc; nobiscum collecti, Conuersati inquam ⌊i
Ps.67. omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus⌋iuxta id psalmi, viderunt ingressus tuos deus, ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Esaiæ quoque. 52. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt cum cōuerterit dominus Syon ⌊incipiens⌋ publice prædicare atq; miracula facere ⌊a baptisma te Ioannis⌋ .i. post baptismum quo fuit a Ioanne baptizatus seu lotus, Vel post baptisma a Ioanne prædicatum & datum. Ioannes enim baptizando denuncia
Mat.3. uit quod Christus mox in spiritu sancto baptizaret,
Mar.1. præsensque esset in carne, per hoc præparans viam Christo, qui ex tunc orsus est prædicare, & suam excellentiam declarare vsq; ad diem ascensionis, secundum quod subditur ⌊vsque in diem qua assumptus est a nobis⌋in ascensione⌊ testem resurrectionis eius fieri nobiscum⌋ .s. cum vndecim Apostolis ⌊vnum ex istis⌋

Ideo autem resurrectionem specialiter exprimit, quia amplius latuit, & de ea Apostoli in die Pentecostes p̄dicationem suam exorsi sunt. ⌊ Et statuerunt duos ⌋ .i. Petrus & alij ei consentientes vnanimiter duos tanq̄ præ cæteris sanctitate conspicuos, atque ad gratiam apostolatus magis (vt videbatur) idoneos, elegerunt ac ordinauerunt. ⌊ Ioseph qui vocabatur Barsabas, q cognominatus est iustus ⌋ quia tam præclaræ & euidentis fuit iusticiæ, quod proprio nomine quasi amisso, iustus est appellatus ⌊ & Mathiam ⌋ Prudenti autē consilio Ioseph iste laudatur, ne ex sua culpa videatur ab apostolatu repulsus. Non autem Mathias, nam ei, p omni præconio potest sufficere, quod alio tam iusto in hac parte relicto ipse ad apostolatus apicem est assumptus. In quo etiam facto diuinorum iudiciorum altitudo monstratur, quod non is qui in hominum ore plus laudabatur, in apostolum adeo eligitur. ⌊ Et orantes dixerūt. Tu domine qui nosti corda hominum, psal. 7.
ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere lo Apo. 2.
cum ⌋ .i. authoritatem & gratiam ⌊ ministerij huius ⌋ .i. prædicationis ⌊ & apostolatus ⌋ qui est donū gratiæ gratis datæ, sicut & prophetia ⌊ de quo præuaricatus est Iudas ⌋ .i. quem sua præuaricatione amisit ⌊ vt abiret in locum suum ⌋ .i. vt vnus istorum in locū illius succederet seu succedat. Sicq; dictio, vt, tenetur hic concomitanter non causaliter. Non enim iccirco transgressus est Iudas, vt alter ei succederet, sed ad transgressionem eius id consecutum est. Quemadmodum fertur in Psalmo. Tibi soli peccaui, vt iustificeris psal. 50
in sermonibus tuis ⌊ Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumerat⁹ est cum vndecim Apostolis ⌋ ita quod duodecimus fuit. Circa hoc quæritur, quid hic nomine sortis intelligatur, & qualiter sortibus liceat vti. Quocirca sciendum, quod secundū doctrinam beati Dionysij libro de ecclesiastica hierarchia, sors ista non erat talis qualis in veteri testamen- Diony.
to, sed quidam splendor diuinus, seu radius diuinitus missus super Mathiam, ad ostendēdum quod ipse esset

apostolus assumendus. Communius tamen refertur ꝙd sortes his datæ fuerunt tales quales illæ quarum in lege Mosi vsus fuit. De quibus in prouerbijs dicitur: Sortes mittũt in sinũ sed a domino temperantur. Quibus Iosue vsus est in deprehensione Achan. Verũtamen secundum Hieronymum hoc exẽplo non est sortib⁹ nũc vtendum quoniam paucoꝝ priuilegia cõmunẽ legem non faciunt. Apos. quoq; ex occulto spiritus sancti instinctu vsi sũt eis quod non est in consequentiam passim trahendum. Insup Beda hic ait ꝙ figurã obseruare licebat quousq; veritas veniret ac panderetur. Vera hostia in cruce immolata, sed in Pentecoste veniẽte super Apostolos spũ sancto consummata. Iccirco in electione Mathiæ sortibus vsi sunt ne a lege discreparẽt. Post Pentecosten vero veritate iam propalata septem diaconi non sorte, sed discipulorum electione Apostolorũq; oratione & manuum eorum sup illos impositiõe sunt constituti. De hac autem materia loquitur Thomas in secunda secundę, q. 95. inter cætera asserens ꝙd sortes dicuntur dum aliqua fiunt ex q̃rum vario & incerto cuẽtu occultũ aliqd inotescit sicut in tractiõe longioris aut breuioris festucę. Si ergo ꝙ sortes q̃rat quid sit alicui exhibẽdum de re possessa vel honore seu pœna vocatur sors diuisoria. Si autem q̃ritur quid agendum, dicitur sors cõsultoria. Quod si quęratur quid sit futurum vocatur sors diuinatoria. Cum itaq; actus hoĩnum qui requiruntur ad sortes non subduntur ifluxui cęlestium corporum aut stellarum si sortibus quis vtatur q̃si actus humani ex cælestium corporum impressione dependeant, ita ꝙd dispositioeuentusq; sortium ex stellarum influentia expectatur, supstitiosum & vanũ est neq; occulto caret cũ dęmonibus pacto; sed hac cã remota oportet sortium dispositionem expectare vel ex aliqua causa spirituali ac directiua. Et si a fortuna (quod in sorte diuisoria tantummodo locum habet) nõ est vitiosum nisi ex causa procedat illicita scilicet cupiditate aut simili. Vt dum aliqui nequeunt rem concorditer diuidere, sorte vtũtur exponentes fortunæ q̃s

Prou. 16
Iosue 7.
Hyeroni.
Beda
Actuum. 1.
Actuu. 6.
S. Thomas

quam partem accipiat. Porro si sortium euentus expectetur causa spiritali mala scilicet dæmone, impium ē. si aūt a bona puta īmediate a deo vel ab eo p̄āgelos sanctos, talis sors non est secundum se illicita secundum Augustinum. Quadrupliciter tamen potest id esse illicitum. Primo si absq; necessitate recurratur ad sortes tunc ad tentationem pertinet dei. Secundo si sine debita reuerentia. Vnde Beda hic ait. Si qui necessitate compulsi deum putant sortibus consulendum exemplo Apostolorum, videant ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu & p̄cibus ad deum fusis id egisse. Tertio. si diuina oracula ad terrena conuertantur negotia. Quarto. si in ecclesiasticis electionibus quæ ex spiritus sancti inspiratione fieri debent sortibus quis vtatur. In temporalibus vero dignitatibus quæ ad terrena instituenda seu disponenda ordinantur secus est, quia in illarum electione homines sortibus vti aliquādo possūt. Itaq; si necessitas alia ab electione ecclesiasticæ dignitatis incumbat licet cum debita reuerentia diuinum iudicium sortibus implorare. Cuius rei exempla Augustinus īducit vt si inter seruos dei sit disceptatio quis eorum tempore persecutionis fugere debeat aut manere Vel si duo æque pauperes alicui obuiarent qui aliquid dare haberet quod dari non posset nisi vni. Postremo vt dicitur in legenda sancti Mathiæ Apostoli ipse Mathias & Ioseph dictus Barsabas fuerunt de numero. 72. discipulorum & Ioseph præfatus fuit frater Iacobi mīnoris & consanguineus Christi, sicque per hoc quod Christus huic Ioseph Mathiam in apostolatū præposuit docuit quod ex consanguinitate aut carnali affectu non sunt homines ad Ecclesiastica beneficia aut officia promouendi, Aliqui tamen dixerunt quod Ioseph iste fuit Barnabas qui etiam ante hoc nomen sibi ab Apostolis inditium vocatus est Ioseph. Sed hoc minus verum censetur. Nam Barsabas interpretatur filius quietis secundum Hieronymum. Barnabas autem filius consolationis vt infra dicetur.

Beda

Augustin.

Hierony.

¶Expositio capituli secundi: Et dum complerentur dies.

Articulus. II.

PRæcedenti capitulo scriptum est, quemadmodũ Christus discipulis spiritum sanctum promisit, nunc recitatur qualiter illa promissio sit impleta. ⌊Et dum cõplerentur dies pentecostes⌋ .i. quinquagesimo die a Christi resurrectione, ita quod illa die quinquaginta dies computabantur & implebantur a die resurrectionis dominicæ. Pentecostes autem dicitur a pente quod est quinq, & coste quod est decẽ, quasi quinquies decem, quæ faciunt quinquaginta ⌊erant omnes discipuli pariter in eodem loco⌋ scilicet in cœnaculo, in quod præcedenti capitulo ascendisse scribuntur. ⌊Et factus est repente de cælo sonus, tanquã aduenientis spiritus vehementis⌋ .i. instar grandis tonitrui seu venti impetuosi ⌊& repleuit totam domum vbi erant sedentes⌋ .i. manentes seu quiescentes Christi discipuli. Itaque fiebat tunc sonitus grandis & vehemens, ad declarationem maiestatis paracleti spũs sancti desuper venientis, & vt per sonitum illum corda discipulorum ad reuerentialem dei concuterentur timorem, ac profundiori humilitate ad spiritus sancti disponerentur influxum. Sic & Ezechiel in visione quatuor animalium & throni ac dei residentis in eo, magnam se audisse commotionem testatur. Illa tamẽ imaginaria fuit, ista realis, quam aliqui dicunt non solum a discipulis, sed a tota Hierusalem fuisse auditam. Porro quod ait, tanquam aduenientis spiritus vehemẽtis intelligi potest de spiritu sancto, vt sit sensus. Factus est sonus repentinus de cælo, tanquam aduenientis spiritus vehementis .i. sicut decuit spiritum sanctum, vtpote talis, qualem fieri condecebat ad eius efficaciam maiestatemque monstrandam. Iuxta quem modũ scriptum est in Ezechiele: Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei. Appellatur autem spiritus sanctus spiritus vehe-

mens, quasi væ adimens, & mentem a terrenis ad cæ-
lestia vehens. ⌊Et apparuerunt illis despertitæ lin-
guæ tanquam ignis⌋ i. igneæ linguæ multipliciter di
uisæ atq; distinctæ⌊ sederitq; supra singulos eorum⌋ i. Mat. 3.
spiritus sanctus in his linguis ignitis super vnumquẽ Ioan. 1
que discipulorum quieuit. quemadmodum sup Chri-
stum in baptismo descendit ac mansit in forma colum-
bæ. Præterea aduertendum quod duplex est missio spi-
ritus sancti vtpote spiritalis & inuisibilis, qua menti-
bus puris aut purificandis infunditur, de qua legitur:
Spiritus vb vult spirat, & vocem eius audis, sed non Ioan. 3
scis vnde veniat aut quo vadat. Alia est visibilis, quan
do in aliquo signo sensibili demonstratur ac datur, ad
insinuandum quod earum rerum in quarum specie ap
paret proprietatem operatur in cordibus quibus illa-
bitur. Hinc nunc in duplici signo visibili demonstra-
tus ac datus est, scilicet in igne & linguis, sic tamen q̃d
ignis speciem lingua habebant, & linguæ igneæ appa
rebant, ita quod æquiualenter fuit signum duplex sen
sibile. In linguarum ergo specie apparebat ad innuen-
dum, quod omnium linguarum noticiam, facultatem
& vsum eis infudit. Secundo, quia cunctis gentibus p̃
dicaturi erant. Tertio, quoniam linguis prædicantiũ
spiritus sancti gratia præcipue necessaria extat. Hæ
autem linguæ igneæ erant, ad designandum q̃d ver-
ba feruentia proferre, & igneam legem docere debe-
rent. Itemq; intus igne diuini amoris succenderentur.
Itaque deus per hoc quod foris exhibuit, ostendit qd
interius gessit. Qui enim discipulos charitate succen-
sos, & verbo atque sapientia eruditos intus constituit,
foris igneas linguas monstrauit. Denicq; conuenienter
quinquagesimo die a Pascha datus est ita spiritus san-
ctus. Primo, ad exprimendam veteris ac Euangelicæ
consonantiam legis. Nam vetus lex per Moysen data
est desuper quinquagesimo die ab esu agni paschalis
in Aegypto, & egressione filiorum Israel inde, vt dici
tur in Exodo. Vnde & quinquagesima dies a pascha il- Exo. 20
lo figuratiuo apud Iudæos celebris fuit, in memoriã

lationis legis Mosaicæ, sic & a Pascha nostro infusum est donum spiritus sancti cordibus discipulorum, per quod Euangelica lex in eis illuminata, inflammata, cõ firmataq; fuit. Secũdo, quoniam quinquagesim⁹ numerus remissionem & quietem designat. Cum ergo spiritus sanctus peccata remittat, veramq; tribuat pacem, et ad æternam perducat quietem, quinquagesimo die datus est congruenter. Ad literam quoque discipuli infra hos decem dies ab ascensione conuenienter se disponere poterant ad tam copiosissimã sancti spiritus susceptionem. Quo etiam numero mystice figuratur, quod p obseruationem decẽ præceptorũ ad incrementa charismatum spiritus sancti pertingitur. Præterea qa in textu nunc dicitur, apparuerunt illis. &c. quidam opinati sunt quod apparitio illa imaginaria fuit, vñ & secũdo de trinitate capitulo. 6. Augustinus affirmat, quod litera hæc quęstionem habet, an igneæ lĩguę visæ sunt corporaliter eis, an imaginarię tantum. Tenendum est tamẽ absolute, & cõmuniter pene ab omnibus sic tenetur, quod vere ab extra realiter apparebant, sicut colũba super Christum. ⌊ Et repleti sunt omnes spiritu sancto ⌋ Quemadmodum enim domus in qua residebant impleta fuit sono & igneis linguis, ita & corda eorum perfusione, feruore & illustratione spiritus sancti, & vtiq; añ horam hanc gratiam sancti spiritus susceperunt etiam in abundantia quadam, præsertim cum Christus per insufflationem eis spiritum sanctum infudit, sed nunc in præexcellenti plenitudine spiritum sanctum sortiti sũt Sunt autem plures gradus plenitudinis, qua electi dei spiritu sancto pleni aut repleti fuerunt quũ ab hac die vsque in finem vitæ suæ in spiritus sancti charismatibus sumpserunt incrementum. Insuper repleti modo dicuntur spiritu sancto, nõ solum q̃ad dona gratiæ gratum facientis, sed etiam quoad dona gratiæ gratis datæ, quæ ad aliorum præstantur profectum. Iam enim data sunt eis gratia miraculorum magis quam ante, spiritus prophetiæ, donum linguarum, discretio spirituum, sermo sapientiæ, & sermo scientiæ. In tanta q̃q;

plenitudine ſpiritum ſanctum quoad dona gratiæ gratum facientis ſuſceperunt, quod confirmati fuerunt in gratia, ita quod poſtea mortaliter non peccarunt ⌊ & cœperunt loqui varijs linguis prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis ⌋ Omnium enim gentium idiomata proferre & intelligere potuerunt, imo quod mirabilius eſt, ſecundum gloſam & expoſitores communiter, vno eorum aliquam proferente loquelam, omnes qui aderant quantumlibet idiomatum conſiſterent diuerſorum, loquelam illam tanquam proprium idioma audierunt ac intellexerunt, diuina id agente potẽtia, vt ſicut per ſuperbiam & rebellionem filiorum Adæ diuiſæ ſunt linguæ, ita p humilitatem & obedientiam diſcipulorum Chriſti, operante ſpiritu ſancto vnitæ ſint. ⌊ Erant autem in Hieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi ⌋ .i. diuino cultui dediti ſeu deuoti. Religio quippe eſt virtus quæ alio nomine latria nuncupatur, per quam deo cultum ceremoniamq; impendimus. Vnde dupliciter religioſi dicuntur. Primo quia diuinis intenti ſunt, Sicque omnes fideles virtuoſi, dicendi ſunt religioſi. Secundo, quia ſingulariter diuinis ſe manciparũt ſeipſos deo totaliter offerentes, & ſeculo abrenũciantes per ordinis ingreſſum. Et ſic clauſtrales religioſi vocantur ⌊ ex omni natione quæ ſub cælo eſt ⌋ Hoc per hyperbolen dictum eſt, quia ex diuerſis & valde multis prouincijs quidam Iudæorum ad Hieruſalem ex deuotione confluxerunt, & illic manſerunt. Qui erant ex his Iudæis quos aduerſarij eorum Aſſyri & Chaldæi, ac Græci ſub Antiocho rege per diuerſa vendiderant & diſperſerant loca. Vnde in libro Heſter refert, quẽadmodum in diuerſis prouincijs Aſſueri regis plurimi morabantur Iudæi, Et quamuis a Cyro rege Perſarum habuerunt redeundi licentiam, multi tamen non redierunt. ⌊ Facta autem hac voce ⌋, id eſt, locutione Apoſtolorum tam mirabiliter reſonante, quando cœperunt varijs linguis effari, Continuo enim ſpiritu ſancto accenſi ingreſſi ſunt templũ, q̃d fuit prope cœ-

naculum ⌊ conuenit multitudo ⌋ hominum. Quidam vero per vocem hanc factam, intelligunt sonum præfatum, tanquam aduenientis spiritus vehementis, quē dicūt ab habitatoribus Hierusalem circa templum auditum, propter quod illuc concurrerunt ⌊ & mente cō fusa est ⌋ .i. plurimum admirata & conturbata ⌊ quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes ⌋ ex quo elicitur quod singuli vnam cuiuslibet apostolorum loquelam intellexerunt, quod fuit magnum & inauditum miraculum, omnes illos in stuporem cō uertens, quemadmodum subditur. ⌊ Stupebant autem omnes ⌋ Stupor ex magna admiratione procedit ⌊ & mirabantur adinuicem dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur ⌋ puta Apostoli. ⌊ Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? ⌋ Deinde audientium diuersitas ex parte locorum natalium, aperitur. ⌊ Parthi & Mœdi & Elamitæ ⌋ Elā est regio Persiæ contra q̄ Heremias prophetat ⌊ & qui habitant Mesopotamiam Iudæam ⌋ quæ hoc loco accipitur pro terra duarū tribuum scilicet Iudæ & Beniamin ad distinctionem (vt ait Beda) Samariæ Galilææ, Decapoleos, & aliarum in eadem prouincia regionum. Quæ licet omnes vna loquerentur lingua Hebræa, domesticam tamen singulæ dicendi speciem habuerunt distinctam. Vnde Petrus in passione quod Galilæus sit, propria proditur lingua ⌊ & Cappadociā. Pontum & Asiam ⌋ Asia regio quæ dicitur minor, ab orientali parte qua ad Cappadociam Syriamq; progreditur vndiq; circundata est mari. Cuius prouinciæ sunt Phrygia, Pamphilia, Cilicia, Licaonia, Galatia, & aliæ multæ, sed specialiter vbi Ephesus ciuitas est Asia dicitur ⌊ Aegyptum & partes Lybiæ quæ est circa Cyrenem ⌋ Aegypti regio a septemtrione magnum mare, & sinum Arabicum ab oriente, seu rubrum mare, a meridie Aethiopiam, ab occasu Lybiam habet. Cui⁹ inferiorem partem Nilus ad dextram atq; sinistram diuisus amplexu suo determinat. Propterea quidam Aegyptum inter insulas compu

tant ⌊& aduenæ Romani⌋ qui de Italia ad Hierusalē deuenerunt. ⌊Iudæi quoque⌋ natura ⌊& Proselyti⌋ sicut in nouo testamento vocantur neophyti, qui de infidelitate ad Euāgelicam legem de nouo cōuersi sunt: ita in veteri testamento dicebantur proselyti, q de gentilitate ad legem conuertebantur Mosaicam. ⌊Cretes & Arabes⌋ Arabia regio inter sinum maris rubri qui Arabicus, & cum qui Persicus appellatur plurimas habet gentes, videlicet Idumæos, Saracenos, Sabeos, & alias plures, Arabia autem sacra interpretatur, eo quod sit regio in qua thura nascuntur, & producens odores. Hinc eam Græci Eudæmon, latini beatam vocauerūt. ⌊Audiuimus eos loquētes nostris linguis⌋ secundum modum prætactum ⌊magnalia dei⌋ videlicet Christi resurrectionem, ascensionem, paracleti missionem. Verum vno Apostolorum loquente alīsq; tacentibus, vnus ille non nisi vnius idiomatis protulit voces, omnibus tamen videbatur, q; suæ loquelæ verba proferret, & virtualiter non formaliter ita fuit. Sicut & manna cunctorum ciborum saporem continuit iuxta illud Sapien. 16. Panem de cælo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatē. Deseruiens enim vniuscuiusq; voluntati. ad quod quisq; volebat conuertebatur. Hoc tamen in bonis Iudæis accidisse duntaxat aliqui asserunt, mali enim dicebant, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo ⌊Stupebant autē omnes & mirabantur dicentes. Quidnam vult hoc esse?⌋ Exingenti admiratione inter se conferebant, & eadem sæpius proferebant, qa ex abundantia cordis os loquitur. ⌊Alīj autem irridebant dicentes, quia musto pleni sunt isti⌋ Isti erant omnino peruersi, qui tam euidens spiritus sancti miraculum sinistre interpretabantur & charitate ac donis spiritus sancti tam exuberanter impletos, vt internus splendor ac mentis lętitia, relucerent in vultibus eorū dem, ebriosos dixerunt, quasi mustum hoc facere posset, quod omnem naturalem transcendit potentiam. Veruntamen spiritaliter ebrij erant hi sancti, introdu-

ctí in cellam vinariam, & torrente voluptatis deificæ vsque ad plenum potati. In quibus illud ex Canticis fuit impletum: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Etenim feruor amoris, sapientiæ sapor, gaudiorum excessus, inebriauerat eos, biberantq; vinũ quod Christus sapientia patris miscuit eis. Stans autẽ Petrus cum vndecim Apostolis eleuauit vocem suam & locutus est eis. Iam innotescere incipit quanta sit efficatia gratiæ spiritus sancti, & quantum inter fragilitatem humanam ac diuinam distet virtutem. Ecce qui paulo ante vnius vilis mulierculæ voce conterritus Christum primam summamq; veritatem negauit, nunc inter tot milia, præ cæteris Apostolis imperterrito ac tubali eloquio testimonium perhibet veritati. Iam nempe in eo perfectus amor, seruilem eiecit timorem. Viri Iudæi & qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Ecce q̃ authoritatiue & secure effatur, q paulo-añ indoctus & rudis fuerat idiota. Non em̃ sicut vos æstimatis hi ebrij sunt. Ebrij qdem sunt fateor, sed nõ sicut vos æstimatis, qui tanq̃ carnales, carnaliter iudicatis, & similes estis Heli cæcutienti, qui sanctã Annã phibuit temulentã cum sit hora diei tertia. Vñ tam mane non solent hoĩes vino impleri. Porro .ſſ. qui est tertia in supbeatissima trinitate psona, maiestatem & gloriã indiuiduæ adorandæq; trinitatis mundo pApostolos p̃dicaturus tertia hora conuenienter descendit. Et quia vt dictum est, discipuli erant in oratione pseuerantes, recte .ſſ. in hora orationis pcipiunt, vt monstretur, q̃ .ſſ. gratia non facile impetratur, nisi mens a carnalibus supnoꝝ intentione leuetur. Tria aũt tempora quibus Daniel genua flectere & adorare solebat, videlicet, tertia, sexta, & nona hor ab ecclesia obseruantur. Nã & Christus .ſſ. hora tertia mittens, & crucem sexta hora ascendens, nona spm̃ tradens, eadem nobis horas intimare & sctificare dignatus est. Sed hoc q̃d cernitis est q̃d dictũ .i. pphetice p̃nunciatum est p prophetam Iohel cuius verba subduntur. Et erit

Cant. 5

prou. 9

Mat. 26

Reg. 1.

Actuu. 1.

Danie. 6

Ioã. 19.

in nouissimis diebus ⌋.i. tempore Euangelicæ legis cui lex alia diuinitus non succedet. De quo tempore sanctꝰ Iacob disserui: Congregamini, vt annunciem vobis q̃ vẽtura sunt in nouissimis diebus. Et Esaias: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi. Vñ hoc tempus vltima mundi ætas vocatur, sicut ait Apostolus. Nos sumus in q̃s fines sæculorum deuenerunt ⌊ dicit dominus ⌋.s. deus pater, vel pater & filius qui sunt vnus dominus. Vnus quoq; spirator & dator. ss. sicut & tres personæ sunt vnus creator ⌊ effundam de spiritu meo super omnem carnem ⌋.i. cunctis hominibus. s. Iudæis & gentibus, seu quibusdam de omni genere hominum, vt sit distributio pro generibus singulorum. Itaq; omnibus his de donis & gratijs spiritus sancti infundam, sicq; nomine partis intelligitur totum, videlicet homo per carnem, sicut cum ait Ioannes, verbũ caro factum est. Et Psalmista: Ad te omnis caro veniet. Veruntamen sanctus Petrus hoc loco sensum, non formam verborum inducit. Sic enim in Iohele scriptũ est: Et erit, post hæc effundam spiritum meum sup omnem carnem ⌊ & prophetabunt ⌋o Iudæi ⌊ filij vestri & filiæ vestræ ⌋.i. discipuli & discipulæ Christi. Multi enim discipulorũ & aliquæ sanctæ fœminæ cũ Apostolis spiritum sanctum receperunt, & gratiã prophetalem sortiti sunt. ⌊ Iuuenes vestri visiones videbunt ⌋id est, reuelationes diuinas atque propheticas vere intelligent. Intelligentia enim est opus in visione ⌊ & seniores vestri somnia somniabunt ⌋.i. reuelationes desuper tempore somni suscipient, quando propter quietem virtutis imaginatiuę, ac sensuum exteriorum, aptior est anima ad illuminationes supernas. Propter quod Iob. 33. legitur. Per somnum in visione nocturna aperit deus aures virorum, & instruit disciplina. Quod autem Apostolorum discipulorũq; Christi, alij seniores, alij fuerint iuniores, certum est cũctis Porro huiuscemodi somnia non sunt vana & solita omnibus, sicut illa de quibus Ecclesiasticus, Somnia extollunt imprudentes, & q̃si qui apꝑhendit vmbrã, & p

Gene. 49
Esai. 2.
1. Cor. 10
Iohã. 1
Psal. 64.
Ioel. 2
Eccl. 34

sequitur ventum, secundum hoc visio somniorum.
⌊Et quidem super seruos meos, & ancillas meas in die
bus illis⌋ scilicet in exordio Euangelicæ legis ⌊effun
dam de spiritu meo & prophetabunt⌋ Quidam enim
vtriusque sexus in primitiua ecclesia prophetarunt, si
Act. 21 cut & infra scribitur Philippus diaconus habuisse qua
tuor filias virgines prophetissas. In nomine vero effu
sionis ostenditur gratiæ copia seu munerum largitas.
De qua effusione scriptum est. Esai. 44: Effundam spi
ritum meum super semen tuum, & benedictionem me
am super stirpem tuam. ⌊Et dabo prodigia in cælo
sursum, & signa in terra deorsum.⌋ Hoc & ẏba sequen
tia quidam exponunt de signis præcessuris diem iudi-
cij. Sed cum Petrus totam istam scripturam pro tem-
pore suo quasi tunc impletam alleget, aptius ad præfa
tum tempus refertur. Dedit ergo deus in primo Chri-
sti aduentu, & circiter prodigia in cælo, quando eo
Lucæ. 2 nato cælestis miliciæ multitudo deum laudans appa-
ruit stella in aere radiauit, & tempore passionis, dum
luna tempore oppositionis supernaturaliter redijt, &
se soli supposuit, totq; horis sub ipso permansit, ita q̃d
sol stetit immotus. Similiter in ascensione angeli ap-
Actu. 1 paruerunt, Insuper dedit dominus signa in terra q̃ñ
Mat. 27 in ea Christus tot patrauit miracula, & quando eo pa
ciente mota est terra scissæ sunt petræ, aperta sunt mo
numenta, & multa corpora sanctorum resurrexerunt
a mortuis, & venientes in sanctam ciuitatem apparue
runt multis. Quod autem ista conuenienter ad tem-
pus primi aduentus Christi relata sint, innotescit ex eo
quod dominus ait Aggei. 2. Adhuc vnum modicum &
ego mouebo cælum & terram & mare & aridam, & ve
niet desyderatus cunctis gentibus, quod omnes de pri
mo Christi aduentu exponunt, de quo in Genesi loqui
Gen. 49. tur Iacob: Et ipse erit expectatio gentium. Consequen
ter quædam prodigiorum istorum specialiter expri
muntur ⌊sanguinem & ignem, & vaporem fumi⌋ Per
sanguinem intelligitur sanguis qui de Christi latere
fluxit, in cuius emanatione duo mirabilia contigerunt

Primum quia de mortuo corpore sanguinem viuaci riuo effluere, contra nostrorum naturam est corpo-
ris. Secundum quod simul cum sanguine aqua profluxit.
Potest quoque per sanguinem, accipi sanguis quem p Christo martyres cum mira effuderũt constantia, per ignem spiritus sancti illustratio ac inflammatio designatur. In igne enim sunt splendor & calor, per vaporem fumi, excæcatio Iudæorum, vel compunctio & lachrymatio conuersorum, qui ad prædicationem Petri compuncti sunt corde. De quorum pñissimo fletu Zacharias dicit: Plangent eum planctu, quasi super vnigenitum. ⌊Sol conuertetur in tenebras.⌋ Nam tempore passionis obscuratus est sol ⌊& luna in sanguinem⌋ .i. rubea apparebit. Non tamen planetæ fuerunt in seipsis taliter se habentes, secundum apparentiam fuit sic. Solet autem luna cum eclypsim patitur sanguinea apparere, sed quando directe supponitur soli nigra videtur. Vnde si suppositione illa durante rubea apparebat, mirabiliter factum est, quod secundum Hieronymum credi potest, quamuis scriptum non sit. Non em̃ scripta sunt oñia ⌊antequam veniat dies domini magnus & manifestus.⌋ Per diem hunc Hieronymus super Iohelem intelligit diem dominicæ resurrectionis, in quo magna operatus est deus. Et quem omnibus manifestauit, de quo ait Psalmista. Hæc est dies quam fecit dominus. Qui dies per Iohelem appellatur horribilis, quia aerijs potestatibus impijsq; Iudæis pauẽdus. Potest quoq; per diem istum horribilem, magnum, & manifestum, tempus illius grauissimę ac finalis captiuitatis Iudæorum per Romanos intelligi. De istis hic transeo, quia super duodecim, pphetas suo loco ea plenius exposui. ⌊Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen domini⌋ .i. deum intimo cordis affectu cum fide syncera orauerit ⌊saluus erit⌋ non enim est personarum acceptor deus, sed prope est dñs oĩbus inuocãtibus eũ, oĩb9 inuocãtibus eũ in veritate, iuxta id Eccl. 2. Quis inuocauit illũ & despexit eũ? Consequenter beatissimus Petrus euidentius instruit reos, factis & autho

Ioã. 19.
Zac. 12
Luc. 23.
Ioã. 21.
Ad tit. 1.
Psa. 117
Iohe. 2

ritatibus Iesum esse Messiam declarans. ⌊Viri Israelitæ⌋ qui estis Israelitæ carnis propagine, non fidei imitatione ⌊audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum a deo⌋ trinitate, & a seipso secundũ quod deus est ⌊in vobis⌋ .i. inter vos ⌊virtutibus⌋ .i. ianctis operibus⌊ & prodigijs⌋ quantum ad maiora eius miracula⌊ & signis⌋ quantum ad minora ⌊quæ fecit per illum deus in medio vestri⌋ Verbum enim seu trinitas operabatur per Christi humanitatem quæ fuit instrumentum seu organum immediatum, coniunctũ & proprium verbi, quemadmodum corpus nostrum instrumentum est animæ nostræ in suis opibus secundum Damascenũ. Vñ diuinus Dionysi⁹ Christi actionẽ appellat Theandricam .i. dei virilem. Et Christ⁹ homo diuina potestate egit miracula⌊ sicut vos scitis⌋ quibus & Christus añ passionem dicebat. Multa bona opa ostendi vobis ex patre meo, pp quod horum me lapidatis⌊ hunc definito consilio & pscientia dei traditũ⌋ q̃uis enim Iudas impie eum tradiderit, deus tamen eũ p. phetas tradendum pdixit, pdeterminauit, & in sua pscientia sempiterna pro hominibus moriturum pdiffinuit, quemadmodum ait Apostolus. Proprio filio suo non pepcit, sed pro omnibus nobis tradidit illum Deus quoq; pater, seu trinitas, animæ Christi voluntatem moriendi pro hominibus inspirauit. Rursusq; eidem contulit tam iuste conuersari & loqui, q̃ Iudæi erant inuidia concitati, ex qua vltra ad Christi occisionem progressi sunt. Sicq; traditio Christi q̃tum ad causam atq; principium eius fuit directe & effectiue a deo loquendo tamen de causa traditionis huius bona, puta iusticia, sponraneoque principio, ratione cuius etiã seipm tradidit Christus, iuxta illud Esaiæ. Tradidit in mortem animam suam ⌊per manus iniquorum⌋ vide licet militum Pilati⌊ affigentes⌋ cruci⌊ interemistis⌋ mortem ipsius procurando. ⌊Quem deus suscitauit⌋ a mortuis, imo & ipse vt deus seipm, sicut pdixit. Potestatem habeo ponẽdi animam meam, & iterum sumendi eam. Et item: Soluite templum hoc & in tribus die-

Ioan .1
Heb .1.
Ioh. 10
Esa. 53.
Esa. 53.
Ioã. 10.
Ioan. 2.

bus, excitabo illud. Hoc enim dixit de templo corporis sui, vt Euangelista exponit ⌊ solutis doloribus inferni ⌋ .i. pœnis inferni a Christo sublatis, ita quod eas non sensit iuxta id Psalmi. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Ablatis quoque his pœnis a sanctis quos Christus de lymbo eduxit. Nam mox cum ad eos anima eius veniſſet, beatifica dei visione illustrauit eosdem, iam enim causam dilationis gloriæ videlicet, originalis peccati reatum sua passione amouit. Sancti autem in lymbo, & si pœnam sensus non habuerunt, nihilominus pœna damni fuit in eis, ficque dilatio gloriæ eos aliquo modo afflixit, iuxta id Pro. 13. Spes q̄ differtur affligit animam, lignum vitæ desiderium veniens. Propter quod de istis Zach. 9. dicitur Christo. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua ⌊ iuxta q̄d impossibile erat teneri illum ⌋ .s. Christum ⌊ ab eo ⌋ .i. ab inferno, cum enim omni caruerit culpa nil potestatis aut iuris habebat in eo diabolus seu infernus. Propter quod passione instante disseruit Ioan. 14. Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquā ⌊ Dauid enim dicit in eū ⌋ .i. de Christo, ita quod verba sequentia ad literam in Christi persona dicuntur. ⌊ Prouidebam dominum coram me semper ⌋ .i. ego vt homo, deum iugiter intuebar, atque in omnib. prouide coram eo conuersabar. Nam anima Christi a primo suæ creationis instanti vidit deum per speciē tam clare ac ineſſanter, vt modo ⌊ quoniam a dextris est mihi ⌋ .i. in omnibus gratiose mihi assistit, secundū illud Esa. 50. Dominus deus auxiliator meus ⌊ ne commouear ⌋ .i. a via æquitatis & veritatis vsq̄ recedam, in tantum enim affuit naturæ assumptæ, quod peccare nequit ⌊ Propter hoc lętatū est cor meū ⌋ videlicet de tā incōparabili beneficio dei, & de indesinenti aspectu ipsius ⌊ & exultauit lingua mea ⌋ .i. in verba laudis diuinæ cum exultatione, prupit, dicendo, gratias ago tibi pater. Et, honorifico patrem meum, Et rursus Lucæ 10. dicitur, Exultauit Iesus spiritu sancto ⌊ insuper

Ioan. 2 psal. 7

Ioan. 11

Ioan. 8.

& caro mea requieſcet in ſpe ⌋ .i. corpore meo ab anima ſeparato atque ſepulto, de eius reſuſcitatione certus ero. ⌊ Quoniam non derelinques animam meam in inferno ⌋ niſi quamdiu ipſa voluerit, ſcilicet vſque ad inſtans reſurrectionis. Et infernus pro lymbo patrum hic ſumitur, ſicut cum Iacob ait in Geneſi, Deſcendam lugens in infernum. Atq; in ſymbolo. Se-
Gen.37 pultus deſcendit in infernum. Porro in morte Chriſti fuerunt corpus & anima eius ab inuicem ſeparata, vtrumq; tamen manſit verbo vnitum. Ideo corpus eius
Pſal.15 reſolui non potuit, propter quod ſubditur ⌊ nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem ⌋ .i. corpus vnigeniti filij tui non permittes pati incinerationem ſeu diſſolutionem. Nihilominus ſumendo corruptionem p occiſione, fuit vere corruptum ſeu mortuum. ⌊ Notas
Pſal.15 mihi feciſti vias vitæ ⌋ .i. ſemitas iuſticiæ, quibus ad vitam beatam tranſitur me docuiſti, & per accelerata reſuſcitationem iter ad vitam gloriæ aſcendere me feciſti, ita quod tunc per experientiam illud noui ⌊ replebis me iocũditate cum facie tua ⌋ .i. cum in conſpectu tuo in cæleſti apparuero regno pleniſſime gloriicabor. Quamuis enim Chriſtus ab exordio incarnationis, quantum ad ſuperiorem animæ partem ad verbum relatam, fuerit comprehenſor, & omni eſſentialis præmij gaudio plenus, nihilominus quo ad inferiores animæ vires, imo & quantum ad ſuperiores vires ad eſſentiam animæ comparatas & quantum ad carnem paſſibilem fuit viator, & triſticias aliquando habens & dolores. In aſcenſione autem pleniſſimam glorificationem ſortitus eſt, imo & ab omni triſticia in puncto mortis extitit liberatus. Præterea quod verba inducta non de ſeipſo ſed de Chriſto protulit Dauid, conſequẽter probatur. ⌊ Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam defunctus eſt & ſe-
3.Reg.2. pultus, & ſepulchrum eius apud nos eſt vſq; in hodiernum diem ⌋ ſicut, 3. Regum deſcribitur, ex quibus patet, quod corpus eius in ſepulchro ſit diſſolutum. ⌊ Prophetа ergo cum eſſet ⌋ nam præclariſſimus fuit prophe

ta Dauid⌊ & sciret quia iure iurando iurasset illi deus, de fructu⌋,id est,semine⌊ lumbi eius, sedere super sedem eius⌋ .i. post eum vere spiritaliterq; regnare cęteris cunctis sublimius, iuxta illud in Psalmo. Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum,de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, scilicet. Christum de semine tuo nasciturum, De quo loquitur Esaias.Super solium Dauid & super regnum eius sedebit⌊ prouidens⌋,id est, in futurum procul præintuēs ⌊locutus est de Christi resurrectione,quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius sensit corruptionem.⌋ iuxtā expositionem inductam. ⌊Hunc Iesum suscitauit deus,cuius nos omnes testes sumus⌋quod vidimus protestantes,& prophetice prænunciatum nūcque impletum monstrantes.⌊ Dextera ergo dei axaltatus⌋,id est,diuina virtute de lymbo, de sepulchro, de terra ad cælos leuatus⌊ & promissione spiritus sanctī accepta a patre⌋,id est,omni glorificatione quam ei p spiritum sanctum pater in scripturis promisit adepta ⌊ effudit hoc donum, quod vos videtis & auditis⌋ .i.magnam hanc gratiā,sapientiā,linguaꝝ noticiam, quam in nobis iam experimini, largitus est nobis. Promissionem autem spiritus sancti accipere competit Christo secundum naturam humanam, sed spiritum sanctum dare, secundum naturam diuinam, quā uis in ipso secundum humanitatem sit gratia capitis, per quam suis influit membris, quod agit vt causa gratiæ instrumentalis ac meritoria & coniuncta. Porro quod Christus dextera patris sit exaltatus, testimonio probat psalmistæ. ⌊Non enim Dauid ascendit in cælum⌋ quia quoad corpus mansit in monumento, & quantum ad animam,in lymbo. ⌊Dicit autem ipse⌋ in psalmo. ⌊Dixit dominus domino meo⌋,id est, pater filio⌊ sede a dexteris meis⌋.i.in bonis potioribꝰ secundum naturā assūptam, ita q̄d ōni sis creaturæ prælatꝰ,plenarie glorificatꝰ,&diuinitate p̄ cūctis abūdātiꝰ fruēs. Istud dixit Chr̄o hōi deꝰ pr̄ ascēsiōe.Sed in diuinitatē vero pr̄ ab ęterno dixit filio,sede a dextris.i. mi

Esai.9.

Psal.131.

Psal.109.

hi esto æqualis,& in ea reside maiestate qua ego⌊Do nec ponam inimicos tuos,scabellum pedum tuorum⌋ .i.omnes reprobos tibi plene subiiciam, & subiectos ostendam,quod maxime erit in die iudicij. De expositione autem versuum istorum nunc pertranseo, cum in libro Psalmorum prolixe expositi sint.Quod autem hæc dictio,donec,sumatur hic non finite,sed indefinite constat,sicut & Matthæi primo.Non cognouit eam donec peperit filium suum. ⌊Certissime ergo sciat⌋ per fidei cognitionem,non per rationem, aut scientiã naturalem,iuxta quem modum sanctus Iob ait. Scio quod redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum⌊ omnis domus Israel⌋ .i. tota plebs Iudæorum seu duodecim tribuum ⌊quia & dominum eum & Christum fecit deus hunc Iesum⌋ .i.pater seu trinitas superdignissima Iesu Nazareno secundum naturam humanam contulit principatum vniuersorũ & vnctionem gratiæ singularem ac summam,iuxta illud.Vnxit te deus oleo letitiæ præ consortibus tuis. Et item Christus fatetur in Psalmo ratione naturæ assumptæ & gratiæ ei collatæ . Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius ⌊quem vos crucifixistis⌋ non vestris, sed militum manibus , & magis peccastis quam illi, quia prima causa plus influit. ⌊His auditis compuncti sunt corde⌋desuis dolendo peccatis . Non omnes tamen sed multi,in quibus impletum est,q̃d ante passionem Christus eis prædixit Ioan.7. Cum exaltaueritis filium hominis,tunc cognoscetis quia ego sum. Tot itaq; scripturarum allegationibus & tantis prodigiis sunt conuicti⌊ & dixerunt ad Petrum,& ad reliquos Apostolos.Quid faciemus viri fratres? Petrus vero dixit ad illos.Pœnitentiã agite⌋ nec paruã sed maximã q̃tũ ad interiorẽ dolorẽ,vt magnitudini criminis correspondeat magnitudo doloris.Oportet em̃ scdm Hieronymũ vt dolor cõtritionis adæquet grauitatẽ peccati,q̃tenus de maioribus vicijs maior habeat contritio ⌊& baptizet vnusq; vr̃m in noĩe Iesu Chr̃i in remissionẽ

lob.19.

psal.44.

psal.2.

Mat.3.

Luc,13.

peccatorꝫ vestrorꝫ ⌊videlicet qlibet in remissionē peccatorꝫ suorꝫ. Quis aūt Chs formā baptisti docuerit dicēs. Matth. vlt. baptizantes in noīe pris & filij &. ss. Apostoli tñ & eorū discipuli in primitiua ecclesia sub alia forma baptizauerunt, ex familiari consilio atq; distinctu ss. vtentes hac forma verborum. Baptizo te in nomine Iesu Christi, vt scilicet nomen Christi amplius dilataretur, & honorabilius ac amabilius redderetur hominibus, quod a Iudæis incredulis blasphemabatur, quo facto, cœpit ecclesia vti forma baptismi instituta a Christo, Tñ qñ in noīe Christi dabatur baptismus forma a Christo p̄fixa implicite ac virtualiter seruabatur, quia in nomine Christi tota super sancta trinitas intelligi datur. Nam Christus dicitur vnctus, sicq; in nomine eius intelligitur pater vngens, filius vnctus, spiritus sanctus vnctionis causa, seu vnctio effectiua, qui per prædicationem causalem vnctio appellatur⌋ & accipietis donum spiritus sancti⌊ i. non solum peccatorum remissionem, sed & donum sapientię & linguarum, quod in nobis miramini. Tunc namq; baptizatis dabatur communiter spiritus sanctus in signo sensibili per impositionem manuum Apostolorum sicut & infra habetur. Vnde in Scholastica historia sic habetur. Accipietis donum ss. scilicet, vt loquamini variis linguis sicut & nos. Et hoc erat signum familiare in primitiua ecclesia, quia omnes fere ascendētes de lauachro, loquabantur variis linguis. ⌋Vobis enim facta est repromissio & filiis uestris⌊ i. præfata promissio de effusione spiritus sancti per Iohelem præ nunciata, vos & filios vestros concernit, ita q̄d in vobis implebitur. Nec solum in vobis Iudæis ⌋sed & omnibus qui longe sunt⌊ a vobis seu loco, seu dispari cultu, & dissimili ritu, puta in gentibus ⌋quoscunque aduocauerit dominus deus noster⌊ i. per Euangelicā prædicationem, seu inspirationem diuinam ad fidem & charitatem seu ecclesiasticam vnitatem perduxerit, hoc est in omnibus prædestinatis. Propter quod Ioannis. 11. scriptum est. Iesus moriturus erat pro Iohelis. 2

Ioan.14 gente. Et non solum pro gente, sed ut filios dei qui di
Ephe.2 sperſi erant congregaret in vnum. Hinc gentibus scribens Apostolus, vos (inquit) qui aliquando longe fuistis, nunc prope facti estis in sanguine Christi. Quod etiam in Epistola ad Romanos ab Esaia prophetatum declarat. ⌊Alijs etiam uerbis plurimis testificatus est, et hortabatur eos dicens. Saluamini ⌈a generatiõe ista praua⌋ .i. ab incredulis istis Iudæis diuidamini corde, vt fidem & gratiam suscipientes, illis pereuntib⁹ vos saluemini. ⌊Qui ergo receperunt sermones eius⌋ .i. verbis Petri acquieuerunt ⌊baptizati sunt⌋ ab apostolis, alijsque forsan discipulis. ⌊Et appositæ sunt⌋ numero credentium ⌊animæ⌋ .i. homines ⌊circiter tria milia⌋ ad gloriam summæ trinitatis totius gratiæ superditissimi fontis ⌊in illa die⌋ videlicet Pentecostes. ⌊Erant autem perseuerãtes in doctrina Apostolor⁹ ⌋ illam mansuete ac sedulo audiendo ac prompte implen
Iacobi.1. do, iuxta illud Iacobi. Abijcientes omnem immunditiam, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Sic & subditi in doctrina pastorum suorum debent stabiles permanere ⌊& communicatione fractionis panis⌋ .i. perceptione sa-
1. Cor.10 cramenti, secundum quod Paulus ait: Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? In primitiua autem ecclesia crebro & multi quotidie cõmunicabant ⌊& orationibus⌋ nec dubium quin & in laudibus dei, cum & maius atq; diuinius sit, dei laudibus q̃ orationibus esse intentum. Nam deum laudando ma-
Eccl.15 gis simplificamur in ipso, & minus ad nosipsos reflecti mur. Sed cum non sit speciosa laus in ore peccatoris, q diuinæ laudationi cupit insistere, primo in orationibus perseueret, vt purificetur, & corde mundato agat quod scriptum est. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ⌊Fiebat autẽ o-
Psal.33 mni animæ timor⌋ .i. vniuersis Iudæis & cæteris ista videntibus timor quidam incutiebatur propter rei nouitatem, totq; mirabilium eminentiam, ex prædicatione quoq; Apostolorum qua incredulis damnationem

comminabantur æternam⌊ multa quoque prodigia& ſigna⌋id eſt miracula maiora & minora⌊per Apoſtolos fiebant in Hieruſalem⌋quæ ſanctus Lucas breuitati ſtudens non recitat⌊& metus erat magnus in vniuerſis⌋propter cauſas prætactas. In quo diuina potentia euidenter oſtenditur, quod ſcilicet diſcipuli ante paracleti miſſionem trepidi,nunc erant intrepidi, & aduerſarij eorum tam pauidi. Tantus enim gratiæ fulgor,poteſtatiſque vigor,ac diuinitatis operatio in eis ſplendebant, quod æmuli ueritatis formidare coacti ſunt, qui illos pauloante, non modo non metuebant, ſed & occidere diſponebant. ⌊Omnes etiam qui credebant,erant pariter⌋mente & corpore⌊& habebant omnia communia. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant⌋ſcilicet immobilia & mobilia bona⌊& diuidebant illa omnibus,prout cuique opus erat⌋Quo enim ſpiritalibus diuitijs fuerunt pleniores,eo minus curauerunt opes carnales,& quo in dei ac proximi dilectione magis ardebant, eo liberalius ſua ſibiinuicem communicabant. Charitas enim omnia facit eſſe communia nec ſua duntaxat,ſed & ſeipſam impendit. Ex quibus elicitur tanto quemque minus habere de diuino amore,quo extat auarior,& quo amplius quærit terrena eo animam habet pauperiorem.⌊Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo & frangentes circa domos⌋in reditu ſuo a templo ⌊panem,ſumebant cibum cum exultatione⌋ſpiritali non carnali⌊& ſimplicitate cordis⌋ tanquam ab omni ſimulatione & vanitate doloſa immunes. Tanta fuit in eis charitatis feruor & deuotionis inſtantia, quod in exteriori occupatione & neceſſaria corpori refectione,manſerunt mente ad deum ſuſpenſi, & gloriantes in contemplatione ipſius in quibus illud Pſalmiſtæ impletum eſt: Iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei,delectentur in lętitia. In quibus & aliæ multæ propheticæ promiſſiones,vere ſpiritaliterque impletæ ſunt,quas carnales& obſtinati Iudæi nondum putant impletas, & corporaliter p̄ſtolantur implendas⌊collaudantes deū & habē Pſal.67.

tes gratiam ad omnem plebem] ita quod omnibus erant accepti ac honorati ,ppter tam euidentissimã gratiæ affluentiam in ipsis splendentem. Quemadmodum legitur de sancto Sebastiano. Necesse erat, vt quem de⁹ tanta perfuderat gratia ab omnibus amaretur. [Dominus autem augebat qui salui fierent] id est, quosdã conuertit, & fidelium numero copulauit [quotidie in idipsum] collegium credentium, vel in ipsomet deo incommutabili bono, in quod mente tendebant & quiescebant. De quo fertur in Psalmo. Tu autem idem ipse es. Et rursus: In pace in idipsum dormiam & requiescam.

Psal. 101. psalm. 4

¶Expositio capituli tertij. Petrus autem & Ioannes.

Articulus. III.

CVm Euangelica doctrina sit supernaturalis, necesse fuit eam supernaturalibus argumentis ,probari. Hinc Christus & eius discipuli talia operabantur miracula, quæ sola diuina virtute fieri queunt. Iccirco quam certum est deum falsitatis non esse approbatorem aut confirmatorem tam certum est fidem catholicam esse a deo. Nunc ergo grande narratur miraculum, quo fidei veritas roborabatur, & plurimi conuertebantur. [Petrus autem & Ioannes ascẽdebant in templum] videlicet ad quendam locum ei⁹, qui vt dicitur fuit atrium mundorũ, vbi Iudæi scdm legem mundi orabant [ad horã orationis nonã] q̃ circo alig dicunt, q̃d Iudæi ter orabant in die, sicut iã añ ex Danicle est allegatum. Veruntñ Neemiæ. 9 habetur quod quater in die & quater in nocte confitebantur Iudæi, & adorabant dominum deum suum. Præterea hi duo Apostoli & Apostolorum eximtj in multis associati leguntˊ, tanquam singulari familiaritate coniuncti, quamuis vterque eorum carnalem fratrem habe

Danie. 6.

ret Apostolum. Nam in Christi ministris plus valet gratia quam natura, seu amor infusus quam naturalis. ⌊ Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suæ baiulabatur ⌋ in lecto. Nã scdm glossam etiam paralyti cus fuit ⌊ quẽ ponebant q̃tidie ad portam tẽpli q̃ dicit speciosa. ⌋ Secundum quod in Scholastica historia legitur iccirco sic dicta est, quia Alexander Hircanus ornamentum quoddam in ea apposuit, in qua & Herodes auream posuit aquilam, fuitque porta atrij mundorum. Palam est autem quod non fuit ea quam Ioatham rex Iuda ædificauit, quæ sublimissima dicebatur cum illa fuerit per Chaldæos destructa ⌊ vt peteret eleemosynam ⌋ forte non solum pro se, sed & pro ministrantibus sibi ⌊ ab introcuntibus in templum. Is cum vidisset PETRVM ET IOANNEM incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit. Respice in nos ⌋ quod Petrus ideo dixit, vt claudus iste & alij scirent a quibus reciperet, quod mox fuerat susceperturus, quatinus per hoc non ipsi Apostoli sed Christus glorificaretur, & ad eum alij conuerterentur. ⌊ At ille intendebat in eos ⌋ oculis mentis & corporis tanquam eleemosynæ auidus, & forte ex verbis Petri insolito modo concussus ⌊ sperans se aliquid accepturum ab eis ⌋ nec fefellit eum fiducia, quoniam plus quam sperauit accepit. ⌊ Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est mihi ⌋ Mat.19
omnia enim propter Christum reliquit, nec pecunias a conuersis ante Apostolorum pedes positas in suum vsum conuertit secumve detulit, quia audierat a Christo nihil tuleritis in via, neque pecuniam. Et, nolite possidere aurum & argentum ⌊ quod aurum habeo ⌋ id est, sanitatis beneficium quod in mea est potestate instrumentaliter ⌊ hoc tibi do ⌋ tanquam instrumentum omnipotentiæ dei, a quo gratiam sanitatum, & virtutem miraculorum sortitus sum ⌊ In nomine ⌋ .i. virtute & gratia ⌊ Iesu Christi Nazareni, sur

ge] de lecto [& ambula] quorum nullũ potuisti hucusque saltem expedite. [Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum] Circa quod dicit Bed. Quem ℣bo erigit, dextera confortat, quia sermo docentis in corde audientium minus valet, nisi propriæ actionis commendetur exemplis. [Et protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ] .i. crura & pedes [Et exiliens stetit & ambulabat] in quo patet quod subito sit sanatus. Virtus enim diuina cum sit infinita agit in instãti. Et in claudo hoc etiam illud Esaiæ impletum est:

Esa. 35. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Quemadmodum autem qui diu in lecto ęgritudinis iacuerunt, cum sanatos se sentiunt, præ gaudio (ambulare incipientes) quasi exiliunt, sic fecit & iste de sua sanatione ineffabiliter exhilaratus [& intrauit cum illis in templum] in testimonium veritatis [ambulans & exiliens, & laudans deum] pro beneficio tanto [Et vidit omnis populus eum ambulantem & laudantem deum. Cognoscebãt autem illum] id est vniuersi q aderant, nouerunt hunc esse qui paulo ante fuerat claudus, & [quod ipse erat q sedebat ad eleemosynam ad speciosam portam tẽpli. Et impleti sunt stupore & extasi] Extasis dicitur quasi positio extra seipsum seu alienatio mentis a se, q̃d fit interdum pauore, interdum admiratione, interdumcõtemplatione seu reuelatione. In istis autem ex pauore & admiratione processit [in eo quod contigerat illi. Cum tenerent autem Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos] vel quia iam nouerant eos hoc fęciſſe, p digium, vel quia ex fama & apparatu eorum id suspicabantur etiam añquam aliunde audirent [ad porticum q̃ appellat Salomonis] .i. in ea parte qua stabat Salomon dum oraret, vt in scholastica explanatur historia, non tñ fuit eadẽ numero, sicut nec idẽ templum. Vel ideo sic vocatur, qa constructa fuit in eodẽ loco in q̃ & illa quã in primo templo Salomon ædificauit. [Videns autem Petrus] concursum [respondit ad populum: Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, q̃si nostra virtute aut pietate fece

rimus hunc ambulare? ⌋ Ad opus bonum, ꝑsertim ad beneficij impensionem, & misericordiæ actum requiritur non solum potestas sed etiam pietas seu benigna voluntas, vel q̃dam compassio aut misericordia, quæ nunc per pietatem exprimitur. Quis autem virtute & Mat.10
pietate Apostolorum fuerit signum hoc factum instrumentaliter, non tamen principaliter. Et ipsi Apostoli hanc virtutem & pietatem non a se sed diuinitus susceperunt, ideo non sua virtute aut pietate dicunt se istud egisse. Itaq; Petrus non arguit eos, q̃d de tanto miraculo mirabantur: sed quia eorum admiratio non fuit ordinata. Aspiciebant enim ad seruos & ad instrumentum magis quam ad dominum ac principalem agentẽ Ideo Petrus erigit eos ad principalis opificis contemplationem, & ad considerationem causæ finalis huius miraculi, q̃ fuit vt per illud Iesus ostenderetur esse filius dei, & sic alij conuerterentur ad ip̃m. Hinc subditur. ⌊ Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob ⌋ in hoc inæstimabilis dignatio, charitas, & misericordia dei ad homines designantur, quod deus ille altissimus & immensus, deus vtique vniuersorum, qui digne nominari non potest, dignatur se hominum deum vocare, quasi principalem habẽs dilectionem & curã ad eos Hinc Exod. 3. ait ad Moysen. Hæc dices ad filios Israel. Dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est inæternum, & hoc est memoriale meum in generationem & generationem. Vnde quia Petrus loquebatur Iudæis, conformat se modo loquendi patrum veteris testamẽti ⌊ deus patrum nostrorum glorificauit filium suum ⌋ vnigenitum, naturalem, æternum, non adoptiuum, scilicet ⌊ Iesum ⌋ i. per hoc miraculum ostẽdit veritatem & gloriam Iesu Christi. Hoc enim faciendo miraculum in nomine Iesu, ostendit quod vera sit eius doctrina & prædicatio nostra de ipso ⌊ quem vos quidem tradidistis ⌋ iudici ⌊ & negastis ⌋ esse regem vestrum aut filium dei ⌊ ante faciem Pilati ⌋ dicentes, non habemus regem nisi Cæsarem.

Et rursus. Tolle tolle crucifige eum ⌊ iudicante illo ⌋ puta Pilato ⌊ dimitti ⌋ hunc Iesum tanquam innocentem. Nam dixit. Nil causæ inuenio in eo. Et item. Corripiam illum & dimittam. Hoc tamen non protulit sententialiter & vltimate, sed interloquendo dimittendum asseruit. ⌊ Vos autem iustum & sanctum negastis ⌋ videlicet Iesum qui secundum diuinitatem suam est essentialiter sanctus & iustus, secundum humanitatem vero, per virtutes & actus earum iustior ac sanctior vniuersis ⌊ & petistis virum homicidam donari vobis ⌋ id est, ad vestram instantiam liberari a morte, videlicet Barrabam, qui fuit seditiosus & latro ⌊ authorem vero vitæ interfecistis ⌋ vtpote vnigenitum dei, qui est totius vitæ fontale principium secundum naturam diuinam, a quo deriuatur vita naturæ, vita gratiæ, vitaque gloriæ, qui secundum naturam assumptam, sua occisione vitam gratiæ & gloriæ instrumentaliter reparauit, imo & vitam naturæ restituit, his quos a morte corporea suscitauit ⌊ quem deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nominis eius ⌋ scilicet Christi ⌊ hunc quem vos videtis & nostis, confirmauit nomen eius ⌋ id est, inuocatio nominis Christi facta in fide quam nos de ipso habemus consolidauit crura & pedes istius, qui fuerat natus claudus ⌊ & fides quæ per eum est ⌋ id est, fides nostra, nobis a Christo collata, & de ipso habita ⌊ dedit ⌋ per modum causę instrumentalis ac meritoriæ ⌊ integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. ⌋ Omnia enim possibilia sunt credenti, & virtute ac merito fidei summa fiunt prodigia secundum quod Saluator testatus est. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic mõti iacta te in mare & obediet vobis. Itaque merito fidei Apostolorum non claudi huius, præstitit deus hanc sanitatem Miracula autem fiunt quandoque fide facientium ea, quandoque fide eorum quibus fiunt. Ecce qualis artifex est spiritus sanctus, qui huic pauperi piscatori infudit tantam constantiam, vt tot milibus hominum

Mat. 27. Lucæ. 23. Lucæ. 23. Mar. 9. Matt. 17. Sapien. 7

non vereretur improperare tam incomprehensibil scelus videlicet occisionem iniustissimam vnigeniti filij dei, quod solo auditu horrendum est. Veruntamen quoniam discretio exigit vt rigori pietas misceatur, quia & nostra perfectio est deo assimilari, qui in omni effectu iusticiæ misericordiam miscet. Hinc Petrus post asperam inuectionem blanda verba inducit, & territos consolatur. ⌊Et nunc fratres scio quod per ignorantiam feciſtis sicut & principes vestri⌋ pontifices cæterique maiores, & hæc ignorantia excusauit crimen eorum aliqualiter, non totaliter imo nec multum præsertim quantum ad principes. Tanta enim miracula fecit Iesus, & tot scripturarum authoritatibus demonstrauit se esse Messiam in lege promissum, quod merito debuissent credidisse in eum. Sed excæcauit eos malicia sua. Quomodo autem pro tempore aliquanto principes & alij quidam nouerunt Iesum esse Messiam, & quomodo non. Qualiter etiam ad tantam cæcitatem inducti sunt ex impacientia sua propter prædicationem Christi contra eos nunc omitto, quia Mat. vigesimosecun. dixi hoc plenius & si spiritus sanctus concesserit super Lucam aliquid inde dicturus sum ex uerbis Augustini in libro de ciuitate dei. ⌊Deus autem qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic⌋ sicut prædixit. Quia diuina ordinatione passus est Christus, & eo modo deus illud impleuit quo sensu nunc dictum est quod tradidit Christum. In tantum enim illud impleuit vt Esaiæ quinquagesimo tertio protestetur. Propter scelus populi mei percussi eum, non tamen induxit Iudæos ad faciendum hoc scelus, sed Christo inspirauit promptissimum animum paciendi, & malis actibus impiorum vsus est deus ad bonum. Ex hac autem authoritate elicitur quod vniuersi prophetæ verbo vel scripto aut mystico facto Christum prænunciauerunt passurum, sicut & Lucæ primo ZACHARIAS fatetur. Visitauit & fecit redemptionem

Lucæ. 7
Sapient. 2.

Lucæ. 24.

plębis ſuæ. Sicut locutus eſt per os ſanctorum qui a ſeculo ſunt prophetarum eius. ⌊ Pœnitemini ergo ⌋ de veſtris peccatis, præſertim de Chriſti occiſione dolete ⌊ & conuerimini ⌋ ad dominum ſaluatorem ⌊ vt deleantur peccata veſtra. vt cum venerint tempora refrigerij ⌋, id eſt, dies iudicij in quo electis plenaria quies præſtabitur. Vnde & iuſtis apperendus eſt dies ille ſecundum quod ait ſaluator. His fieri incipientibus leuate capita veſtra, quia appropinquabit redemptio veſtra ⌊ a conſpectu domini ⌋, id eſt, ab ipſo deo, & clementiſſimo eius in ſuos electos aſpectu, ab ipſo enim tẽpus illud proueniet ⌊ & miſerit eum qui prædicatus eſt vobis Ieſum Chriſtum ⌋ ad iudicandum de omnibus in forma humana, viſibili, glorificata, ſecundum quam minor eſt patre, & ab ipſo mittetur ⌊ quem oportet quidem cælum ſuſcipere ⌋, id eſt, ſuſceptum interim tenere, ita quod interim ſedebit in cælo ad dexteram patris ⌊ vſq; in tempora reſtitutionis omnium ⌋, id eſt vſque in tempus finalis iudicij, in quo vnicuique quod promeruit retribuetur, & quicquid inordinatum fuit per culpam, ordinabitur per pœnam, ita quod ſingula debitis locis ac præmijs conſtituentur ⌊ quæ locutus eſt deus per os ſanctorum ſuorum a ſeculo prophetarum ⌋ quia de hac omnium reſtitutione pene a principio mundi locuti ſunt vates ſancti. Propter quod Iudas in ſua Canonica introducit teſtimonium Enoch de futuro iuditio. Conſequenter docet quod legislator Iudæorum Moyſes de Chriſto ſit vaticinat⁹. ⌊ Moyſes q dem dixit ⌋ in Deuteronomio ⌊ Quoniam prophetam ſuſcitabit vobis dominus deus veſter de fratribus veſtris ⌋, id eſt, de ſemine Iudæorum Chriſtum ſecundũ carnem producet, & gratia prophetiæ eminenter implebit ⌊ tanquam meipſum ⌋ Tanquam notat hic aliq̃ lem multumque defectiuam ſimilitudinem, cum Chriſtus incõparabiliter maior ſit Moyſe, ſed in hoc eſt ſimilitudo, quod ſicut Moyſes fuit lator legis ſcriptæ, ſic Chriſtus legis Euangelicæ. Chriſto autem in quantum fuit aliquo modo viator, competit nomen & ratio ꝑ

Lucæ. 2.

Apoc. 22.

Deut. 18.

phetæ, quia vt sic, claræ visionis non fuit vt comprehensores. Verum sicut ipse est angelus, & dominus atq; creator angelorum, sic ipse propheta & dominus ac impletor prophetarum ⌊ipsum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis⌋ Hoc Moyses ait hortando non affirmando, nam pro maiore pte Iudæi Christum audire spreuerunt. Insuper iuxta morem scripturæ Moyses Iudæos sui temporis in persona eorum qui tempore Christi erant futuri alloquebatur. De toto enim populo solet loqui scriptura, quasi de aliquo vno. Idcirco ad vnam partem sub persona alterius patris vicissim dirigitur sermo. ⌊Et erit omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum⌋, id est, omnis homo tẽpore Euangelicæ legis & prædicationis ac promulgationis eius existens, qui in Chm non crediderit, nec verba eius ab ipso vel prædicatoribus eius susceperit ⌊Exterminabitur de plebe⌋, id est, de electis populi sui tollet atque damnabitur. ⌊Et omnes prophetæ a Samuel & deinceps qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos⌋, id est, de tempore primi aduentus Christi, & passionis resurrectionisque eius prophetauerunt. Christus enim est finis legis & omnium opus prophetarum, ad quem omnia tunc ordinabuntur, & de ipso ac eius mysterijs loqui fuit principalis prophetarum intentio. Hinc & Iudæorum magistri fatentur, quod omnes prophetæ non sunt locuti, nisi super dies Messiæ. Sed cum a principio mundi & tempore patriarcharum non defuerit, pphetia de Chro, dicẽte virgine gloriosa, sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula, cur de prophetis qui a tempore Samuelis fuerunt loqt Petrus, præsertim cum in Genesi patriarcha Iacob tã euidenter & copiose vaticinetur de Christo? Et respõdendum quod tempore Samuelis cœpit cursus regum in duodecim tribubus Israel, & ex tunc fuerunt, pphetæ q manifeste scripserunt de Christo, scilicet, Dauid Esaias, Osee &c. præcedentes autem tam euidenter locuti non sunt, saltem communiter, Vel prophetias suas non conscripserunt. ⌊Vos estis filij prophetarum

Iohan. 4.
1. Iohan. 5
Rom. 10.
Lucæ. 1.
Gene. 49.

id est, discipuli & sequaces seu posteri. Et aliqui vestrum de illorum sunt semine nati ⌊ & testamenti quod disposuit deus ad patres nostros ⌋ per Moysen in deserto, id est, veteris testamenti, imitatores
Genes. 12. seu filij estis ⌊ dicens ad Abraham ⌋ in Genesi. ⌊ In semine tuo ⌋ .i. Christo a te secundum carnem nascituro ⌊ benedicentur ⌋ .i. dona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in patria cõsequentur ⌊ omnes familiæ terræ ⌋ .i. vniuersæ tribus, linguæ & gentes, videlicet quæ-
Psalm. 21. dam de omnibus, iuxta id in Psalmo. Reminiscentur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. ⌊ Vobis primum suscitans ⌋ .i. proponens, vel secundũ naturam assumptam procreans ⌊ deus filium suum ⌋ incarnatum qui dixit. Non sum missus nisi ad oues quæ
Matth. 15. perierunt domus Israel ⌊ misit illum benedicentem ⌋ i.
Baruch. 3. multa beneficia impendẽtẽ ⌊ vobis ⌋ inter quos visus & conuersatus est. Vel suscitans eũ a morte ad vestram salutem, misit illum nunc vobis per nostram prædicationem, benedicentem vobis .i. dona gratiæ conferentem aliquibus vestrum ⌊ vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua ⌋ illam de cætero abhorrendo, præteritamque deflendo. Omne autem peccatum ex habitu vitioso, seu deliberatione ac certa scientia oriens, dicipotest nequitia, non autem quod ex infirmitate aut ignorantia excusante prodit. Præterea iuxta mysticum in-
Allegoria claudj tellectum per hunc claudum a natiuitate intelligitur populus Iudæorum a principio legis datę rebellis, nec in via dei recte incedens, quem sancti patres ac prophetæ ante portam templi speciosam, id est, ad Chri-
Iohan. 10. stum deferebant vt saluaretur per eum qui ait. Per me siquis introierit, saluabitur. Ab ingredientibus autem templum, puta a sanctis fidelibus populus iste salutis subsidia quærere debet. Petrus vero, id est, quicunque firmus & fortis in fide, tales potest iuuare, & templo inducere, seu CHRISTO incorporare. Similiter per claudum istum, signatur quilibet Christianus vicijs iugiter assuetus, quem deuoti ad Christi misericordiam ferre conantur, & ponunt ante por-

tam clementiæ, hortãtes vt ab vniuersis ingredientibus domum dei, id est, terrena spernentibus amantibusque diuina, animæ suæ quærat cibaria. Cui dicunt deuoti. Respice in nos, id est, conuersationem nostrã sectare. Qui cum fuerit radio illustrationis supernæ pfusus, animoq; a claudicatione sui obliqui incessus sanatus, mox exilit, stat, ambulat, atque cum illis ecclesiam intrat. Surgit a vicijs, exilit gratias referendo, quod de tenebris suis eductus lucem conspicit veritatis, in q̃ sapide intuetur, q̃ aspernenda sunt õnia quibus mẽs impeditur a deo, Stat quoque perseuerando in bono incepto, ambulat proficiendo, intrat ecclesiam, cælestis regni beatitudinem contemplando, quibus visis, multi tantam mutationem dextræ excelsi vehementer mirantur confluuntq; ad eum per quem tanta est facta conuersio, qui admonet non se, sed dei laudare virtutem.

¶Elucidatio capituli quarti loquentibus autem illis

Articulus quartus

NOn cessat aduersarius veritatis, & æmulus æquitatis, veritati & æquitati resistere. Hinc a prãcipio Euangelicæ legis inuisibiles atque visibles hostes aduersati sunt ecclesiæ sanctæ, sicut nunc recitari incipitur. ⌊ Loquentibus autem illis ⌋ videlicet Petro & Ioanne ⌊ ad populũ superuenerunt magistratus templi ⌋ id est, iudices & doctores ⌊ & saducæi ⌋ qui specialem sectam habebant quia nec angelum nec spiritum, ne resurrectionem esse dicebant, animam quoque humanam asserebant mortalem, & quoniam omnium horum oppositum docebant Apostoli, tristabantur de eorum prædicatione hi Saducæi, Ideo subditur ⌊ ⌊ dolentes quod docerent populum, & annunciarent in Iesu ⌋ resurrectionem ex mortuis ⌋ .i. p Chri virtutem oẽs mortuos suscitandos. Vel ĩ Iesu. i. in eĩ⁹ doctrina ac fide ⌊ & iniecerũt ĩ eos manũ⁹ ⌋ violẽtas, sacrilegas ⌊ & ⌋ posuerũt illos in custodiã vsq;

in crastinum ⌋ Ideo tunc eos incarcerauerunt, nam ve spera fuit, sicq; hora iudicandi transierat. Hinc subdi tur. ⌊ Erat autem vespera: Multi autem eor; qui audie rant verbum ⌋ dei, a Petro, sicut præcedenti capitulo scriptum est ⌊ crediderunt, & factus est numerus viro rum quinque milia ⌋ qui hoc die crediderunt, & bapti zati sunt forsitan diebus sequentibus. Credibile quo- que est quod multæ mulieres & pueri præsertim viro rum istorum tunc conuersæ sint. Sed consuetudo scri pturæ ē, fœminarū & puerorum numerum nō taxare Pueri autem vocātur seu paruuli qui infra vicesimum annum sunt, viri qui illum sortiti sunt ⌊ Factum est au tem in crastinum vt congregarentur principes eorum & seniores & scribæ in Hierusalem & Annas princeps sacerdotum ⌋ tempore autem passionis Cayphas fuit princeps sacerdotum, sed omni pene anno principat⁹
Ioan.11 sacerdotij transferebatur ad alium ⌊ & Cayphas & Io- annes, & Alexander, & quotquot erant de genere sa- cerdotali ⌋ Itaque conglobati sunt vt sua authoritate, multitudine, excellentia, Apostolos tanquam idiotas & pauperes confutarent, terrerent, obruerent ⌊ & sta- tuentes eos in medio interrogabant. In qua virtute aut in quo nomine ⌋ i. per cuius inuocationem ⌊ feci- stis hoc vos? ⌋ scilicet claudum a natiuitate optime am bulantem. Opera enim gratiæ, perfectiora sunt operi- bus naturæ. Vnde sicut vinum quod Christus fecit de aqua fuit prævalidum ita & claudus iste Christi virtu te sanatus, eminenter conualuit ⌊ Tunc Petrus replet⁹ spiritu sancto dixit ad eos, principes populi & senio- res Israel audite, si nos hodie dijudicamur in benefa- cto hominis infirmi ⌋ i. si nunc ad iudicium trahimur, reprobamur damnamur pro beneficio curationis huic collato ⌊ in q̄ ⌋ beneficio ⌊ iste saluus fact⁹ est ⌋ ab ipedi mentis ambulandi ⌊ notum sit vobis omnibus, quia in nomine domini nostri Iesu Christi Nazaræni quem vos crucifixistis ⌋ quia id procurastis ⌊ iste astat corā vobis saluus ⌋ i. virtute & inuocatione Iesu Christi cu
Eph. 2. ratus est ⌊ Hic ⌋ scilicet Christus ⌊ est lapis angularis g

reprobatus est a vobis ædificantibus ⌊id est, populum Indæorum instruentibus ⌋ qui factus est in caput anguli ⌊, id est, a deo factus est coniunctor & princeps populorum duorum. Nam sicut in lapide angulari cõcurrũt cõnectuntur duo parietes, ita in Christo coniuncti sunt electi ex Iudæis atque gentibus, & ipse est caput illorum, vt duos condat in semetipso, qui est pax nostra, vtraq; faciens vnum, vt ait Apostolus. De quo per Esaiam dominus ait: Ponam in Syon lapidem angularẽ summum, probatum, ⌊& non est in alio aliquo salus⌋ Vera namque salus, seu beatitudo non consistit nisi in Christo obiectaliter secundum suam diuinitatem, nec per hoc excluduntur pater & spiritus sanctus, sed includuntur, cum tres supersanctæ personæ sint vnum veræ ac totius beatitudinis essentialis obiectum. Rursus in solo Christo secundum humanitatem est salus tanquam in mediatore, p quẽ facta est saluatio. De quo apud Esaiam legitur. Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. ⌊Nec enim aliud nomen est⌋, id est, alia res nomine designata ⌊sub cælo⌋, id est in terra ⌊datum hominibus⌋ a patre seu trinitate altissima ⌊in quo⌋ id, est, cuius virture fide & gratia ⌊oporteat nos saluos fieri⌋. Ideo omnes a principio mundi saluati, aliq̃ modo per Christi fidem & gratiam sunt saluati. Nam & passio Christi id fecit futura, quod facit p̃terita, mediantibus fide & sacramento, vt Augustinus declarat. ⌊Videntes autem Petri constantiam & Ioannis⌋ q̃d scilicet tanto nobilium & potentum agmine cincti, steterunt intrepidi, & tam ordinate ac sine timore Petrus respondit. (Iustus quippe quasi leo confidens absque terrore erit) ⌊comperto⌋, i est, certiue inuento & cognito ⌊quod homines sine literis essent⌋, id est, absque scientijs humano studio acquisitis ⌊& idiotæ⌋ ante missionem spiritus sancti. Per tales em̃ voluit de⁹ Euãgelicã legẽ denũciari, ne ei⁹ diuulgatio hũanę iustrię, scięt̃ię aut eloquẽtiæ ascriberet. Nã Pau. asserit se p̃dicasse, nõ i sapiẽtia ȳbi sed i oñsione signoꝝ, ne crux

Esaiæ.28.

Esaiæ.33.

Prou.28.

.i.Cor.i.

Christi euacuetur ⌊ admirabantur ⌋ videntes effectum insolitum, & causam eius, scilicet spiritus sancti infusionem Apostolis datam ignorantes. Cum enim sapiē-

Eccle. 27. tis sit vniformiter se habere, cōstantia sapiētiæ signū est, iuxta illūd Ecclesiastici. Homo sanctus in sapientia manet vt sol, nam stultus mutatur vt luna ⌊ & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant ⌋ ante ipsius passiouem. Ionnes nempe se scribit notum fuisse pontī

Ioann. 14 fici. Frequenter quoque Iudæi viderunt Apostolos ambulantes cum Iesu, et secum in Hierusalem existentes. ⌊ Hominem quoque videntes stantem cum eis ⌋ scilicet Petro & Ioanne ⌊ qui fuerat curatus nil poterant contradicere ⌋ verbis Petri, nec magicis artibus tantum deputare miraculum. Ex quo Porphyrij innotescit insania, qui Petrum adserit magum fuisse, & signum īstud non vere sed Iudificatorie exhibuisse, Sicut in libro de ciuitate dei plenius recitat Augustinus. ⌊ Iussērunt autem eos foras extra cōsilium secedere ⌋ vt inter se quid acturi essent liberius pertractarent. ⌊ Et conferebant adinuicem dicentes: Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum ⌋, id est, famosum euidensque miraculum ⌊ factum est ⌋ per eos

Ioann. 17 ⌊ omnibus habitantibus Hierusalem. Manifestum est, & non possumus negare ⌋ In quo declaratur istorum excæcatio maxima, quod tot visis prodigijs conuersi nō sunt, excæcante eos sua malitia. Corruptio namque in affectu, parit corruptionem in intellectu seu rationis iudicio. ⌊ Sed ne ampliusdiuulgetur in populum ⌋ īstud miraculum ⌊ comminemur eis ⌋ sub graui pœna ⌊ ne vltra loquantur in nomine hoc ⌋, id est, de Ie-

Tobi. 12. su Nazareno ⌊ vlli homini ⌋ In hoc isti Iudæi egerūt contra id quod apud Tobiam Raphael ait. Opera dei reuelare & confiteri honorificum est. ⌊ Et vocātes eos denunciauerunt eis, ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu ⌋ non eā audebant eos incarcerare aūt occidere, ne concitarent contra se populū ⌊ Petrus vero & Ioannes dixerunt. Si iustum est in conspectu dei vos potiº audire ⌋ p obedictiā ⌊ q̄ deū, iudicate ⌋

quasi dicant, certissimum est quod non, Creatori enim magis quam creaturæ est obediendum, potissime cum illa iubet quæ prohibet illis, vel prohibet, quæ illic iubet. Vbi enim superior præcipit & inferior contradicit, non est audiendus inferior. ⌊Non enim possumus quæ audiuimus & vidimus⌋ scilicet Christi mysteria, passionem, suscitationem, ascensionem, paracleti missionem ⌊non loqui⌋ cum deus nobis præcepit hæc prædicarre. Vnde apud Ioannem habetur. Verbum caro factum est & habitauit in nobis, Et vidimus gloriam eius. ⌊At illi comminantes dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos propter populum⌋ qui magnificauit Apostolos in tanto miraculo, ⌊quia omnes clarificabant id quod factum fuerat⌋, id est, prodigium istud præclarum esse confessi sunt ⌊Annoꝝ em̃ erat homo amplius quadraginta, in quo factum fuerat signum istud sanitatis⌋ Ideirco persona eius, & innata debilitas cunctis innotuit, nec fuit tergiuersatio aduersus tám sensibilem veritatem. ⌊Dimissi autem⌋ petrus & Ioãnes ⌊venerunt ad suos⌋ coapostolos & condiscipulos ⌊& annunciauerũt eis quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixerunt⌋ Hoc namque fuit eis vtile scire. Amici autem secreta sua & accidentia sibi, familiarib⁹ suis reuelãt. Quod tamen cum grandi agendum est discretione, ne audientis animus incidat culpam. ⌊Qui cum audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad dominum & dixerunt⌋ scilicet verba sequentia omnes pariter incœperunt, ita quod nemo eorum alios ad proferenda hæc verba induxit primitus incipiendo, aut simili modo, magnum fuit miraculum & euidens signum, quod a spiritu sancto omnes similiter inspirabantur. ⌊Domine qui fecisti cælum & terram, & mare & omnia q̃ in eis sunt.⌋ Per dominum hoc loco intelligitur deus pater, sicut verba pandunt sequentia ⌊qui spiritu sancto per os patris nr̃i Dauid pueri tui dixisti⌋ aliqui aũt Apostoloꝝ ac discipuloꝝ de semine Dauidi rti fuerũt. Oẽs tamẽ patriarchã suũ spitalẽ patrẽ cẽ professi sunt,

Ioann.i.

Psal.2. ⌊quare fremuerunt gentes,& populi meditati sunt in
ania⌋gentes contra Christum frementes fuerunt cru-
delissimi serui Pilati & Herodis,a quibus illusus, fla-
gellatus,spinis coronatus &crucifixus est dominus ma
iestatis.Populi vero qui contra filium dei meditaban-
tur inania,fuerunt scribæ& Pharisæi cum alijs multis
Iudæis , qui vana consilia contra Christum cogitaue-
runt,& fine optato frustrati sunt. Voluerunt enim oc
Ioã. 11: cidere Iesum,ne locum & gentem perderent,ne scilicet
a Romanis vastarentur,& vt per tam turpem mortem
Hiere.11. memoriam Iesu extinguerent, iuxta illud Hieremiæ.
Super me cogitauerunt consilia dicentes. Venite mitta
mus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra
viuentium, & nomen eius non memoretur vltra.
Rursus inaniter meditati sunt,dicentes: Tanquam nu-
Sapien. 2 gaces æstimati sumus ab illo,& gloriatur se deum pa
Mat.27 trem habere . Videamus ergo si sermones illius veri
sunt,& tentemus quæ ventura sunt illi.Si enim est ve
rus filius dei liberabit eum de manibus contrariorꝫ.
Hæc fuit infinita cæcitas Judæorum Christum in pri
mo aduentu temporaliter regnaturum putantium, qa
intra se cogitauerunt,quod si vere esset filius dei, pater
non permitteret eum occidi . Propter quod crucifixo
insultauerunt dicentes. Si rex Israel es . Vel si hic est
Christus dei electus,descendat nunc de cruce , & credi
mus ei,quasi prophetæ non prædixissent Christum ꝑ
mundi salute passurum. Hinc euenit eis oppositum.
Nam quoniam filium dei crucifixerunt a Romanis va
Psal.2. stati sunt,& Christus per suam passionem ampliꝰ glo-
rificatus est,totique mundo notificatus . ⌊Astiterunt
reges terræ⌋scilicet Herodes rex,& Pilatus iudex, qui
a regendo,nõ a regia potestate dictus est rex⌊ & prin
cipes cõuenerunt in vnum⌋scilicet Annas & Cayphas
⌊aduersus dominum & aduersus Christum eius⌋ .i.
contra patrem & filium incarnatum totius gratiæ ple
nitudine vnctum secundum naturam assumptam. Qui
enim contra vnam diuinam agit personam,etiam con
tra alias duas peccat, quamuis aliqua peccata per ap-

propriationem quandam dicantur contra patrem, aliqua contra filium, aliqua contra spiritum sanctum. Hinc filius ait: Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Et alibi: Odio habuerunt me & patrem meum gratis. In prima quoq; Cano nica sua ait Ioannes: Qui non credit in filium, mendacem facit patrem. Consequenter sancti isti inductam authoritatem ad propositum applicant & exponunt. Ioann. 5. 1. Ioã. 5

⌊Conuenerunt enim vere⌋ veritate rei & etiam veritate sermonis, quantum ad historicam recitationem. Non autem conuenerunt vere, veritate iustitiæ, & veritate verborum inter se habitorum, sed iniuste atque mendose ⌊in ciuitate ista⌋ Hierusalem ⌊ aduersus sanctum puerum tuum Iesum⌋ .s. vnigenitum filiũ ⌊ quẽ vnxisti⌋ vnctione spirituali, videlicet, omnium gratiarum charismate, quantum ad animam a primo incarnationis momento iuxta illud. Vnxit te deus deus tuus. Propter quod Euangelista dicit: Non ad mensurã dat deus spiritum scilicet homini Christo ⌊ Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel⌋ Herodes autem & Pilatus quantum ad hoc conuenerunt, quod in Christi persecutione vnanimes fuerunt ⌊ facere⌋ .i. Christum persequi & occidere ⌊ quæ manus tua & consilium tuum⌋ .i. potentia & sapientia tua ⌊ decreuerunt fieri⌋ Quid illi igitur peccauerunt, cum potestati dei nullus queat resistere, & bonum videtur id facere quod deus vult fieri. Sed deus non voluit illud fieri eo modo quo impij hoc fecerunt, nisi permissiue. Voluit vero id fieri eo modo, quo id passus est Christus. Quomodo autem intelligendum sit istud, in præcedentibus duob⁹ capitulis dictũ est plenius ⌊ Et nunc dñe respice in minas eorum⌋ illas compescendo, ne aliorum salutẽ impediant. Et hoc ex charitate & zelo iustitiæ orauerunt ⌊ et da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum⌋ .i. potestatem ⌊ tuam extendas ad sanitates et signa et ꝓdigia fieri ꝑ nomen sancti filij tui Iesu⌋ .i. ꝑ virtutem & inuocationem ipsius, ꝑ q̃d ꝑdicantium fiducia augeatur & audiẽ Iohan. 5. Iob. 9.

tium corda fidem amplectantur. ⌊ Et orassent motus ē locus in quo erant congregati ⌋ Per hunc terræ supernaturalem motum significauit deus quod sua potestas eis in cunctis assisteret, & quod eorum oratio esset audita. Itemq; quod corda pricipum terrenorum Christi virtute essent vincenda ⌊ Et repleti sunt omnes spiritu sancto ⌋ .i. in gratia & feruore tunc vehementer creuerunt, mirabilemque spiritus sancti senserunt contactū, roborationem & exhilarationem ⌊ & loquebantur verbum dei cum fiducia ⌋ quia & se fructificaturos in aliorum conuersione sperabant, & eos qui corpus occidunt non formidabant. ⌊ Multitudinis autem credentiū erat cor vnū & anima vna ⌋ .i. voluntatis cōcors affectio, & mens ꝑ charitatem eximiam coadunata. Quo enim pleniores fuerunt in gratia charitate & cæteris donis spritus sancti, eo in ōnibus concordiores extiterunt. Quemadmodum namq; ex humanę mentis imperfectione generatur opinionū diuersitas & affectionum discordia, ita ex grę & charitatis cōfortatiōe, ꝓcedit assertionū & desideriorum parilitas. Pro hac vnitate suoꝝ per charitatē cuius est vnire, orauit Saluator ante passionē. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Et sint cosummati in vnum. In quibus impletum est quod ꝑ Hierem. dñs pollicetur: Dabo eis cor vnū & animā vnam, & lętabor sup eis, cum benefecero eis ⌊ nec quisquam eorum quę possidebat, quicquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia. ⌋ Charitas nempe quo perfectior, eo liberalius se communicat & effundit, nec quæ sua sunt quęrit. Et qnanto quis spiritalia dona, futuraq; bona syncerius appetit, & exqrit, eo minus curat terrena. In hac aūt primitiuæ ecclesiæ sacratissima cōuersatiōe, cœnobitaꝝ vita fundat, q̄ & vitā beatorū in patria imitat, ī q̄ oīa sunt coīa. ⌊ Et ꝟtute magna ⌋ .i. forti & efficaci p̄dicatiōe atq; potēti miraculoꝝ opatiōe ⌊ reddebāt apl'i testimoniū resurrectionis Iesu Christi domini nostri ⌋ Iccirco de resurrectione specialem fecerunt mentionē, qa & illa īcredibilior videbat, etī ea cętera īcludebāt. ſ passio & ascentio. ⌊ & gr̄a magna erat in ōnibus illis ⌋.

Ioan. 17.

Hiere. 32.

tã in Apl'is quam in cæteris discipulis. ⌊ Neq; em̃ quisq̃ egens erat inter illos ⌋ qa sufficientiam non supfluitatẽ habebant, iuxta illud Prouerb. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. ⌊ Quotq̃t em̃ possessores agroꝝ aut domorum erant, vendentes adferebant p̃cia eorũ quæ vendebant & ponebant añ pedes Apostoloꝝ. ⌋ per quod monstrabant se despicere ista terrena, atq; plenissima fide cælestia inquirere. ⌊ Diuidebatur autem singulis, put cuiq; opus erat ⌋. i. necesse, & vtile. Huius vitæ figura in filijs Rechab præcessisse videtur, de quibus in Hieremia habetur, quemadmodum Ionadab fili⁹ Rechab pater Rechabitarum præceperit filijs suis nõ bibere vinum nec ædificare domum nec serere agrum, nec plantare vineas, sed habitare ĩ tabernaculis. Deniq; in hac electissima plæbe primitiuæ ecclesiæ vere impletum est, quod in Christi aduentu futurum deus p Esaiam prædixit. Sedebit populus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Sophoniæq;. 3. Reliqæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mẽdacium. Quoniam ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. ⌊ Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, quod est, interpretatum filius consolationis ⌋ quem ita cognominauerunt sancti Apostoli, quia & ipsi, & cæteri credentes de conuersione, & maxima gratia hui⁹ Ioseph plurimum consolati fuerũt Erat nãq; ꝑ sona notabilis, & ad aliorũ instructionẽ bñ disposita, Iõ subdit ⌊ Leuites ⌋ qa de gñe sacerdotali ⌊ cypr⁹ gñe ⌋. i. ĩ ĩsula Cypro natus. Euius parentes p captiuitatẽ & dispsiõem ad illum deducti sunt locũ ⌊ cũ haberet agrum ⌋ quamuis enim non licuit Leuitis habere hæreditaria bona in propria terra, tamen in aliena id licuit eis. In propria namque terra de sacrificijs sustẽtabantur ⌊ vendidit eum, & attulit precium & posuit ante pedes Apostoloꝝ ⌋ proprietati resignans, & apostol. volũtati dispẽsationẽ cõmẽdãs. Iste ẽ Barnabas cões Pauli, nõ ille q supra dict⁹, cũ Mathia statut⁹. Postremo quod dictum est, multitudinis credentium erat cor-

Hiere. 35.

Esaiæ. 32

Deute. 18.

unum & anima vna, quamnis ab omnibus considerandum, & imitandum atque implendum sit Christianis, potissime tamen a religiosis, qui apostolicæ p̃fectionis vestigia sectari ꝓfessi sunt. Cœnobia eqdem (sicut ait Hieronymus) si pacis concordia, charitatisque vnitas adsint, sunt paradisus dei in terra, Et habitantes in eis, sunt ãgeli. Si vero defuerīt, sunt ifernus, & habitatores diaboli

¶Elucidatio capituli quinti. Vir autem quidam. Articulus quintus

Sicut in veteri testamento quidam in principio lationis legis Mosaicæ ob eius transgressionem dire puniti leguntur, vt filij Aaron q combusti sunt eo quod ignem alienum offerrent, & alter qui ligna collegit Sabbato, quatenus præcipientis authoritas monstraretur, & alĩ ad obseruantiam diligentiorem induce rētur, pateretque quã salubre esset legi obtemperare diuinæ, quam impium & damnabile non parere, ita & in Euangelica accidit lege, quandoquidem Euangelicæ legis dorogantes synceritati, terribiliter sunt plagati. Quod in principio huius capituli exemplo ostenditur. ⌊ Vir autem quidam nomine Ananias cum cum Sapphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de precio agri ⌋ partem pecuniæ sibi fraudulenter seruando, quam totam tenebatur in communem vsum ꝓferre ⌊ conscia vxore sua ⌋ nam ea sciente & consentiente factum est hoc ⌊ & afferens partem precĩ, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit autē Petrus ⌋ cui istud per reuelationem diuinam intonuit ⌊ Anania cur tentatauit ⌋, id est, in tentationem induxit ac supauit ⌊ Satanas cor tuum? ⌋ Vel cur tentauit, id est, cur ita peccasti, quod deus sic te dereliquit vinci. Exigentibus enim præcedentibus nostris peccatis frequenter dure tentamur, & in tentatione a deo iuste relinquimur ⌊ mentiri te spiritui sancto? ⌋ .i. nec fidelitatem, nec veritatem ei seruare, sed ad eius mentiri iniuriam. Sic omnis qui

frangit votum, spiritui sancto mentitur. Qui autem societatem illius primitiuæ ecclesiæ ingrediebantur, vī uere in communi vouebant ⌊Nonne manens manebat tibi⌋, id est, nonne ager nondū vēditus tu⁹ erat ⌊& venundatum erat in tua potestate?⌋ .i. spacium seu hęreditarium bonum agri istius post venditionem fuit in tua voluntate, quantum ad precium venditi. Et hoc referendum ad tempus præcedens votū prætatū. ⌊Quare posuisti in corde tuo hanc rē?⌋ tam impiam per consensum ⌊Non es mentitus hominibus sed deo.⌋ Ananias iste eo ipso quo partem precij ante Apostolos posuit facto asseruit agrum non nisi tanti venditū esse, sicque mentiebatur hominibus. Probabile quoque est, quod vxori suæ forte & emptori & testibus commisit vt dicerent idem. Verum consuetudo scripturæ est, vt cum aliquid fit duobus notabilit r in dignitate seu q̄litate distinctis, a maiori tantum factum dicatur. Sicut & Moyses ait Iudæis. Non cōtra nos ex murmuratio vr̄a sed contra dominū. Itemq; Apostolus. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principes & potestates. Similiter Ananias nunc dicitur non mentitus hominibus, sed deo, quia illis non solū, sed deo principaliter est mentitus. Sed quomodo aliqs pōt deo mētiri, quē nemo fallere potest? Et respōdēdū, quod deo mentiri, est ad suæ æternæ veritatis iniuriā, coram illo falsum proferre. Præterea notandus est hic ordo verborꝫ. Primo enim loquut⁹ ē Petrus, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto. Deinde subintulit, non es mentitus hominibus sed deo: ex qua autoritate Thomas in summa contra gentiles probat quod spiritus sanctus sit deus. ⌊Audiens autem Ananias hæc verba cecidit & expirauit⌋ non magica arte id fecit Petrus, vt fingit Porphyrius, sed ex spiritu sancto locutus est, & angelo dei transgressorē intus cædente extinctus est impius. Nec fuit hoc crudelitatis, sed æquitatis ad aliorum emendationem: sicut & vnum membrum abscinditur, ne totum corpus inficiatur. Sperarique potest quod Petrus sua prece

transgressori huic gratiam pœnitendi obtinuit, quem foris tam districte correxit. Veruntamen in Scholastica historia fertur, quod iustorum societatem intrauit, vt necessaria vitæ haberet sine labore. Et sic aliunde malus & simulator fuisset. ⌊ Surgentes autem iuuenes ⌋ qui erant Christiani ⌊ amouerunt eum ⌋ .i. cadauer defuncti ⌊ & efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spacium & vxor eius nesciens quod factum fuerat introijt. Respondit autem ei Petrus, dic mihi mulier: ⌋ Quomõ mulieri huic Petrus respondet, a qua interrogatus non fuit, imo quam ipe interrogauit. Sed respondet ei ad opus, non ad quæstionem. Respondet enim .i. correspondenter seu conuenienter locutus est ei ad factum ipsius, prout factum illd exegit ⌊ si tanti agrum vendidisti? ⌋ sicut est precium añ Apostolos positum. ⌊ At illa dixit, Etiam tanti ⌋ põci se ⌊ Petrus autem ait ad eam. Quid vtiq; conuenit vobis tentare spiritum domini ⌋ .i spiritum sanctum, seu ipsum dominum deum qui spiritus est. Hæc vero fraudatio fuit æquiualenter tentatio dei, qui tam fraudulenter partem precij occultauerunt, tanque audenter mentiti sunt, quasi de diuina prouidentia & dei scientia dubitassent. ⌊ Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium sunt. ⌋ Forte enim Petrus audiuit redeuntium sonitũ. Vel in spiritu vidit quo essent, quemadmodum Helisæus vidit Giezi currentem post Naaman, quemadmodum etiam ait Apostol⁹. Et si corpore absens sum, tamen spiritu præsens sum, gaudens & videns ordinem vestrum ⌊ & efferent te ⌋ quasi diceret, protinus morieris & ad sepulchrum duceris.

4. Reg. 5.
1. Cor. 5.

⌊ Confestim cecidit ante pedes eius ⌋ percussa ab angelo ⌊ & expirauit. Intrantes autem iuuenes sepelierunt illam ad virum suum ⌋ .i. prope corpus viri defuncti. Fuit enim consuetudo Iudæis, viros & coniuges in eodem tumulo poni, vt cõiunctionẽ carnis, sequereť cõiunctio pulueris, & qa de costa viri facta est mulier ⌊ Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in oẽs q audierunt hæc ⌋ .i. in oibus .s. credẽtib.

q & extra Hierusalē erant. Perfectis aūt incutiebat timor reuerentialis ac filialis. Oēs ꝟo cognita dei vindicta, apostolicæ cōuersationis synceritatē diligenti⁹ imitari conati sunt. Nam & ideo deus fecit hanc vltionem, ne alij tale aliqd attentarent. Timor namq; retrahit a pctō, quēadmodū in Ecclesiastico scriptū est. Per timorē vnusqsq; declinat a malo Deniq; sicut veroꝝ monachoꝝ vita & institutio, a conuersatione & pauptate primitiuę ecclesiæ sumpsit exordiū, ita ex Anania & Sapphira, fictoꝝ monachoꝝ q dicti sunt Zarabaitæ teterrimū genus (Cassiano testante) exortū est. Qui magnā corā hoīb. deuotionē & paupertatē simulātes, īter se clā delicate vixerunt. Postremo circa hūc locū scribit Bed. Nulla re hos duos pnīa curari passus est Petrus, sed ad timorē posteris incutiēdū, noxiū gramē radicit⁹ amputare curauit. Ex q̊ patet q̄ detestabile ac horrendū sit viciū, ꝓprietatis in religiosis, q vtiq; Euāgelicam pauptatem, ꝓfessi sunt. ⌊ Per manus autē Apostolorum, fiebant signa & prodigia multa in plebe. ⌋ Quod ait ꝑ manus Apostoloꝝ, intelligi pōt dupliciter Primo q̊d ꝑ impositonē manuū eoꝝ sanabant infirmi, iuxta illud Marc. vlt. Sup ęgros manus imponēt & bñ habebunt. Secundo ꝑ manus. i. ꝑ potestatē & gr̄am concessam Apostolis, fiebant in vulgo miracula multa. ⌊ Et erant vnanimiter oēs in porticu Salomonis ⌋ ibi em̄ p̄dicabant Apostoli, & alij or̄onibus insistebāt. De porticu hac dictū est cap. 3 Hinc scriptum est Luc. vlt. Erant semp in tēplo laudantes & bñdicentes deū. ⌊ Cęterorum aūt nemo audebat se cōiungere illis ⌋ ficte, ne q̊d Ananiæ & cōiugi ei⁹ cōtigerat, eis quoq; accideret ⌊ sed magnificabat eos ppl's ⌋ tanq̄ dei electos in qbus diuina charismata p̄clarissime emicabant & in vultu & in vita atq; miraculis interior ꝟtus & gratia resplēdebat. Ita & multi vsq; in p̄sens ꝟe religiosos atq; deuotos cōmendant, nihilominus in suis carnalitatibus & vanitatibus ꝑseuerant, viciosis victi affectib⁹. Itaq; in illis primitiuæ ecclesiæ ꝑsonis, constat impletū illud Esa. 61. Oēs q viderint eos cognoscent illos, quia isti

Beda.

Mat. 16

Lucæ. 24.

sunt semen cui benedixit dominus. ⌊ Magis autem augebatur in domino credentium multitudo virorum ac mulierum ⌋ Visis enim tantis prodigiis & tã euidentibus indicijs sanctitatis ac gratiæ spiritus sancti, multi quotidie vtriusque sexus conuertebantur ad Christum, quorum fidei magnitudo subiungitur ⌊ ita vt in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis. ⌋ Grabata autem sicut in Scholastica historia dicitur, proprie dicuntur lectisternia pauperum, in quibus nil corpori substernitur, sed tantum supponitur capiti substramentum ⌊ vt veniente Petro saltẽ vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. ⌋ Mirabilis deus in sanctis suis, qui dedit virtutem & fortitudinem tantam Apostolis, potissime Petro, qui fuit in miraculis priuilegiatus, quoniam princeps erat apostolici agminis, sicut Paulus in sapientiæ dono. Propter quod Petrus ad prædicandum Iudæis specialiter missus est, Paulus vero ad Græcos. Nam Iudæi signa, Græci sapientiã quærunt. Vnde & Paulus testatur: Qui operatus est Petro in circuncisionem, operatus est & mihi inter gentes. Et vt dicunt expositores, Petrus maiora fecit miracula quam Christus, nec hoc derogat Christo, quia non sua sed Christi virtute Petrus operatus est ea. Hinc passione instante dixerat Christus: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Christus autem non euidenter legitur sua vmbra curasse infirmos, sed vestimenti sui contactu. Dicitur autem vnum miraculum maius alio, tam ex parte rei gestæ, vt suscitatio mortui maior extat miraculum quam illuminatio cæci, quam ex parte modi agendi, & sic Petrus maiora fertur fecisse quã Christus miracula. ⌊ Concurrebat autem multitudo vicinarum ciuitatum in Hierusalem afferentes ægros & vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes. ⌋ Vnde certissimum est innumerabilia fuisse Apostolorum miracula, & de pluribus non nisi pauciissima esse conscripta. Nec hoc aliquis sic esse diiscredat, cum &

psal. 67

Ioan. 14
Gala. 2

aliis quibusdam sanctis data sit tanta gratia operandi miracula quod eorum numerus describi non potuit. Verum quem deus spernit nullus corrigere potest. Hinc reprobi vnde corrigi deberent deteriorãtur, quẽ ádmodum peruersi Iudæi ex Apostolorum operibus tam diuinis, inuidia sunt succensi, secundum quod subditur. ⌊ Exurgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant ⌋ concordes in eidem persecutione iustorum ⌊ quæ est hæresis Saducæorum ⌋ .i. qui cum illo existentes fuerunt hæretici dicti Saducei, sicut enim in noua lege vocantur hæretici, qui non totam sacram scripturam recipiunt, vt Manichæi & Mõtanistæ vetus testamentum negantes, ita in lege Moysi erant quidam hæretici, quinque libros Moysi tãtum recipientes, non autem prophetarum scripturas, qui Saducæi vocantur, qui interpretantur iusti. Nam iustos se nominauerunt, quia in iudicando & puniendo fuerunt acerrimi. Sed quia non iusti, sed valde iniusti fuerunt, dici possunt Saducæi, quasi seducti. Dicuntur tamen Saducæi, a Sedek verbo Hebræo quod latine dicitur iustus. Vnde Melchisedek rex iusticiæ interpretatur. Vel Saducæi vocati sunt a Sadoch sacerdote, de cuius semine se natos gloriabantur. Porro hæresis Græce secundum Bedã ab electione vocatur, qua quisque sibi, spretis aliorum dictis, quod sequendum putauerit eligit ⌊ repleti sunt zelo ⌋ .i. inuidia, nam veritas parit odium in cordibus incorrigibilium, quemadmodũ scriptum est, non amat pestilens eum, qui se corripit. Apostoli enim prædicabant animam esse immortalem & resurrectionem futuram, esse quoque & angelos, atque propheras diuinitus inspiratos, quæ omnia Saducæi negabant ⌊ & iniecerunt manus in Apostolos ⌋ vtique omnes, sicut ante in Petrum & Ioannem duntaxat ⌊ & posuerunt eos in custodia publica ⌋ .i. in carcere vbi & manifeste rei concludebantur, vt talibus similes putarentur. ⌊ Angelus autem domini per noctem ⌋ .i. proxima nocte ⌊ aperiens ianuas carceris, & educens eos dixit. ⌋ Beda euidenter hic asserit, quod Apostoli

Mat. 22

ianuis clausis educti sunt, Vnde in Scholastica historia dicitur, Non est intelligendum quod angelus aperuit ianuas carceris sed quod ita eduxit Apostolos acsi ianuæ fuissent apertæ, Et quædam glossa hic asserit, quod angelus aperuit ianuas carceris non realiter, sed apparenter quia eduxit eos tam libere per ostia clausa, ac si fuissent aperta, q̃d per oīpotentiam dei fieri potuit, nō autem naturali virtute angelica, quæ se ad hoc non extendit, quod duo corpora simul sint in eodem loco. per penetrationem dimensionum. Quod autem ianuæ nō fuerunt apertæ realiter, verba paulo post subdita insinuare videntur, sicut patebit. ⌊ Ite & stantes in templo loquimini plebi omnia verba vitæ huius ⌋, id est,
Ioan. 14. Christianæ conuersationis, seu Christi, qui ait ego sū via veritas & vita ⌊ Qui cum audissent intrabant diluculo in templum & docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum eo erant, conuocauerunt consiliū, & omnes seniores filiorum Israel, & miserunt ad carcerem vt adducerentur ⌋ Aposto. Quia enim princeps & pontifex consyderauit factum Apostolorum quotidie prosperari & plurimos a ludaismo ad nouam legem conuerti, serioſissime intendebat quomodo vniuersos Apostolos auferret de me-
Prou. 21. dio. Hinc magnum & celebrem fecit conuentum, quasi rem magnam acturus. Verum (vt Salomon ait) non est sapientia non est scientia, non est consilium contra dominum, Et quanto diuinæ præordinationi cor humanum impudentius præsumptuosiusque resistere nititur, tanto omnipotens deus, quod decreuit glorioſius operatur. ⌊ Cum autem veniſſent ministri, & aperto carcere ⌋ ab ipsis ministris seu custodibus. Non enim carcerem inuenerunt apertum, vt statim dicetur ⌊ non inuenissent illos reuersi nunciauerunt dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausū cum omni diligentia, & custodes carceris stantes ad ianuas ⌋ qa eñ videbāt Iudæi ĩcreduli Apl̃os tot mirabilia opari, cautissīe eos clauserūt, ne aliq̃ mō effugerēt

Là pientes aũt ⌋carcerem ⌊ neminem intus ĩuenimus ⌋ ex quo elicitur, quod clausis ianuis egressi fuerunt Apostoli. Si enim angelus ianuas aperuisset, cur denuo eas clausisset? ⌊ Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi ⌋ videlicet, doctores legis & iudices ⌊ & principes sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret ⌋, id est, dubitabant, quem exitum res haberet, & quid de Apostolis essent acturi. Circa hunc locum ait Beda. Quid prophane Iudæe cæca stimularis insania? Furantibus Apostolis dicis Christum de monumento sublatum. Dic rogo eosdem Apostolos, de carcere tuo clauso, cuius furto credis ablatos? Verum ingenita malitia, cor perfidum in signis manifestis obdurat. ⌊ Aduenies autem quidam ⌋ de Iudæis incredulis ⌊ nunciauit illis, quia ecce viri quos posuistis in carcere sunt in templo stantes & docentes populum ⌋ Si Apostoli aduersarios timuissent, non in templo stetissent. ⌊ Tunc abiit magistratus cum ministris ⌋, id est, multitudo superiorum cum subditis ⌊ & adduxit illos ⌋ puta Apostolos ⌋ ⌊ sine vi ⌋ ad principem sacerdotum, ⌊ Timebant enim populum ne lapidarentur ⌋ si violentiam aliquam inferrent Apostolis quos vulgus deuote audiuit. ⌊ Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum dicens. Præcipiendo præcepimus vob̃ ne doceretis in nomine isto ⌋ videlicet in nõie Iesu Nazareni ⌊ & ecce replestis Hierusalem doctrina vestra ⌋ quod Iesus iste sit rex Messias filius dei, mũdi saluator, iudex vniuersorum ⌊ & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius ⌋ Hoc dupliciter intelligi potest. Primo, vultis ostendere, quod reisimus homicidiũ hominẽ innocentem perducendo ad mortem. Secũdo, vultis inducere super nos vindictam sanguinis istius, quẽ a nob̃ nocenter fusũ asseritis. Primo modo Augustin⁹ intelligit, ita quod Iudæi volebant quasi immunes videri a morte Christi, ideo obtulerunt eum iudici Pilato, atq; dixerũt. Nob̃ nõ licet iterficere quẽq;, Sicq; princeps hic sacerdotũ nunc q̃si oblit⁹ fuit, q̃d ad põtificum

Mat. 28.
Mar. 15.
Ioan. 20.

Ioan. 18.

instigationem, totus populus Iudæorum clamauit. san
Matth.17. guis eius supernos, & super filios nostros. Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt. Obedire oportet deo magis, quam hominibus. hoc supra capitulo q̄rto expositum est. Porro vt ait hic glosa quædam, & Scholastica historia, omnes Apostoli verba ista vnanimiter proferebant, ex feruore & zelo non patientes vnum p omnibus loqui. Quibusdam tamen apparet quod solus Petrus verba hæc prorulit, quibus prolatis, alij signis & nutibus annuerunt, alias videretur ibi fuisse vocum confusio. Veruntamen istud non cogit imo probabile est, quod Petro responsionem inchoante, & p sequente alij ex feruore aliqua verba miscebant eadem affirmando, quod & in iudicijs accidere solet, non tamen inordinate, sed valde id modeste fecerunt. Deus
Matth.26. Mar.14. patrum nostrorum suscitauit Iesum quem vos interemistis suspendentes in ligno manibus militum. O q̄ parati fuerunt isti nunc mori pro Iesu, qui tempore suę captionis omnes simul fugerunt ab eo. Hunc deus principem & Saluatorē exaltauit, in resurrectione & ascensione, dextera sua, id est, sua gratiosa potentia ac pia assistentia. Vel in dextera sua eum ponendo. Est autem Christus princeps totius militātis
Esaiæ.6. ac triumphantis ecclesiæ. de quo Esaias prædixit. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. De quo Apocalypsis primo habetur. Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Itaque exaltauit illum, vt sit caput ecclesiæ ad dandam pœnitē tiā. i. locū, tempus, & gr̄am pœnitendi, seu pœnitentiæ sacramentum atque virtutem. Israel, id est, populo Israel, imo & cunctis hominibus in remissionē
Lucæ.24. peccatorem quæ per pœnitentiam impetratur. Propter q̄d post resurrectionē Christi perhibuit. Oportebat pati Christum & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Et nos testes sumus horū verbo rū, id est, rerum significatarum per verba hæc, scilicet re-

surrectionis, ascensionisq; Christi. Verbum aũt quandoque accipitur pro interiori mentis conceptu, sicut & ibi. In principio erat verbum, quandoq; pro imaginaria similitudine rei. interdum pro verbo vocali, vi Ioan. 1
cissim pro re verbis expressa, quemadmodum, 4. Re- 4. Reg. 20
gum loquitur Ezechias. Non fuit verbum in domo mea, quod non ostenderim eis [& spiritus sanctus] est testis horum per nos loquendo & mirabilia operãdo in testimonium Euangelicæ prædicationis. Propter quod Christus prædixit Ioannis. 15. Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me [quem dedit deus omnibus obedientibus sibi] scilicet nobis & condiscipulis nostris in signo visibili. Nullus tamen deo virtuose obedit nisi per præ- Iohan. 6.
uenientem gratiam spiritus sancti, sed obedientib. deo datur spiritus sanctus per incrementa suorum charismatum. [Hæc cum audissent] præfati principes Iudæorum [dissecabantur] vehementer frementes ac
indignantes contra Apostolos tã authoritatiue & sine Sapien. 1.
pauore loquentes [& cogitabant interficere illos.] In maliuolam quippe eorum animam non introierũt sapientiæ verba. Et cõtumaces suam reprehensionem non sustinent, sed odiunt corripentem. [Surgens autem quidam in concilio Pharisæus] eo modo quo & Paulus infra testatur, ego Pharisæus sum. Nam ambo antequam Christi fidem susciperent, erant de secta hac quantum ad obsernantias eius [nomine Gamaliel] ad cuius pedes instructus est Paulus [legis doctor, vir honorabilis vniuersæ plebi] quia iam dudum honestę fuit conuersationis, & vita concordabat doctrinæ in ipso [iussit foras ad breue homines fieri] .i. Apostolos iussit ad modicum tempus egredi, & extra manere Hoc eis præcepit quamuis in corde suo sibi eos præponeret, seque eorum seruum ac discipulum reputaret. Veruntamen instar iubentis locutus est. De quo refert Clemens in quadam epistola, quod fuit Apostolorum discipulus, sed occultus sicut & Nicodemus, & de con-

filio Apostolorum mansit inter Iudæos, vt eorum contra fideles mitigaret furorẽ. ⌊ Dixitq; illis. Viri Israelitæ attẽdite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis ⌋ .i. nolite præcipitare sententiam, nec inconsulte istos opprimere, neq; ex passionis impetu quicquam p agere. Ad quod inducit duo exempla. ⌊ Ante hos enim dies extitit Theodas dicens se esse aliquem ⌋ .s. virum ⌊ magnum ⌋ ac vatem ⌊ cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes quicunq; credebant ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum ⌋ non absolute ad nihilum, cum animæ sint immortales, & prima materia incorruptibilis, sed ad nihilum sunt redacti, quantum ad id quod attentarãt, & de terra seu vita præsenti sublati sunt. Iste Theodas (sicut in Scholastica historia ex verbis Iosephi recitatur) dixit se esse prophetam ad cuius persuasionem multi Iudæorum venditis omnibus suis, & sublatis ex vrbe præsertim Hierusalem facultatibus venerunt ad ripas Iordanis, & promisit se post triduum diuisurum Iordanem, vt transirent per arentem alueum sicco pe-
Iosue. 3 de vt tempore Iosue, & infra hoc triduum venientes milites missi a præside Syriæ ipsum occiderunt & multos eorum quos seduxit, caputq; eius tulerunt Hierusalem. Fuit autem Theodas magus. ⌊ Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis ⌋ .i. generalis de
Lucæ. 2 scriptionis, quando imperante Augusto descriptus est orbis, ibantq; singuli vt profiterentur in sua ciuitate, subiectos se esse Romano imperio, & capitis soluerent censum, vt Luc. 2. habetur ⌊ & auertit populum post se ⌋ Nam docuit populum Israel, quod cum esset popu
Lucæ. 4 lus dei, non debere cum subdi Romanis, nec eis dare tributa, quia in templo decimas solueret atq; primitias, & quia in lege conscriptum est. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed errauit, cum hoc de seruitute latriæ intelligat, & spirituali libertati, corporalis subiectio nõ repugnat, militantib. q̃q; p bo
Matt. 22. no rei publicę, stipendium seu tributum debetur. Pro-
Mar. 12 pter quod dixit Saluator. ⌊ Reddite quæ sunt Cæ-

saris Cæsari, & q̃ sunt dei deo: ⌊ Et ipse perijt, & q̊tq̊t Lucæ. 20
consenserant ei dispersi sunt ⌋ non enim diuina virtute contra Romanos roborabant, sed ꝓ suo errore succubuerunt ⌊ Et nunc itaq; dico vobis. Discedite ab hoĩbus istis, & sinite illos. Qm̃ si ex hoĩbus est consiliũ hoc aut opus dissoluetur ⌋ .i. si negocium Apostoloꝝ humana calliditate confictum est, & doctrina eoꝝ mendosa est, magicisq; artibus innituntur, cito totum peribit, sicut illorum duorum ⌊ si vero ex deo est, nõ poteritis dissoluere illud. Abstinete ergo ab eis, ne & deo repugnare videamini ⌋ Rõnabilis ꝓrsus fuit ista instructio p̃sertim cum ꝓbabilia valde imo & certa omnino signa apparerent, q̊d Apostolorũ opus esset a deo ⌊ Cõsenserunt aũt illi ⌋ .s. Gamalieli non tñ in toto, qa in hoc consenserunt, q̊d dimiserunt Apostolos, non aũt in hoc, q̊d eos flagellauerunt, & p̃dicare ꝓhibuerunt ⌊ & conuocantes Apostolos, cęsis ⌋ .i. a se flagellatis ⌊ denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Iesu, ad populum ⌋ aliqua laude digna ⌊ & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt ꝓ noĩe Iesu contumeliam pati ⌋ reputantes persecutionem hanc esse p̃cipuum donum dei, quemadmodum Paulus Thessalonicensibus scribit. Vobis datũ est pro Christo non solum vt credatis in eum verum etiam vt patiamini ꝓ illo. Sic ergo impleuerũt Apostoli q̊d audierunt a Christo: Gaudete in illa hora & exultate, q̊niã merces vestra copiosa est in cælis Matt. 5
Hinc Iacobi primo habetur. Oẽ gaudium existimate cum in diuersas tentationes incideritis. Præterea cum quælibet virtus habeat ꝓprium gaudium sibi annexum, perfectam pacientiam habens in aduersitatum perpessione, secundum superiorem animæ partem lętatur, ita quod sicut gaudium est iusto iusticiam facere, & humili subdi, sic pacienti est gaudium tribulari. Et vtique si Christum pure diligimus, gaudere debemus quod ei per aduersitatum molestias conformamur, qa & per hoc a peccatis purgamur, ad gratiam abundantiorẽ disponimur, ad regnũ cœleste cõpendiosius pue

1.Pet.4 nimus. Ideo scriptum est: ⌈Communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. In omni ergo aduersitate inordinatam tristiciam repellamus, & Christi passionem ac multiplicem patientiæ fructum oculis cordis stabiliter proponamus, scientes quod omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Qui autem tentationes non susceperunt in timore dei & in patientia sua, exterminati sunt. ⌊Omni autem die non cessabant in tẽplo & circa domos docentes publice ⌋& priuate⌊ & euangelizantes Christum Iesum⌋ In quo patet maxima fortitudo fidei charitatisq; feruor istorum, qui in regia, pontificaliq; vrbe nec verbis nec ictibus poterãt a dei opere cohiberi. Et vtique nisi diuina potestate totum opus eorum fuisset fulcitum, mirum & incredibile videretur, quod principes Iudæorum vel vno die permisissent eos in vita aut ciuitate sua metropolitana, sed vt dictum est, non est consilium contra dominum.

Iudi.8.

¶Explanatio capituli sexti. In diebus autem illis.

Articulus sextus.

QVia hoc libro sanctꝰ Lucas primitiuę statum ecclesiæ proposuit scribere, nõ solum Apostolorum facta & verba enarrat, sed & cæterorũ fidelium post Apostolos p̃cipuoꝝ. Et qm̃ in ecclesia pꝰ sacerdotes constituunt & sequunt diaconi, nunc de ordinatione septem primorum diaconorum texit historiã⌊ In diebus autem illis crescente numero discipulorum⌋eorum videlicet qui per Apostolos conuertebantur ad Christum. Christiani vero tunc gñaliter uocabantur discipuli, vt ifra habetur. Quotidie autem plurimi conuertebantur⌊ factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos⌋Per Græcos hic intelliguntur vel Iudæi in dispersione inter Græcos nati & educati, vel Græci & aduenæ ex gentilitate conuersi, & in Hierusalem cõmanentes ⌊eo q̃d despicerentur in ministerio

q̃tidiano ⌋.s.dipensatione seu administratione victualium & tempalium ⌊viduæ eorum⌋puta Græcorum. Quod tripliciter intelligi põt. Primo q̃d Hebræi in ministerio q̃tidiano viduas suas tanq̃ eruditiores Græcorum viduis p̃ferebant, & sic Beda exponit. Secundo q̃d viduæ Græcorum in ministerio isto nimium grauabantur, seu ad viliora agenda deputabantur. Tertio q̃d viduis Græcorum, non tam bñ ministrabantur necessaria, vt viduis Hebræorum. Sed cum superius dictum sit q̃d multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & singulis ministrabatur sicut indiguerunt, quõ in tam sctõ collegio inuenta est ista dissentio. Est respõdendum, q̃d numero discipulorum crescente orta est murmuratio ista, non enim omnes æq̃ perfecti fuerunt & in tãta multitudine fuisse aliq̃s imperfectos, mirum non est. Imo vt Clymacus refert, quidã illorum facti fuerunt hæretici. ⌊Conuocantes autem duodecim⌋.s. Apostoli ⌊multitudinẽ discipulorum dixerunt. Non est æquum nos derelinquere verbum dei⌋.i.a p̃dicatione cessare ⌊& ministrare mensis⌋.i.in victualium corporis amministratione occupari. Spiritualia enim in tantum sunt temporalib⁹ p̃ponenda, quanto anima corpore extat p̃stantior, & qui sunt ad sublimiora officia, diuiniores q̃ actus instituti, non debent immoderãter sine necessitate, circa viliora intendere, ne a principalioribus impediantur. Deniq; meliora sunt fercula mentis quam ventris, & vt Rabanus ait, his verbis ostendunt Apostoli Eps & doctores non debere corporalibus implicari, dicente Apostolo: Nemo militans deo implicat se secularibus negocijs. Hinc etiam Ietro consuluit Moysi, vt p̃esset populo in his q̃ sunt ad deum, & maiora duntaxat iudicaret negotia, minora vero substitutis principibus, iudicibusq; committeret, put in Exodo habetur ⌊Consyderate ergo fratres viros ex vobis⌋.i.de vestro collegio ⌊boni testimonij⌋ s.famæ honestæ ⌊plenos.ff.& sapientia⌋.i. euidenter virtuosos, & sufficienter eruditos, quantum humano mõ conijci põt aut sciri. Tunc enim fuerunt ibi quãplu

su. Act. 4

2. Tim. 2

Exo. 18

res tanta gratia decorati, q̊d certum fuit eos .ss. imple tos ⌊septem.⌋ Tot enim ad literam ꝓbabiliter videbantur ad opus administrationis sufficere. Per quod mystice figuratur q̊d in diaconatū ꝓmouendi, debent septemplici dono .ss. ornari ⌊quos constituamus sup hoc opus⌋ administrationis corporalium, vt ipsi ea ministrent, vel ministrantibus p̄sint. ⌊Nos vero orationi, & ministerio verbi insistentes erimus⌋ Per ministerium verbi p̄dicatio designatur. O vtinam p̄lati ista attenderent, quorum iam plures, plus q̄ oportet, decet, aut licet, circa temporalia occupantur, in exterioribusq; ꝟsantur, quia mente sunt frigidi, nec in spiritalibus exercitijs habent saporem. Hinc effunduntur, negligentes seipsos & sibi commissos. ⌊Et placuit sermo coram oī multitudine⌋ q malum murmurationis optabant extingui, & vt boni filij patrum suorum concilio tam rationabili celeriter acqeuerunt. Quod & cūctis subditis est pensandum ac imitandum. Præterea in verbis p̄fatis notatur ordo in electione seruandus. Electio enim primo fieri debet cum discretione atque concordia, q̊d notatur, cum dicitur consyderate. Scd'o ex charitate: ideo subditur, fratres. Tertio vn⁹ de gremio ecclesiæ eligi debet. Hinc sequitur, ex vobis. Quarto qui eligitur debet esse bonæ famæ, ꝑꝑ proximorum ædificationem. Iccirco subiungitur, boni testimonij. Quinto erit virtuosæ conuersationis quo ad deum. Ideo additur, plenos .ss. Sexto erit in scripturis īstruct⁹. Propter quod sequitur, & sapientia. Postremo, talis debet esse, vt magis cupiat prodesse quam præesse, perpendens se potius vocatum ad onus quam ad honorē. Iccirco annectitur, quos cōstituamus super hoc opus. ⌊Et elegerūt Stephanum plenum fide⌋ quæ est virtus theologica, seu fidelitate, quæ ad iusticiam pertinet ⌊& spiritu sancto⌋ per quod insinuatur cunctis fuisse plenus virtutibus. Sed in primitiua ecclesia fides fuit specialiter commendanda tanquam fundamentum virtutum, & quia tunc valde necessaria fuit fidei fortitudo propter persecutores, itemq; ob difficultatem sub-

dendi intellectum articulis fidei, quod est rationem in captiuitatem redigere ⌊ & Philippum ⌋ De isto Philippo diacono infra scribuntur sublimia, vñ & ipse & cæteri qui sequuntur pleni fuerunt fide &.ff. ⌊ & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum ⌋ qui vt fertur de gentilitate fuit conuersus ad Iudaismum. Vel forte immediate ad Christianismum, & de Antiochia fuit, de quo occasionem erroris sumpserunt quidam, in Apocalypsi Nicolaitæ vocati, asserentes, mulieres debere esse communes. Q; & Thomas in summa contra gentiles affirmat hunc Nicolaum dixisse. Alij tñ dicunt, quod ipse non dixit hoc, sed cum haberet mulierem pulcherrimam, & accusaretur de immoderato amore ad eã, volens se excusare, ait corã Apostolis. Ecce coniunx mea, qui vult ea vtatur. Quod (vt isti asserunt) ipse nõ dixit ea mente qua sentiret vsum fœminarum debere esse communem sed vt per huiusce modi modum loquendi se plenius excusaret. Verum quidam peruersi ad mala ꝓcliues, eiusq; verba iuxta suam concupiscentiã interꝓtantes, sumpserunt ex eis occasionem erroris. ⌊ Hos statuerunt añ conspectum Apostolorum ⌋ puto autem quod & hi septem electi etiam elegerunt, sicut in electionibus collegiorꝫ ac cœnobiorꝫ qui eliguntur & eligunt ⌊ & orantes ⌋ ipsi Apostoli ⌊ imposuerunt manus ⌋ secundũ Rabanũ hic ordo seruandus est, vt .s. populus eligat, eꝑs ordinet. Et quia Apostoli cũ orõne & manus impositiõe ordinauerunt istos diaconos, in ordinib. dãdis fiunt orõnes, & in qbusdã eccleſijs manus tpe ordinationis imponuntur diaconis; In Scholastica quoq; fertur historia, quod horꝫ septem priorꝫ diaconorꝫ vicem gerunt archidiaconi, propterea instituti vt portent põdus negotiorꝫ, q̃tinus ꝓdicationi ac doctrinæ liberius vacent eꝑi. ⌊ Et ℣bum dñi crescebat ⌋ .i. ꝓdicatio Apl'orꝫ fructificabat ⌊ & multiplicabatur numerus discipulorꝫ in Hierusalẽ valde ⌋ quia plurimi conuertebantur. ⌊ Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei, rationem suam fidei subĵciendo, in quo

Apoca.2

eluceſcit infinita miſericordia Chriſti, quod illos conuertere dignatus eſt a quibus tam importune atq; crudeliter fuit expetitus ad mortem, In quibus ſpecialiter
Ioann.8. eſt impletum, quod ante paſſionem Chriſtus prædixit. Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoſcetis qa ego ſum. ¶ Inſuper aduertendum quod ſicut in libro hoc beatus Lucas duorum præcipuorum Apoſtolorum actus & verba ſpecialiter proſequitur ac deſcribit, videlicet Petri & Pauli, ita & prædictorum ſeptem diaconorum, duorum præcipuorum verba actuſque proſequitur, ſcilicet Stephani & Philippi, non enim ōnia ſcribere potuit. ⌊ Stephanus aūt plenus gratia & fortitudine ⌋ Paulo ante dixit eum plenum fide & ſpiritu ſancto, nunc gratia & fortitudine, vt monſtretur ſanctus Stephanus fuiſſe vir Apoſtolicæ perfectionis, & qa iam eius martyrium deſcripturus eſt apte præmittit, q̄ fortitudine plenus fuit, tam illa quæ eſt virtus moralis & cardinalis, cuius eſt in periculis mortis eſſe cōſtantem, tam illa quæ eſt donum, cuius eſt opibus perfectionis conſtanter inſiſtere ⌊ Faciebat ſigna & prodigia magna in populo ⌋ quæ ſanctus Lucas breuitati ſtudens non, pſeqtur. ⌊ Surrexerunt aūt qdā de ſynagoga libertinorum ⌋ Iſti Iudæi, incredulī dicti ſunt libertini, quia manumiſſi. i. libertati donati fuerunt, cū prius ſerui fuiſſent, ſicq; conditionis fuerunt ſeruilis qui fidei reſtiterunt ⌊ & Cyrenenſium ⌋ a Cyrene, quæ eſt ciuitas Lybiæ ſecundum Bedam, ⌊ & Alexandrinorū ⌋ Id eſt, de Alexandria vrbe Egypti ⌊ & eorum qui erant a Cilicia, & Aſia ⌋ quæ ſunt regiones vicinæ adinuicē ⌊ diſputantes cum Stephano ⌋ volentes probare, quod Ieſus non eſſet Chriſtus in lege promiſſus. ⌊ Et non poterant reſiſtere ſapientiæ ⌋ Stephani ⌊ & ſpiritui ⌋ .i. ſpiritui ſancto ⌊ qui loquebatur ⌋ per Stephanum, ſicut ait Saluator. Non enim vos eſtis qui loquimini,
Matt.10. Mar.13. ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Vel ſpiritui, id eſt, animæ Stephani qui loquebatur, ſicq; implebatur in Stephano illa Chriſti promiſſio. Ego da-
Lucæ.21. bo vobis os & ſapientiam cui non poterunt reſiſtere &

contradicere omnes aduersarij vestri⌊Tunc submiserunt viros⌋ scilicet falsos testes⌊qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ, in Moysen & in deum⌋ sicut fecerunt regi ita & militi, nam & contra Christum produxerunt falsos testes Iudæi. Est autem proprium peruersorum, vt cum ratione prævalere non valent, seq; rationabiliter conuinci prospiciunt, ad calliditates & violentias conuertantur. Sic egerunt & isti. ⌊Commouerunt itaq;⌋ .i. ad irā & zelum indiscretum prouocauerunt⌊plæbem, & seniores & scribas⌋, id ē, iudices & doctores,⌊& concurrentes rapuerunt eū⌋ cū impetu violento tanq; maleficum⌈⌊& adduxerūt in concilium, & statuerunt falsos testes dicentes. Homo iste non cessat loqui aduersus locum sanctum & legem⌋, id est tēplo & legi Moysi per verba blasphemiæ detrahit ⌊Audiuimus enim eum dicentem, Quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum & mutabit traditiones⌋ .i. leges seu ordinationes & obseruantias⌊quas tradidit nobis Moyses⌋ Etiamsi Stephanus hæc ῥba dixisset, non fuisset blasphemia secundum veritatem, sed secundum Iudæorum istorum æstimationem. Romani enim Christi potestate destruxerunt vrbem & tēplum Hierusalem. Cæremonialia quoq; legis Christus mutauit in melius, & alias dedit institutiones viuendi ac deum colendi quam Moyses. Verum excæcati Iudæi putabāt cæremonialia & iudicialia legis præcepta post Christi aduentum semper seruanda sicut moralia. Nihilominus testes isti mentiti sunt, vel Stephanus verba ista non dixit, vel ea non dixit eo sensu quo ipsi ea, ppo suerunt. Sic enim ea proposuerunt, quasi Iesus asseruisset se legalia mutaturum, quasi simpliciter reprobans ea, vel quasi omnia mutās. Christus vero ita non dixit nec Stephanus, imo Christus testatus est: Non veni legem soluere sed implere, id est, perficere. Cæremonialia enim figuratiua fuerunt, quæ in Christo ipleta sunt atq; in ecclesia. Præcepta quoq; moralia euangelicis p-fecit consilijs. ⌊Et intuentes in eum omnes qui sedebant in consilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Matt. 5.

angeli ⌋.i.splendidissima claritate ac miro decore perfusam, per quo d internæ perfectionis magnitudo, puritas & innocentia monstrabatur. In quo Moysi parisi catus est Stephanus. Nam & Moysi vultus præ splendore a Iudæis aspici non valebat. In tali autem & tanta maiestate ostendit deus Iudæis Stephani vultum, vt conuerterentur ad veritatem si vellent, aut si nollent, de sua obstinatione inexcusabiliores ac damnabiliores redderentur. Porro in scripturis canonicis nō legitur homo, vultum huiuscemodi habuisse in terra corā hominibus nisi Christus in transfiguratione, & Moyses ac Stephanus, in quo magna valde Stephani excellentia innotescit.

¶Elucidatio capituli septimi. Dixit autem.

Articulus septimus.

Dixit autem princeps sacerdotum, si hæc ita se haberent ⌋Qm̄ accusato dandus est locus excusationis, & rñsionis, princeps sacerdotum tanq̄ iudex scisscitatus est Stephanum, an in sibi obiectis esset culpabilis. ⌊Qui ait: Viri fratres & patres audite.⌋ Sanctus Stephanus rñsurus verbis modestis ac blandis in exordio vsus est, quia vt scribitur in Prouerb. Re-
Prou. 15. sponsio mollis frangit iram. ⌊Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham⌋Quatuor obiecta fuerunt Stephano. s. blasphemia in deum, in Moysen, in legem, in templum. Ideo de his quatuor se excusat, & primo de blasphemia contra deum, quem deum gloriæ nuncupat, quia in ipso est beatitudo & gloria infinita, & ab ipso vita gloriæ profluit. Ipse q̄q; est maiestatis immēsæ, apparuit aūt Abraham p subiectam creaturā. s. angelum ⌊cum esset in Mesopotamia⌋ q̄ est regio sic dicta, quia media inter aquas sita est, inter fluuios videli
Gene. 11. cet Euphratem, & Tigrim ⌊priusquam moraretur in Charram⌋ q̄ secundum Bedam est vrbs regionis Mesopotamiæ, & in Genesi dicitur Aran ⌊& dixit ad illū. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terrā

quam mõstrauero tibi ⌋.ſ.in terrã Chanaan.Circahoc dubia oriuntur. Abraham nanq; oriũdus fuit de Chaldæa,& inde venit in prouinciam Meſopotamiæ, deinde in ciuitatem illius,nomine Charram. Quomodo ergo ei de terra ſua iam egreſſo,atq; in aliena poſito, dicitur,exi de terra tua? Iterum in Geneſeos libro legitur,quod Abraham cum patre ſuo Thare habitauit in Aran quæ alio nomine dicitur Charrã, & mortuo ibi ipſo Thare patre Abrahæ,dominus illi præcepit,egredere terra tua,&c. Ad primum reſpondetur tripliciter Primo ſecundum Bedam & Scholaſticam hiſtoriam, quod licet iam egreſſus fuerat de Chaldæa corpore,nõ tamen mente, quia adhuc tenebatur ſpe ac deſyderio redeundi. Iccirco præcipitur ei vt etiam mente egredi atur de ea,vt.ſ.non proponat in eam reuerti.Secundo iuxta Auguſtinum,quod Meſopotamia eſt pars Chaldææ,& ita non fuit de tota Chaldæa egreſſus, ſed de vna eius parte introiſt aliam, nunc ergo iubetur totã relinquere. Tertio,vt quod dicitur exi de terra tua,ſic exponatur.i.longius diſcede ab ea. Ad aliud reſponde tur quod vel bis iuſſum eſt Abrahæ exire de terra cognationeque ſua, videlicet ſemel ante mortem patris ſui,& tunc ex cauſa rationabili diſtulit, forte vt patri ſuo tanquam ſeni pro ſolatio, & exhibendo obſequio maneret coniunctus.Secundo poſt patris ſui dormitionem.Vel vt aliqui dicunt,hoc quod dicitur, exi de terra tua per anticipationem eſt dictum. Denique in hoc præcepto Abrahæ facto, myſterialiter præfigurabatur,quod Chriſtus poſtea p ſeipſum cõſuluit, vt.ſ.propter ipſum omnia relinquãtur,etiam parentes,fratres ſorores,&c. ⌊Tunc exiſt de terra Chaldæorũ⌋ ſecundum varium ſenſum nunc tactum.ſ.longius diſcedẽdo ab ea, vel partem eius deſerendo⌊ & inde habitauit in Charram.Et inde poſtq̃ mortuus eſt pater eius ⌋ Thare in Charram cum eſſet ducentorũ quinq; annorũ, vt dicitur in Geneſi ⌊tranſtulit⌋.i.ire p̃cepit ⌊ illum in terram iſtam,in qua vos nunc habitatis ⌋ q̃ dicitur terra promiſſionis. ⌊ Et non dedit illi hæreditatem in

Gen. 11

Gene.12.

ea nec passum pedis ⌋,id est,nec minimam partem.Nec obest quod in Genesi scribitur Abraham emisse spelũcã cum agro, nam hãc partem in titulo habuit emptionis
Gene.23. pro sepultura, non hæreditate possedit ad colendum aut habitandum ⌊ sed repromisit dare eam illi in possessionem,& ⌋ pro id est ⌊ semini eius ⌋Illis videlicet q cum Iosue terram istam ingressi sunt ⌊ cum non haberet filium⌋,id est,ante natiuitatem Isaac,imo & Ismaelis,Et hoc q̃tum ad promissionem primo factam.Sæpius enim ei istud promisit, sed prima scribitur Genesis.12. longe ante Ismaelis generationem. Vbicunq; autem in Genesi legitur deus promisisse Abrahæ, vel Isaac aũt Iacob,quod eis hanc terram daret,referendum est ad posteritatem ipsorum. ⌊ Locutus ẽ autem ei deus ⌋per angelum ⌊ quia erit semen tuum accola⌋.i. filij tui peregrini erunt & aduenæ ⌊ in terra aliena ⌋ scilicet in regione Chanaan,&Egypti ⌊ & seruituti eos subijciẽt & male tractabunt annis quadringentis triginta ⌋ Vñ
Gene.15. legitur dominus locutus ad Abraham.Scio prænoscẽs, quod peregrinum futurum sit semen tuum & seruituti eos subijcient & affligent quadringentis ãnis,Porro hos q̃dringentos triginta annos computat Rabanus a die quo facta est ista promissio Abrahæ,vsque ad exitum de Aegypto. Quadringentos vero annos nonnulli incipiunt a natiuitate Isaac , vsq; egressum Israel de
Gene.21. Aegypto, Aliqui vero quia dictum est Abrahæ,in Isaac vocabitur tibi semen , computant istos q̃drigentos annos , a natiuitate Isaac vsque ad mortem Seon regis Amorreorum , & Og regis Basan . Præterea quãuis dictum sit, quod filij Israel aduenæ forent in terra aliena , & seruituti subijciendi ac male tractandi , non tamen sensus est , quod toto hoc tempore fuerint in huiusmodi afflictione , sed pars pro toto est posita, aut econuerso . Nam pro parte quadam huius temporis fuerunt afflicti in terra Aegyti. ⌊ & gentem cui seruierint ⌋ puta Egyptios ⌊ iudicabo ego ⌋ iuditio punitionis & condemnationis ⌊ dicit dominus ⌋ nam submersit eos in mari rubro , & statuit in

inferno. ⌊ & post hæc exibunt ⌋ de Aegypto seu ere
mo ⌊ & deseruient mihi in loco isto ⌋ scilicet in Iudęa
quod tempore Iosue inceperunt ⌊ Et dedit illi ⌋ videl.
Abrahæ ⌊ testamentum ⌋, id est, pactum ⌊ circumcisi- Gene.17.
onis ⌋ dicens. Hoc est pactum meum quod obseruabitis
Circumcidetur exvobis ōne masculinum ⌊ & sic genuit
Isaac cum esset centum annorum ⌋ vt scribitur in Gene Gene.21.
si. Erat autem nonaginta nouem annorum cum pactū Gene.21.
circumcisionis accepit ⌊ & circumcidit eū octauo die ⌋
sicut in Genesi habetur. ⌊ Et Isaac ⌋ genuit ⌊ Iacob, &
Iacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ ęmulan-
tes ⌋, id est, inuidentes ipsi ⌊ Ioseph ⌋ quia a patre plus
amabatur, & somnia quædā eis displicentia vidisse se
eis narrauit ⌊ vendiderunt eū i Aegyptū ⌋ .i. Ismaelitis Gene.36.
negotiatoribus in Aegyptum pgētibus secumq; ducenti
bus atq; ibidē vendētib. Ioseph. Non tñ oēs patriarchæ
duodecim id fecerunt, qa nec Beniamin adfuit neq; Ru
ben. ⌊ Et erat deus cum eo ⌋ per gratiam magnam, &
prouidentiam singularem ac gratiosam ⌊ & eripuit eū
ex omnibus tribulationibus suis ⌋ scilicet, de manibus Sapien.10.
fratrum, & Aegyptiȷ̄ qui eum incarcerauit. Vnde in Sa
pientiæ libro legitur. Hæc, scilicet, sapientia diuina vē
ditum iustum non dereliquit sed a peccatoribus libera-
uit eum ⌊ & dedit ei gratiam & sapientiam, in conspe-
ctu Pharaonis regis Aegypti ⌋ nam ex diuina reuelatio
ne exposuit somnia Pharaonis, sicut Daniel somnia re
gis Babylonis ⌊ & constituit eum præpositum super
Aegyptum, & super omnem domum suā ⌋, id est, fami
liam atque substantiam, dicens ad eum Genesis. 41. Gene.41.
Vno tantum regni solio te præcedam. ⌊ Venit autem
fames in vniuersam Aegyptum & Chanaan, & tribu-
latio magna. ⌋ Nam has duas regiones fames illa max
ime opprimebat: quæ omnia in Genesi plenius scripta
sunt ⌊ & non inuenerunt cibos patres nostri ⌋ in ter- Gene. 42.
ra qua habitabant. ⌊ Cum autem audisset Iacob fru
mentum esse in Aegypto, misit patres nostros ⌋, id est,
decem patriarchas Beniamin secum retento ⌊ primū ⌋
id est, prima vice ⌊ & secūdo ⌋ .i. secūda eorū missione in

Aegyptum pro victualibus emendis ⌊ cognitus est Ioseph a fratribus suis ⌋ quia tunc dixit eis. Ego sum Ioseph ⌊ & manifestatum est Pharaoni genus eius ⌋ .i. cognatio. Tunc enim in aula regis celebri dictum est sermone. Venerunt fratres Ioseph. ⌊ Mittens autem Ioseph ⌋ fratres suos, cum plaustris & asinis, multisq; diuitijs ⌊ accersiuit patrem suum ⌋ per istos denunciãs vt veniret ad se ⌊ & omnem cognationem suam in animabus ⌋ .i. hominibus ⌊ septuaginta quinq; ⌋ habetur. Cunctæ animæ q̃ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ ex fœmore illius absq; vxorib. filioꝝ sexaginta sex. Et in Exodo. Erant oẽs animę eorum qui egressi sunt de fœmore Iacob, septuaginta. Sed Lucas sequens interpretationem septuaginta posuit septuaginta quinq; per anticipationem connumerans quinque nepotes Ioseph. Quibus omnibus si addãtur ipsemet Iacob & filius eius Ioseph cum duobus filijs eius Effraim & Manasse habentur septuaginta quinque ⌊ & defunctus est ipse ⌋ Iacob in Aegypto ⌊ & patres nostri ⌋ .i. duodecim patriarchæ ibidem ⌊ & translati sunt in Sychem, & positi in sepulchro q̃d emit Abraham p̃cio argenti a filijs Emor filij Sychem ⌋ Gene. 33. scriptum est quod Iacob emit partẽ agri a filijs Emor patris Sychem centum agnis. Fuitque ager iste iuxta Salem vrbem Sychimorum. Porro in Genes. legitur, q̃ modo Abraham emit ab Ephron filio Seor Ethæo, spelunca duplicem vna cum agro in quo fuit iuxta Hebron quadringentis argenti siclis. Quomodo ergo nũc dicitur, quod Abraham emit sepulchrum a filijs Emor & quomodo Emor vocatur hic filius Sychem, cum in Genesi appelletur pater ipsius Sychem? Itaque intuendum q̃d Iacob sicut in Genesi scribitur fuit cito post mortem suam in spelunca duplici positus. Ioseph vero tempore Iosue in Sychem, & in eodem loco secundum Hieronymum sepulti fuerũt alij patriarchæ, delatis eorum ossibus ex Aegypto, quamuis in Genesi, non legatur. Postea aũt positi sunt in sepulchro q̃d emit Abrahã. Vez quod in litera dicitur, a filijs Emor filij Sychẽ,

Gene. 1

Exod. 1.

Genes. 23

Gene. 23

Genes. 23

refertur ad verba precedentia scilicet translati sunt in Sychem. Vt sit sensus , quod translati sunt in Sychem emptam a filijs Emor , a qbus Iacob emit hunc agrum Sychem. Quod autem Emor dicitur hic filius Sychem, & in Gen. pater Sychem, concordatur, quia frequenter contingit, quod aliquis habeat patrem & filium eodē nomine appellatos. Hæc in Scholastica historia plenius scripta sunt. ⌊ Cum appropinquaret autem tempus repromissionis quam confessus ⌋. 1. protestatus ⌊ fuit deus Abrahæ ⌋.1. proximante tēpore quo implendum fuit quod deus Abrahæ prænunciauit de eductione posteritatis suæ ex Aegypto, & introductione in terram promissionis ⌊ creuit populus ⌋ Israel ⌊ & multiplicatus est in Aegypto ⌋ iuxta id Exodi ; Filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, & roborati nimis impleuerunt terram ⌊ quoadusque rex alius surrexit in Aegypto q non sciebat Ioseph ⌋.1. quāta bona Aegyptiorum regi populoq; p̄stiterit . Rex iste sub quo natus est Moyses non fuit de semine regis Aegypti qui constituit Ioseph sup Aegyptum , vt Iosephus scribit . Et vt aliqui dicunt octauus fuit post illum. exod. 1

⌊ Hic circumueniens genus nostrum ⌋.1. populum Israel callide opprimens, iuxta quod ait in Exodo. Venite sapienter opprimamus eum ⌊ afflixit p̄res nr̄os ⌋ crudeli p̄cepto ⌊ vt exponerent infantes suos ⌋.i. ab obstetricibus eos occidi p̄mitterēt, vel in flumen, p̄icerent, aut p̄ici sinerent ⌊ ne viuificarent ⌋.i. ne infantes isti manerent viuentes, & p̄ hoc populus Israel inualesceret. Primo qppe p̄cepit obstetricibus vt infantes masculos Hebræoꝝ necarent. Quibus id ex timore dei non exequē tibus, iussit Pharao oī populo suo, vt qcqd masculini sexus gignerent cōiuges Hebræoꝝ in flumine proicerent, vt in Exodi libro habet. Et q̄niam sct̄us Steph. accusabat quasi obloquens Moysi , consequenter ad eius cōmendationem descendit ⌊ Eodem tpe natus est Moyses ⌋ durante. s. p̄cepto occidendi paruulos Hebræoꝝ ⌊ & fuit gratus deo ⌋.1. acceptus, nō ex p̄priis meritis, sed ex dei bonitate tā q̄ eternali p̄destinatus, atque ad exod. 1 exod. 1

plurima opera bona agenda præordinatus. ⌊ Qui nutritus est in domo patris sui tribus mensibus ⌋ videntes enim parentes eius pulchrum & elegantem eum esse infantem, miserti ipsius cum periculo contra regis Exod.2. edictum conseruauerunt eum in vita & absconderunt exod.2 ⌊ Exposito autem illo ⌋ .i. in flumen proiecto & posito in vasculo quodam, iuxta id Exodi. Cumq; iam celare non posset. s. mater eius eum, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitque intus infantulum, & posuit eum in carecto ripę fluminis ⌊ sustulit eum filia pharaonis ⌋ visa enim fiscella iussit vni exod.2 ancillarum vt illam sibi afferret. Qua aperta & reperto infantulo, miserta eius dixit. De infantibus Hebræorum hic est. ⌊ Et enutriuit eum sibi in filium ⌋ Commisit enim matri Moysi vt eum nutriret, & adultum sibi. s. filiæ Pharaonis referret, quo facto adoptauit eum in filium. Hæc aũt Exodi. 2. plenius recitantur. ⌊ Et eruditus est Moyses oĩ sapientia Aegyptiorũ ⌋. s. in naturali philosophia & astronomia. Studium autem philosophiæ, primo viguit in Aegypto ⌊ & erat potens in verbis, & in operibus suis ⌋ .i. sapiens in loquendo, & fortis in operando. Et quia hic dicitur quod erat potens exod.4 in verbis, Origenes asserit, quod eloquens fuit, & q̊d in Exodo Moyses impeditioris linguæ se esse testatur, soluit per hoc, quod tunc ineloquentem se dixit, cum deum sibi audiuit loquentem, cuius comparatione omnis rationalis creatura consistit ineloquens. Alĩ probabilius aiunt quod fuit linguæ impeditæ, nũc tamen potens in verbis fuisse asseritur, non ob promptitudinem expressiue, sed ob discretionem in differendo.

⌊ Cum autem impleretur ei quadraginta annorum exod.2 tempus, ascendit in cor ei⁹ vt visitaret fratres suos filios Israel ⌋ in terra gessen, vt in molestissima seruitute positos consolaretur. Cõdoluit enim eis tanquam pĩssimus. ⌊ Et cum vidisset quendam Hebræum iniuriam pacientem ⌋ ab Aegyptio ⌊ fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat percusso Aegyptio ⌋ .i. iniuriam Hexod.2 bræi vltus est, interficiendo iniuriantem Aegyptium.

In quo facto aliqui dicunt eum peccasse. Alij vero affirmant quod non, quia iam deo reuelante cognouit ꝙd liberaturus esset filios Israel de Aegypto, sicq; cognouit se constitutum a deo defensorem populi Israel, secundum quod subditur. ⌊Existimabat autem intelligere fratres⌋ puta Hebræos ⌊quod deus per manum⌋ .i. ministerium & virtutem ⌊ipsius daret salutem⌋ .i. liberationem de manibus Aegyptiorum præstiturus esset ⌊illis⌋ .s. Hebræis. ⌊At illi non intellexerunt⌋ .i. nō consyderauerunt hoc. ⌊Sequenti vero die⌋ vel immediate, vel mediate post diem quo occidit Aegyptium ⌊apparuit illis litigantibus⌋ .i. duobus Hebræis inter se rixantibus ⌊& reconciliabat⌋ .i. pacificare conatus est ⌊eos in pace dicens. Viri, fratres estis⌋ quia de eodem semine Abrahæ Isaac & Iacob. ⌊Vt quid nocetis alterutrum?⌋ Quasi dicat: Cum fratres sitis, vnus alteri bene facere obligatur. Iniustum est ergo quod vnus alium lædit. Hoc & Christianis quibuslibet præsertim religiosis, & clericis inter se contendentibus est dicendum. ⌊Qui autem iniuriam faciebat proximo suo⌋ Hebræo ⌊repulit eum dicens. Quis te constituit principem aut iudicem super nos? Tanquam dicat. Cur quod ad te non spectat præsumis, atq; indebitam tibi authoritatem vsurpas? Ecce quam peruersus fuit hic homo, qui charitatiuam increpationem tam grauiter tulit, & pie arguentem redarguit impie, similis vtiq; Sodomitis, qui Loth eos leuiter increpanti locuti sunt. Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? ⌊Nunquid interficere tu me vis quemadmodum interfecisti heri Aegyptium?⌋ Huic prauissimo homini assimilantur qui secreta alicuius propalant ex passione, cum admonentur, reprehenduntur, seu iuste puniuntur ab eo. ⌊Fugit autem Moyses in verbo isto⌋ .i. audito hoc verbo & cognito ꝙd Pharao id ꝓcepisset, qui & voluit occidere Moysen. Fugit ⌊& factus aduena in terra Madiam⌋ habitans ibi cum Ietro sacerdote Madian vbi gñauit duos filios. s. Gersan, & Eliezer de Sephora filia Ietro. Et expletis annis quadraginta, a tempore fugæ præ-

exodi. 2.

exod. 2

exod. 2

exod. 2

exodi. 2

fatæ⌊ apparuit illi in deserto montis Sinai ⌋ quia in illa solitudine situs est mons Sinai . Cum enim minasset Moyses gregem quem pauit ad interiora deserti,& venisset ad montem dei Oreb (videlicet Sinai. Nam pes montis dicitur Oreb , summitas vero Sinai, & interdum vnum pro alio ponitur) apparuit ei ⌊angelus⌋ tamen in persona dei,& in eius persona loquēs ad Moysen. Iccirco in Exodo scribitur, quod dominus ei apparuit⌊ in igne flammæ rubi ⌋ quia de medio ignis quo rubus videbatur opertus, angelus Moysi loquebatur. Ideo quoque in igne apparuit, quia(vt diuinus Dionysius edocet) ignis maximam habet conuenientiam cum spiritalibus rebus . Vnde suo splendore ac simplicitate , angelicæ naturæ puritatem & sapientiā signat. Et rursus ob id in igne splendente non nocente nec comburente rubum apparuit, ad insinuandum q̄d filiꝫ Israel in igne tribulationis quem in Aegypto patiebantur purgarentur non consumerentur. ⌊ Moyses aūt videns ⌋ rubum igne opertum ⌊ admiratus est visum⌋ .i. rem visam cur .s. rubus igne non læderetur,q̄ faciliter inflammatur . ⌊ Et accedente illo vt consyderaret, facta est ad eum vox dñi⌋ p angelum loquentis, ⌊ dicens. Ego sum deus patrꝫ tuorꝫ, deus Abraham deus Isaac,& deus Iacob. Tremefactus aūt Moyses⌋ ex alocutione insolita, tubali, angelica,& ex p̄sentia maiestatis diuinæ. Tales enim visiones& alloquutiones maximam pariunt alterationem in mēte & corpore ⌊ nō audebat consyderare⌋ .i. rubum seu ignem illum aspicere, tanq̄ stupidus factus . Nam & tales alterationes primo impediunt vsum rationis, donec gratia confortetur, quēadmodum patet in Daniele. Propter q̄d Ezechieli dominus ait . Sta sup pedes tuos & loquar tecū. ⌊ Dixit aūt illi deus. Solue⌋ .i. exue & depone ⌊ calciamenta pedum tuorꝫ⌋ cuius ratio subditur ⌊ locus em in q̄ stas terra sancta est⌋ .i. sanctificata, seu ad aliquid sanctum deputata, ꝓpter, p̄sentiam dei seu angeli,& qa in loco isto aliqua sanctissima opa erant paulopost diuinitus peragenda, quando scilicet in monte Sina data

exodi.3

exod.3

exod.3

Danie.8.
exod.3

est lex. Et vsque in præsens est ibi locus cultus diuini & religiosorum cœnobiũ. Fuit autem vt dicitur antiqs & præsertim Hebræis consuetudo non ingredi loca sancta, nisi pedibus nudis, quod nuncusq; Saracæni ob seruare dicuntur. Insup dominus ait. ⌊ Videns vidi ⌋ oculo misericordiæ ⌊ afflictionem populi mei q est in Aegypto ⌋ q fuit populus dei non solum p creationem vt cæteri, sed & p electionem. Ista vero ingeminatio in loquendo qua dicitur. Videns vidi, consueta & frequens est in scripturis veteris testamenti ⌊ & gemitũ eorum audiui ⌋ .i. cognoui ⌊ & descendi liberare eos ⌋ Angelus aũt hæc proferens ỹe localiter q descendit. Deo autem cum incircumscriptibilis inuariabilisq cõsistat non competit localiter descendere nec moueri secundum se, sed ratione sui effectus hæc at q similia ei attribuuntur. Nam q̃uis vbique sit, ibi tamen specialiter esse dr, vbi specialiter opatur ⌊ Et nunc veni ⌋ mentali accessu, p obedientiam te mihi subdendo ⌊ mittam te in Aegyptum ⌋ ad educendum inde filios Israel. Hæc in Exodo plenius enarrantur. ⌊ Hunc Moysen quem negauerunt dicentes, quis te constituit principẽ aut iudicem super nos, ⌋ Supra iam dixit quod vnus eum negauit, nunc vero pluraliter ait, quem negauerunt, aut ergo nunc ponitur singularis numerus pro plurali, sicut frequenter fit in scripturis, aut vnus ille complices habuit & fautores, q idem cum ipso verbis signis seu factis dixerunt. ⌊ Hunc deus principem ⌋ Israeliticæ plebis ⌊ & redemptorem ⌋ eorum de seruitute Aegypti ⌊ misit cum manu ⌋ .i. potestate & cooperatione ⌊ angeli qui apparuit illi in rubo ⌋ Itaque angelus ille in omnibus affuit Moysi, & forte fuit Michael, q princeps extitit Synagogæ, vel alius angelus eius repsentans psonam. ⌊ Hic ⌋ Moyses ⌊ eduxit illos ⌋ videlicet filios Israel de Aegypto ⌊ faciens signa & prodigia in terra Aegypti, in mari rubro, & in deserto annis q̃draginta ⌋ q̃ in libro Exodi. Leuitico, & Numeroꝝ copiose cõ scripta sunt. ⌊ Hic est Moyses q dixit filiis Israel. Prophetã vobis suscitabit de fratribus vestris, tanq̃ me-

exodi. 3.

Exod. 16. Num. 32

ipsum audietis.⌋Hanc authoritatem supra capitulo.5. sanctus Petrus induxit. Estque ibidē exposita. ⌊Hic⌋ Moyses ⌊estqui fuit in ecclesia⌋,id est,collectione populi Israel deum colentis: Quamuis autem communiter ecclesia a Synagoga distinguatur, ita vt Christianorum collectio nuncupetur ecclesia, vicissim tamē etiam
3.Reg.8. Iudæorum congregatio appellatur ecclesia. Vt tertio Regum. Benedixit Salomon omni ecclesiæ Israel ⌊in solitudine⌋ quam perambulauerunt filij Israel.40.annis ⌊cum angelo qui loquebatur ei in monte Sinai⌋ tam ante eductionem Israel ex Aegypto, quam postea in legis latione ⌊& cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ⌋ id est,sacram scripturam ⌊dare nobis⌋ Vel verba vitæ, sunt legis præcepta. Per obseruantiā aūt verborum scripturæ ac præceptorum, vita gratiæ continuatur,& vita gloriæ obtinetur, iuxta illud Deuteronomij.8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore dei. ⌊Cui noluerunt obedire patres nostri⌋ pro maiori parte eorum ac temporis, nam pene omnes & frequenter rebelles fuerunt
Num.14. ⌊sed repulerunt eum⌋verba eius spernendo ⌊& auersi sunt cordibus suis⌋a deo & Moyse ⌊redeuntes⌋mente⌋in Aegyptum⌋iuxta illud in Numeris:Constituamus nobis ducem & reuertamur in Aegyptum ⌊dicētes ad Aaron.Fac nob deos qui præcedāt nos⌋Putabāt namq; in idolis aliquid eē vitale ac intellectuale, & tñ q̄ stultum fuit hoc ῥbum. Si enim Aaron eis nō suffecit pro duce,quomodo ipe potuit facere deos se ad ducēdū efficaciores? nunquid sua causa est effectus præstantior? ⌊Moysi cm̄ huic q̄ eduxit nos de terra Aegypti,nescimus quid factū est ei⌋.i.quid sibi cōtigerit. Hoc dicebāt q̄ñ Moyses insolitā ,moram fecit ī summitate mōtis Sinai cū angelo,q̄ñ q̄draginta dieb⁹ ieiunauit & legem suscepit. ⌊Et vitulū fecerūt ī illis dieb⁹⌋Nā ad importunā eor̄ instātiā & q̄si coactionē Aaron ,iecit aurum
Exod.32. in ignem,& ope furtiō egressa ē vituli similitudo ⌊& obtulerūt hostiā simulacro⌋sicut Exo.32.habet,Surgētes mane obtulerūt holocausta et victimas pacificas⌊&

lætabantur in operibus manuum suarum ⌋.i.in idolatrijs vel sacrilegijs & prefato simulachro ⌊ dicẽtes. Isti sunt dij tui Israel, q te eduxerũt de terra Aegypti ⌋ Vñ ꝑallegato fertur capit. Sedit popul⁹ me⁹ manducare & bibere, & surrexerunt ludere. ⌊ Cõuertit autem de⁹ ⌋ id est, in malum verti permisit, quemadmodum fertur in Psalmo. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius ⌊ & tradidit eos ⌋ permissiue ⌊ seruire miliciæ cæli ⌋ videlicet, stellis & duodecim signis atq; planetis, q̊d quarto Reg. potissime sub rege Manasse fecisse leguntur ⌊ sicut scriptũ est ⌋ de Iudæorum idolatria ⌊ in libro prophetarum ⌋ scilicet Amos quĩto, cuius liber ꝑtinet ad totalem librum duodecim prophetarum, de quo Stephanus loquitur. ⌊ Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi in deserto quadraginta annis dom⁹ Israel? ⌋ Circa hoc dicunt Hieronymus, Beda & glosa super Amos, quod ex eo tempore quo filij Israel adorauerunt vitulum aureum, vltra non obtulerunt hostias deo sed idolis. Et quæ deo obtulisse leguntur, non volũtate sed metu pœnarum ei obtulerunt, iccirco deus voluntatẽ magis quã opus aspiciens, non reputat illa sibi oblata. Alij dicũt q̊d imo vtiq; post id tẽp⁹ alq̃ deo deuote sacrificia obtulerunt, videlicet in dedicatiõe tabernaculi, & consecratione Aaron filiorumque eius: pauca tamen deo sacrificia (vt isti asserũt) obtulerunt, qa sup sacrificijs offerendis deus ꝑ Moysen dispẽsauit cum eis, sicut & de circumcisionis dilatione, propter incertũ motum nub. Et qa ꝙ modicum est, ꝑ nihilo computat, nunc dicũtur non obtulisse deo victimas infra tempus, quo in deserto fuerunt. De his opinionibus plenius dixi super Amos. ⌊ Et suscepistis tabernaculũ Moloch ⌋ .i. phanũ idoli nomine Moloch amplexati estis affectu, & illud idolũ coluistis, q̊d post ĩgressum terrę Chanaã fecisse legunt ⌊ & sydus dei vestri Rẽphã ⌋ .i. stellam matutinã puta luciferum coluistis pro deo, ita quod sydus nomine Rempham fuit a vobis deus reputatus. Sicque sydus dei vestri sumitur hic intransitiue, vt idem designent, sydus dei vestri, & sydus quod est deus vester.

1.Cor.10.

4.Reg.21.

Amos.5.

Hanc aũt stellam multi idolatraꝝ ob eius venustatem adorant, scd̃m Hieronymum ⌊ figuras quas fecistis adorare eas ⌋ .i. deoꝝ istoꝝ vestroꝝ imãgines suscepistis, quas vobis intentione adorandi eas fecistis ⌊ & trãsferam vos ⌋ per captiuitatem in vltionem tanti facinoris ⌊ trans Babylonem ⌋ q̊d fuit dum decem tribus ductæ sunt in terras Assyrioꝝ, & duæ in terrã Chaldęorum: q̃a ꝟo ad illas terras ducti sunt, ꝑ, seu circa Damascum & Syriam, cuius metropolis est Damascus: ideo Amos. 5. scribitur: Transmigrare vos faciam trans-Damascum. Itaq; Stepha. q̊ ad hoc sensum magis q̃ ꝟba allegat. Itaq; in his ꝟbis loqtur Steph. partim de idolatria in deserto commissa, & partim de ea q̃ facta est in terra ꝓmissionis. Consequenter sc̃tũs Steph. templum volens laudare, a tabernaculo Moysi sumit exordium. ⌊ Tabernaculum testimonij ⌋ q̊d Moyses ꝑ manus Beseel & Oliab fecit, in q̊ ꝟitatis testimonia & diuina suscepit oracula, in q̊ fuit archa testamenti, & ante cuius fores causæ sub testibus determinabantur, propter q̊d merito dictum est, tabernaculum testimonij ⌊ fuit cum patribus nostris in deserto. ⌋ Nam illud secum tulerunt post q̃ completum fuit & dedicatũ sicut disposuit illis deus, iubens vt inter eos maneret ⌊ loquens ad Moysen vt faceret illud ⌋ .i. fieri iuberet ⌊ secundum formam q̃ viderat ⌋ in monte Sinai iuxta id Exodi. Inspice & fac scd̃m exemplar q̊d tibi in monte
Exod. 25 monstratum est ⌊ Qd̃ induxerunt suscipientes patres nostri ⌋ .i. tabernaculũ istud secum sumentes ⌊ cum Iesu ⌋ videlicet Iosue, qui dictus est Ozee, Iosue, & Iesus ⌊ in possessionem gentium ⌋ .i. in terram Chananæoꝝ ⌊ quas expulit deus ⌋ ꝑ occisionem & fugam ⌊ a facie patꝝ nostroꝝ ⌋ tempore Iosue ⌊ vsq; in dieb⁹ Dauid ⌋ mansit & fuit tabernaculum istud in terra p̃fata. Dauid vero transtulit archã in ciuitatem Hierusalem. Ad tempus tamẽ fuit archa in terra Philistijm, sed hoc bre
2. Reg. 6. ue fuit ⌊ qui ĩueuit gratiam ante deum ⌋ quia deo acceptus fuit beatissimus Dauid ⌊ & petijt vt inueniret tabernaculum deo Iacob ⌋ id est, deo Israel templum

constituere posset in quo archa dei poneretur, vt patet secundo Regum. Vnde quod ait inueniret, intelli 2.Reg.7
gi potest inueniri faceret, vel licentiam ædificandi iue
niret. Salomon autem ædificauit illi domum. id est,
templum, a cuius ædificatione fuit Dauid a deo prohi
bitus, quoniam multum effuderat sanguinem. sed nō
excelsus in manufactis habitat. id est, deus sublimis in
ædificijs manufactis aut corporalibus nō habitat, per
aliquam circumscriptionem seu continentiam corpo-
ralem, cum sit spiritus simplicissimus, & immensus, ha
bitat tamen ibi per misericordiæ suæ operationem, &
suæ potentiæ ostensionem, In ecclesijs vero materiali-
bus Christus quantum ad naturam assumptam verací
ter continetur. sicut per prophetam dicit. i. Esaiam
. Cælum mihi sedes est, terra aūt scabellum pedū meo Esai.66.
rum. i. adeo magnus sum imo immensus, vt hac me-
taphorica locutione id manifestem me nullo loco con
cludi. Quam domum ædificabitis mihi . i. nullam
dignam habitationem corporalem meæ maiestatis cō
tentiuam per circumscriptionem, mihi parare valetis
aut quis locus requietionis meæ est? . i. in nulla re
extra me contineor quiesco, & circumscribor. Et si in
alijs quiescere dicitur deus, hoc est per effectum, ipe ve
ro in seipso quiescit, quia ipse sibi est finis, nulliusq; e- 2.Par.2.
get, & in seipso plene beatus est. Hoc & Salomon tem-
plo suo constructo professus est, dicens. Si cęlum (inqt)
& cæli cælorum te capere nequeunt, q̄to magis dom⁹
hæc quam ædificaui? Nonne manus . i. omnipoten
tia mea fecit hæc omnia? Ideo omnibus extat subli
mior, nec indiget loco, sicut nec ante omnium creatio
nem. Et nunc est vbi & tunc, quemadmodum tunc, v-
bi & nunc, nec in se aliquo modo est variata, sed p̄dica
tionum diuersitas est ex parte effectuum. Consequen-
ter zelo æquitatis inuehitur contra iniquos, & legem Deut.9
fuisse diuinitus datam fatetur. Dura ceruice. i. men
te indurata, sicut & Moyses in Deuteronomio ait. Du-
rissimæ ceruicis es populus. Et rursus: Ego scio con-
tentiōem tuam, & ceruicem tuā durissimā & incirc-

cisi corde ⌊a vicijs, ita quod vicijs pleni estis⌋ ⌊& auri bus⌋ a verbis perfidiæ. Propter quod Hieremias iquit Omnes gentes habent præputium, omnis autem do-
Hiere. 9. mus Israel incircuncisi sunt corde. Itemque Hieremias
Hiere. 4. Circuncidamini, & auferte præputia cordium vestrorum ⌊vos semper restitistis spiritui sancto⌋ eius instinctum non prosequendo, & verbis sanctorum ab ipso vnctorum contradicendo ⌊sicut & patres vestri⌋ quorum non solum carnis propagatione, sed & prauitatis imitatione filij estis. ⌊Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? ⌋quasi dicat omnes, vel pene omnes sunt persecuti. ⌊Et occiderunt eos qui præ nunciauerunt de aduentu iusti⌋ videlicet Christi, qui per excellentiam iustus vocatur, quippe in quo nulla vnquam iniusticia fuit, quia peccatum non fecit, nec
1. Petr. 2. inuentus est dolus in ore eius. Essentialiter q̃q; iustus fonsque iusticiæ, secundum diuinam extat naturam. Omne autem peccatum iniustica quædam est, secundum quod iniusticia opponitur iusticiæ, quæ est virtus communis, & omnis virtus. Non tamen vniuersos prophetas interfecerunt, sed quosdam, vt Esaiam Ezechielem, Hieremiam, Amos, Zachariam filium Barachiæ seu Ioiadæ ⌊cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis⌋ quia cum traditore eius fraudulenter de eius morte turpissima tractastis & per manus militum fecistis crucifigi eundem. O quanta fuit huius sancti viri constantia, quanta fidei fortitudo, quantus ardor amoris, quanta promptitudo ad moriendum pro Christo, quamtus zelus iusticiæ, quanta securitas atque tranquillitas mentis. Sed in his omnibus glorificetur artifex summus paracletus spiritus sanctus ⌊q accepistis⌋ per Moysen ⌊legem⌋ datam in Sinai ⌊in dispositione angelorum⌋, i. per eorum obsequiumdeo principaliter conferente ⌊& non custodistis⌋ eam. Ex hoc elicitur quod in datione legis plures angeli visi & obsecuti sunt, q̃uis de vno tanquam de principali faciat Moyses mentionem. Vnde ad Galatas ait Apostolus. Lex ordinata est per angelos in manu mediatoris.
Galat. 3.

⌊Audientes autem hæc⌋ verba iuſtę increpationis,& rationabilis excuſationis, victorioſæque informationis ⌊diſſecabantur cordibus ſuis.⌋.i. variis modis ſecabantur,& intra ſe quaſi diuidebantur ac rumpebantur, quemadmodum mala olla in igne poſita crepit & exilit,quia ſuperbi, impatientes, & incorrigibiles erant. Quorum peruerſitatem atque inſaniam multi ſequuntur,qui dura ceruice arguentem corripiunt, & q̃ rationabilius conuincuntur, eo plus iraſcuntur & indignantur⌊& ſtridebant dentibus in eum⌋ ita quod inſtar rabidi canis mentis furorem forinſecus oſtendebant.⌊Cum autem eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto⌋ in cuius donis & ſancto feruore in toto iſto conflictu mirabiliter creuit & gratiæ plenitudo in martyrio(quod eſt actus charitatis)ſpecialiter augmentatur ⌊intendens in cælum⌋ oculis mentis & corporis tanquam ad deſyderatiſſimam patriam quam fuit mox ingreſſurus⌊vidit gloriam dei⌋ita quod beatitudinem & mercedem ſibi paratam deus ſibi oſtendit præguſtareque fecit⌊& Ieſum ſtantem a dextris virtutis dei⌋ Verba iſta penſando, videor mihi audire tonitruum. Quis enim huius beatiſſimi martyris excellentiam digne miretur,quis huius viſionis magnificæ exprimat qualitatem, quis demum in hac re diuinæ maieſtatis pietatem ſatis collaudet.Itaque vidit gloriam dei.i.deum glorioſum,ſeu fœlicitatem,maieſtatem& excellentiam eius.Sed quomodo vidit?Per fidem an per ſpeciem?Et dicunt nonnulli quod pro morula illa vidit deum per ſpeciem ſeu diuinam eſſentiam clare ,ſicut beati in patria.Quemadmodum datum eſt Moyſi & Paulo videre deum per ſpeciem in hac vita, ſecundum Auguſtinum.Verum contra hoc alii ſatis apparenter obiiciunt,quod deus ait ad Moyſen. Non videbit me homo & viuet.Circa quod dicunt doctores communiter, Exod.33. quod nullus in vita præſenti viuens vita humana,vtpote ſenſibus vtens corporeis, poſſit videre deum per ſpeciem,ſed ab omnium organicarum virium operatione & vſu ſuſpendit.Steph.autem hæc videns ſenſibus

actualiter vtebatur loquens Iudæis. Hinc alij dicunt, quod gloriam dei vidit visione imaginaria, quemadmodum Esaias. Ezechiel, & Micheas. Ioannes quoque in Apocalypsi, & Daniel. In quorum omnium imaginaria virtute fuit per angelum effigies quædam formata, diuinæ maiestatis repræsentatiua. Cæteri dicunt, quod effigies huiusmodi corporalibus oculis sancti Stephani fuit obiecta, sicut Ioannes baptista vidit spiritum sanctum in forma columbæ. Diuina autē virtute potuit tale quid extra formari, & in cælo consistens visum Stephani immutare. Sed quoniam iuxta sancti & diuini Dionysij documenta, visio dei anagogica extat sublimior quam symbolica. Imaginaria autē visio ad symbolicam pertinet. Potius reor quod visio Stephani fuit anagogica, pura, & intellectualis sine admixtione fantasmatum, quomodo etiam sanctus Dauid diuinas habuit visiones, secundum doctores. Visio quoque Stephani medio modo se habuit, inter visionē viæ per fidem, & patriæ per speciem, eratq; per splendidissimam quandam irradiationem increatæ æternæ lucis in superiori parte animæ eius, imo in apice intellectus: sicut in contemplatione mysticæ Theologiæ seu vnitiuæ sapientiæ fieri solet. Insuper qualiter Iesum in forma humana vidit. Dicunt quidam, quod visus Stephani diuina potentia sic fuit confortatus, vt ęd sua acie cælos penetrans vidit Iesum in cælo empyreo. Sed cum visio fiat intus suscipiendo, magis quam extra mittendo, alij astruunt quod corpus Christi visum Stephani immutauit. In potestate etenim Christi est vt corpus suum faciat videri alonge sicut de prope, Imo cum corpus glorificatum plene subiectum sit animæ suæ, in potestate animæ gloriosæ est, vt ad libitum eius corpus suum aliorum visum immuttet, vel non immutet. Visus est autem Iesus stare a dextris virtutis dei, qui est sua virtus ac fortitudo, seu omnipotentia. Et quia sedere est regnantis ac imperantis, stare autem pugnantis & adiuuantis, Marcus euangelista

Mar. 16 scribit Christum a dextris dei sedentem, & Stephanus

vidit hunc stantem. Nam Iesus pro milite suo pugnauit eumq; adiuuit. ⌊ Et ait: Ecce video cælos apertos ⌋ Hoc intelligendum est eo mõ q̃ in Christi baptismo cæli leguntur apti, non vtiq; qꝝ incorruptibilia illa corpora sint fracta siue diuisa, sed qm̃ intuentis oculum ab aspectu habitantis in cælo non impediebant, & forsitan sancto Stephano aperti apparuerunt, ob lucis cuiusdam corporeæ emicationem, desup a corpore Christi radiantem, sicut in magnis coruscationibus cæli aperiri videntur ⌊ & filium hominis stantem a dextris virtutis dei ⌋ in quo omnium martyrum animata & roborata sunt corda, omniumq; fidelium fortificata ẽ fides non parum. ⌊ Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas ⌋ ne verba sua æstimatione blasphema audirẽt, zelum dei se habere simulantes, eiusq; iniuriam quasi perpeti non valentes, sed ipsi tanquam filij falsitatis obstruxerunt eas veritati tam sublimi ac sanctæ ⌊ & impetum fecerunt vnanimiter in eum ⌋ .i. pari malicia. Non enim ex charitate, sed ex infidelitate vnanimitas illa, pcessit. ⌊ Et eiscientes cũ extra ciuitatem lapidabant ⌋ in q̃ se legem seruare putabant, secundum q̃ blasphemi lapidandi erant extra castra. ⌊ Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis q vocabatur Saulus ⌋ Isti fuerunt testes mendosi, q Stephanum de blasphemia accusauerũt & primi contra eum lapides iactauerunt. Nam p Moysen dñs iussit, vt manus testium prima esset super eum q fuerat lapidandus. Denicq; vestes suas exuerunt ne tactu illius ingnarentur, & item, vt expeditiores essent ad fortiter, pisciendum, atq; celeriter occidendũ. Adolescens vero hic, postea dictus est Paulus, q alior̃ vestes custodiens, quasi oim manibus lapidabat. ⌊ Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentẽ. Dñe Iesu suscipe spiritũ meũ ⌋ Sic & Chs̃ dicebat. P̃r in manꝰ tuas cõmendo spm̃ meũ. ⌊ Positis aũt ⌋ .i. flexis ⌊ genibꝰ clamauit voce magna ⌋ ga ex magno & intimo charitatis affectu, & ex cõpassione errantiũ ⌊ d. Dñe ne statuas ⌋ .i. ignosce ⌊ illis hoc peccatũ. ⌋ Ecce pro se stans,

Leu. 24

Deut. 17

Luc. 23.

pro intrefectoribus ſuis,& interfectoribus tam crudeli bus genua flectens orauit. In quo mira ipſius pacientia & pfecta charitas declaratur,& q̃d ſupiora verba,non ex aliqua inordinata auerſione,ſed ex zelo iuſticię atq; amoris magnitudine protulit. Secutus eſt autem Ste-
Mat.5. phanus documenta & opera Chriſti tam ſublimiter q̃ conformiter implens quod docuit Chriſtus. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vobis,& ſequens q̃d
Luc.23. egit in cruce, pater inquiens ignoſce illis.Sed nunquid tam ſanctiſſima oratio Stephani poterat eſſe infructuoſa? Nequaquam. Imo eius virtute Paulus creditur illuſtratus.⌊ Et cũ hoc dixiſſet obdormiuit in domino⌋ Nam de corporis occiſione,perrexit ad quietem dulciſſimam patriæ,& feliciter prorſus obdormiuit in domino,qui eum in ſuæ im mẽſæ claritatis aſſumpſit,demerſit,abſorbuitq; abyſſum ⌊Saul⁹ aũt erat cõſentiens neci illius⌋ tanquam perſecutor eccleſiæ,iccico pticeps culpæ,ſecundum quod ipe poſtea docuit, quia morte dig
[Rom.1. ni ſunt, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

¶Explanatio capituli octaui. Facta eſt autem.

Articulus octauus.

FActa eſt autem in illa die ⌋qua lapidatus eſt Stephanus ⌊ perſecutio magna in eccleſia quæ erat Hieroſolymis.⌋Stephano namq; qui poſt Apſos fuit vnus de primis in fratribus tanquam blaſphemo extincto ſuccenſus eſtfuror perfidorum Iudæorum cõtra conuerſos ex iudaiſmo,cœperuntq; pſeq eos atrociter⌊ & oẽs ⌋diſcipuli, vel pene omnes ſeu notabiliores & famoſiores ⌊ diſperſi ſunt⌋egredi:ndo Hieruſalem, ⌊per regiones Iudęæ⌋ ſcilic:t,duarum tribuum ⌊& Samarię⌋ id eſt,decem tribuũ⌊ præter Apoſtolos⌋ qui tãquam dominici gregis arietes fuerunt conſtantiores,imo in hoc Chriſti doctrinam ſunt imitati

dicentis. Cum persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Denique dispersio ista occasio fuit salutis multorum, dilatationisque fidei inter eos ad quos peruenerunt dispersi, ꝓpter quod Beda fatetur. Dei nutu id gerebatur vt tribulationis occasio, fieret euãgelij seminarium. Constat quoque quod ab exordio primitiuæ ecclesiæ fides persecutionibus non est minorata, sed aucta, deo fidei veritatẽ tuẽte, monstrante & glorificante, alias milies fuisset extincta. ⌊ Curauerunt ⌋ id est, cum diligentia & cura sepelierunt ⌊ autem Stephanum viri timorati ⌋ qui fuerunt ex Iudaismo conuersi, filialem habentes timorem ad deum, & coram eo solicite & cum metu & reuerentia ambulantes, quos imitari debemus, inter q̊s Gamaliel fertur fuisse. Vnde patescit quod non penitus oẽs Christiani a Hierusalem tunc fugerunt præter apostolos ⌊ & fecerũt planctum magnum super eum ⌋ non propter damnum occisi, (imo triumpho & glorificationi eius congratulati noscuntur) sed ex desyderio martyrizati, tam dulcis & optimi fr̃is desyderantes habere præsentiam, maxime quando primitiua ecclesia adhuc erat tam parua. Fuit quoque consuetudo Iudæis, defunctos suos præsertim spectabiles vehementer deplangere. Circa hunc locum Scholastica habet historia. Tunc apostoli videntes, quod ad gẽtes essent postmodum transituri, ordinauerunt Iacobum Alphæi filium episcopum Hierosolymorum, & imposuerunt ei manus Petrus, Iacobus & Ioannes. Ideo non a paucioribus quam a tribus episcopis, episcopus hodie consecratur. ⌊ Saulus autem deuastabat ecclesiam ⌋ id est, Christianos persequebatur ⌊ per domos ⌋ eorum ⌊ intrans ⌋ ad q̃rendum eos ⌊ viros ac mulieres ⌋ fideles ⌊ trahens, tradebat in custodiam ⌋ id est, in carcerem. In quo crudelitas eius ostenditur, quod nec ætati pepercit nec sexui. Verũ ignorãs in incrudelitate fecit, paternarum suarum traditionum abundantius æmulator existens. ⌊ Igitur qui dispersi erant pertransibãt ⌋ per loca Iudęæ atque Samariæ ⌊ euangelizantes ⌋ .i. p̃dicantes ⌊ verbum dei. ⌋ Consequenter sanctus Lucas

Gala. i.

describit secundi diaconi inter septem prædicationem & opera. ⌊Philippus autem⌋ qui supra legitur statim post Stephanum in diaconatum electus ⌊descendens in ciuitatem Samariæ⌋ Samaria nunc accipitur nõ pro tota regione decem tribuum, sed pro ciuitate eius metropoli ⌊prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ⌋ habitantes Samariam ⌊his quæ a Philippo dicebantur vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat.⌋ Ex hoc loco & item ex his quæ Ioannis quarto leguntur, monstratur quod Samaritani hi, ꝑmpti fuerunt ad suscipiendam euangelicæ legis doctrinam. Nam ibi habetur quemadmodum rogauerũt Christum, vt apud eos maneret, & quod multi eorum crediderunt in ipsum, dicentes, quia hic est vere saluator mundi. ⌊Multi enim eorum qui habebant spiritꝰ immundos⌋ puta obsessi ⌊clamãtes voce magna exibãt⌋ ab obsessis, diaboli inuite Christi potestate compulsi. ⌊Multi autem paralytici & claudi curati sunt⌋ a Philippo. ⌊Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate⌋ quia de sua illuminatione, conuersione, infirmorum curatione, cæterisque dei beneficijs magnifice sunt gauisi. ⌊Vir autem quidam nomine Simon, q̃ ante fuerat in ciuitate⌋ Samariæ ⌊seducens gentem Samariæ dicens se esse aliquem magnum⌋ scilicet aut vatem, seu filium dei, vel Christum ⌊cui auscultabãt omnes a minimo⌋ ratione vtente ⌊vsq; ad maximum dicentes. Hic est virtus dei quæ dicitur magna.⌋ Nam propter mira quæ arte magica fecit, putabant q̃d esset filius dei, & virtus eiꝰ, quemadmodum de Christo ait apostolus

1. Cor. 1. Prædicamus Christum dei virtutẽ & dei sapientiam, imo vt scribit Hieronymus Simon hic in tãtam prorupit superbiã vt diceret. Ego sum sermo dei, ego virtus dei, ego omnipotens. ⌊Attendebant autem cum propter quod multo tempore magicis suis demẽtasset⌋ id est, mentis recto iudicio priuasset ⌊eos⌋ vt falsa pro veris susciperent. ⌊Cum autem credidissent Philippo⌋ qui ante crediderant Simoni ⌊& in nomine Iesu Christi baptizarentur viri ac mulieres, tunc Si

mon & ipse credidit. ⌋ Aliqui dicunt q̊d ad tp̄s ꝟe credidit, sed post ad vomitum redijt. In Scholastica vero historia fertur, quod ficte credidit & ficte baptisma suscepit, vt Philippo familiariter adhærendo ab ipso disceret artem talia signa agendi, qualia fecit Philippus Vnde Beda hic ait. Vel beati Philippi verbis & virtute deuictus veraciter domino credidit, vel (quod magis credibile est) credere se quousque baptisma susciperet similauit, vt quoniam laudis erat auidissimus, ita vt Christum se credi velit (vt narrant historiæ) artes ab eo quibus miracula faceret disceret. Quod etiam suasores eius fecerunt, qui authoris sui malignis artibus instituti, ecclesiam qualibet arte ingredi & baptisma furari soliti erant. ⌊ Et cum baptizatus esset adhærebat Philippo ⌋ modo prædicto. Est autem consuetudo scripturæ rem gestam narrare eo modo, quocum fieret, ab omnibus fieri putabatur, vt ait Hieronymus. ⌊ Videns etiam signa & virtutes maximas ⌋ id est, præclara valde miracula ⌊ fieri ⌋ per Philippum, qualia ipse nunquam facere quiuit ⌊ stupēs admirabatur ⌋ maiora fieri vere, quam ipse fecerat ficte. ⌊ Cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum dei ⌋ hoc enim (vt dicitur) Philippus iste eis insinuauit, rogans vt quidam eorum venirent Samariam ad imponendum manum baptizatis, quatenus in signo visibili reciperent spiritum sanctum Nam manus imponere baptizatis fuit offictum apostolorum, sicut & nūc ep̄oꝝ, qui sunt successores illorum. Ex quibus constat, q̊d Philippus iste non fuit apostolus ⌊ miserunt ad eos Petrum & Ioannem. ⌋ Si alij apostoli miserunt hos duos principales apostolos, cur Arrius finxit vnigenitum dei filium, patre esse minorem, quia a patre est missus. ⌊ Qui cum venissent, orauerunt ꝓ ipsis vt acciperent .ss. ⌋ cum signo sensibili, vt cum dono linguarum. ⌊ Nondum enim in quenq̄ illoꝝ venerat ⌋ cum signo visibili, inuisibiliter tñ venit in eos, qa in baptismo receperunt remissionē & gratiā iustificantem, sicut nunc baptizati recipiunt ⌊ sed bap

tizati tantum erant in nomine domini Iesu. ⌊Quod ait, tantum, refertur ad nomen, baptizati, vt sit sensus, ꝙ sic erant baptizati, quod nondum cum signo sensibili spiritum sanctum erant sortiti .i. cum signo sensibiliter demonstrante spiritus sancti infusionem. Quare autem & quo sensu in primitiua ecclesia fiebat baptismus in nomine Iesu Christi, dictum est secundo capitulo. ⌊Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum⌋ cum signo visibili sicut nunc dictū est, & cum plenitudine gratiæ amplioris, secundumq̄d maius aut minus, ad hoc per mentis deuotionem se disposuerunt. ⌊Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus⌋ cum huiusmodi signo visibili⌊ obtulit eis⌋ videlicet Petro & Ioanni⌊ pecuniam dicens. ⌊Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunq; imposuero manus accipiat spiritum sanctum.⌋ In hoc multipliciter Simon peccauit. Nam & cupiditate lucri voluit hanc potestatem mercari, quatenus impie emptam potestatem, alij quoque venundaret, & propter lucrum, manus imponeret Item quod pro temporali, spiritale bonum emere affectauit. Hinc a Simone isto Simoniaci nominantur, qui pro temporali spiritale emunt & vendunt. Qui venditores, etiam dici possunt Giezitæ, a Giezi ministro Helizei, qui a Naaman Syro sumpsit pecuniam pro beneficio curationis a lepra. 4.Reg.5. ⌊Petrus autem dixit ad eum⌋ zelo iusticiæ, & vt futuris obuiaret periculis. ⌊Pecunia tua tecum sit in pditiōem⌋ id est, eam nolo, sed iustum est te cum ea perire. Porro sancti viri cum maledictionis sententiam proferunt, non affectu vltionis sed æquitatis id agunt⌊ quoniam donum dei⌋ spirituale, quod in baptismo confertur ⌊existimasti pecunia possideri⌋ quasi esset tam vile, vt corporalibus compararetur. Hinc ait Saluator. Gratis accepistis, gratis date⌊. Mat.10 Non est tibi pars, neque sors⌋ .i. salubris euentus ⌊in sermone isto⌋ vt scilicet ad manuum tuarum impositionem detur spiritus sanctus. Vel in sermone isto .i. in potestate hac dandi spiritum sanctum. ⌊Cor cū

tnũ nõ est rectum corã deo ⌋ sed puersum & cupidum quod deo reuelante Petrus cognouit, & ex opere Simonis id pensauit, ⌊ Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua & roga deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui ⌋ quia cog itasti cũ cõsensu, pecuniã sic offerre. Quod ait Petr⁹, si fortenẽ ideo ait, qa pctm̃ Simonis fuit irremissibile, vl' quia pœnitere non potuit sed ad niunẽdum, quod grauissimum fuit. Vel vt aliq dicunt, quia in spiritu vidit Simonem pœnitentiam nõ acturum. Admonuit tamen eum ad hoc, sicut sui officij fuit. ⌊ In felle enim ama ritudinis ⌋ id est, obliqua atq; nequissima intentione ad gehẽnalem amaritudinem deducente ⌊ & obligatione peccati ⌋ id est, reatu damnationis seu prauitate ad inferos obligante ⌊ video ⌋. 1. consydero ⌊ te esse ⌋. Hinc spiritus sanctus in specie columbæ descendit, vt eos qui se accipere volunt, simplices & suaues esse debere doceret. Nempe qui fel amari ritudinis in corde reseruat, quantumlibet baptizatus sit, non est iniquitatis suæ vinculis absolutus, sed quasi ad punctum hora baptizandi purgatus, mox acriore dæmone septempliciter est oppressus. Frustra igitur spiritus sancti gratiam tentat acquirere, qui sese mente coruina non curat exuere. Hinc scriptum est, Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Et ad Hebræos. Paulus. Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. ⌊ Respondens autem Simon, dixit. precamini vos, ꝑ me ad dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis ⌋ id est, ne peccata hæc mihi ad damnationẽ imputentur. Interdum impij verba humilitatem prætendẽtia, mente proferunt viciosa, & pro se orari ac sibi ignosci precantur non dei amore aut zelo iusticiæ, sed timore pœnarum. Est enim qui nequiter se humiliat & ĩteriora ei⁹ plena sunt dolo. Sic Achã dixit ad Esaiã. Non tenta bo dominum. Et Antiochus se Iudæum futurum spopondit. ⌊ Et illi qui dem ⌋ videlicet, Petrus & Ioannes ⌊ testificati ⌋ id est, verbis & miraculis verũ esse testati ⌊ & loquuti verbum dei, redibãt Hierosoly-

Lucæ. 3
Ioan. 1.
Eccle. 18
Hebr. 13.
Eccle. 19.
Esa. 71.
2. Mach. 9.

mã, & multis ciuitatibus Samoritanoꝝ ẽuãgelizabãt prædicando in vrbibus per quas reuertebantur. ¶ Angelus autem domini loquutus est ad Philippum ⌋ diaconum ⌊ dicens ⌋ An apparitio ista atque loquutio fuerit intus an foris exhibita, certum non reor. ⌊ Surge, & vade contra meriadianum ⌋ id est, versus plagam
Sopho.2. australem ⌊ ad viam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam hæc ⌋ scilicet Gaza de qua loquor ⌊ est deserta ⌋ id est, destructa. Hoc dicitur ad differentiam alterius Gazæ, quæ fuit alio loco post prioris Gazæ destructionem ædificata in terra Philistiim ⌊ Et surgens abiit ⌋ prompte obediens, nec causam iussionis inquirens. Quo informamur, vt subditi superioribus sine superflua inquisitione statim obediant, imo olim sancti subditi patribus suis, etiam in his quæ vel irrationabilia, vel inutilia videbantur, obedierunt celeriter. ⌊ Et ecce vir Aetiops eunuchus potens Candacis reginæ Aethiopum ⌋ Merito homo iste vir vocatur, ab animi vigore & virtute, qui tam studiosus in diuinis fuit codicibus, tantumque religionis diuinæ amorẽ possedit, vt aula regali deaurata relicta, a finibus terrę ad templum Hierusalem properaret. Eunuchus quoque vocatur, vel quia castratus vel ob probitatem morum & castitatem, quemadmodũ ait Saluator. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum dei. Fuit au-
Mat.19 tem custos thesaurorum reginæ Aethiopum, & (vt in Scholastica fertur historia) consuetudo fuit eunuchorum, custodire thesauros potentum. Beda q̊q; affirmat, q̊d moris fuit huic Aetiopũ nationi, a fœminis gubernari, easque Candaces vocari. Ex his patet intellectus eius quod subditur ⌊ q erat super omnes gazas eius ⌋ id est, thesauros ⌊ venerat ⌋ in curru ⌊ adorare in Hierusalem ⌋. Erat enim vnius veri dei cultor, & ad Iudaismum videtur fuisse conuersus, quia vt subditur ⌊ Legit Esaiam prophetam ; ⌋ vnde perpenditur, quod & alios libros legis ac prophetaꝝ habuerit. Iudæi autem per mundum dispersi, quosdam gentilium hinc inde conuerterunt, qui certis temporibus venerunt ad templum Hierusalem adorare deum, quẽad-

modum etiam in Iohãne legitur, quod quidã gẽtilium venerunt ad diem festum. Et secundo Machabęorum narratur, quod templum Hierusalem fuit per totum orbem venerabile & famosum. ⌊ Et reuertebatur ⌋ de tẽplo ad propria ⌊ sedens super currum suum, legens q̃ Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo ⌋ hoc de locutione interna accipit Beda. Potestque per spiritum hoc loco intelligi angelus, qui paulo ante loquutus fuit Philippo, & item spiritus sanctus, cuius instinctu agebatur Philippus. ⌊ Accede & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit. Putas ne intelligis quæ legis? Et dixit. Quomodo possum, nisi aliquis ostenderit mihi? ⌋ Quæritur qua lingua loquebantur isti ad inuicem. Et de Philippo non dubium est, quin donum linguarum acceperit sicut apostoli. Iccirco potuit effari eunuchum in lingua illius De eunucho autem incertum est, an sciuit linguam Hebręam, & an textus Esaiæ quem legit fuit verbis Hebraicis scriptus an Græcis. Nam eo tempore translatio septuaginta fuit famosa. Solent autem officiales regum & reginarum diuersas discere linguas. ⌊ Rogauitque Philippum vt ascenderet & sederet secum. ⌋ Ex apparatu nempe Philippi consyderauit quod vir esset religiosus. ⌊ Locus autem scripturæ quam legebat erat. Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente est sine voce, sic non aperuit os suum ⌋ Ista ad literam de Christo in Esaia scripta sunt. Christus enim cum mansuetudine summa, mititate & taciturnitate ad locum luit supplicij, quam uis pauciſſima quædãverba in via ad mulieres protulerit. Ipse est agnus de quo dixit præcursor. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi, qui per Hieremiam profitetur. Ego quasi agnus innocens qui portatur ad victimam. Atque in Psalmo: Quasi lugens & contristatus sic humiliabar. ⌊ In humilitate iudiciũ ei⁹ sublatũ est ⌋ i. Christus ob humilitatẽ, pauptatẽ et abiectionem q̃p nob accepit, cõtẽptus est & iniuste dijudicatus, seu

Esaiæ. 53

Ioannis. I.

Hier. 11.

Psalm. 34.

iusto iudicio spoliatus. Allegat autem Lucas scripturam hanc secundum translationem .70. Nostra vero translatio habet sic. De angustia & de iudicio sublatus est, id est, de anxietate, pœnaque mortis, & de iudicio quo ab impijs adiudicatus est morti, vel de iudicio, quo cæteri sancti detinebantur in lymbo liberatus est Christus a morte resurgens, & victor ascẽdens ad patrem. ⌊ generationem eius quis enarrabit? ⌋ quasi dicat, perfecte enarrari & comprehendi nequit. Quod de generatione Christi æterna atque diuina certissimum est. Incarnationis quoque mysterium incomprehensibile extat, nec effari quis potest plenarie, quo modo inuariabilis æternusque deus de nouo fit ex virgine natus, Quomodo diuina & humana natura in Christo hypostatice sunt vnitæ, qualiter clauso prodijt vtero. Insuper generatio Christi, spiritalis, videlicet multiplicatio fidelium per baptismi regenerationem, a c fidei susceptionem, mira est nimis. Maximum namque miraculum est conuersio mundi ad tam arduam legem, & incomprehensibilem fidem, & quod illum mundus pro deo vero adorat, qui tam turpissima morte occisus est. Hinc sequitur. ⌊ quoniam tolletur de terra vita eius ⌋ id est, ipse occidetur, & de hominum in terra viuentium consortio auferetur. Nõ casu, sed spiritus sancti dispositione hunc passum Esaię legit eunuchus, vt hac occasione conuenientius atque facilius induceretur ad fidem. ⌊ Respondens autem eunuchus Philppo, dixit. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se an de alio aliquo? ⌋ Magna fuit studiositas huius gentilis, & eius diligẽtia nostram cõfundit pigritiam, qua sacras scripturas negligimus discere. ⌊ Aperiens autem Philippus os suum ⌋ tamquã ordinate & de magno mysterio loquuturus ⌊ & incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi Iesum ⌋ quid de eo esset credendum. ⌊ Et dum irent per viam ⌋ nõ pedestres, quia in curru sedebant, sed ibant per viam, quia vehiculo illo processerunt in via ⌊ venerunt ad q̃n dã aquã Et ait eunuchus. Quis me prohibet baptizari? ⌋

.q.d.rõnabile impedimẽtũ nõ occurrit. [Dixit aut ẽ ei Philippus. Si credis ex toto corde] .i. intellectũ tuũ totaliter subiicis fidei,& nulla tibi ineſt dubitatio de fi dei veritate [licet] te baptizari. Hinc adulti dum bap tizandi ſunt fidem ſuam profitentur,pro infantib⁹ aũt reſpondent leuãtes de fonte [Et reſpondens ait. Cre do dei filium eſſe Ieſum. Et iuſſit ſtare currum. Et deſ cenderunt vterque in aquam,& baptizauit eum.] Eu nuchus vtique magnam ſecum familiam habuit,nec tñ coram illis ſe nudare, ac lauari erubuit, dum corã deo de propriis verecundabatur peccatis. Quo confundunt qui hominum magis quam dei reuerentur, aut veren tur aſpectum. [Cum autem aſcendiſſet de aqua, ſpirit⁹ domini rapuit Philippum] id eſt, de loco illo ad aliũ ſubito mirabiliter tranſtulit. Et per ſpiritum domini, Hieronymus angelum dei intelligit. Eſtque ſimile q̃d in Daniele de Abacuk ſcribitur,qualiter angelus de Iu dæa in Babylonem tulerit eum pilo capitis ſui. Quidã vero per ſpiritum domini, ſpiritũ ſanctum accipiunt, ſed primum eſt melius, per ſubiectam quippe creaturã fecit hoc omnipotentia ſpiritus ſancti [& amplius nõ vidit eum Eunuchus.] repente enim & celerrimo motu diſparuit. Denique totum hoc ad confirmationẽ fidei in eunucho peractum eſt, vt per tam mirabilem raptũ ſciret eunuchus, quod diuino nutu Philippus ad ipſum deuenerit, eſtque credibile, quod Philippus dixit eunu cho iam credenti, quomodo angelo imperante veniſſet [Ibat autem per viam ſuam gaudens.] id eſt, eunu chus cum ingenti receſſit lętitia, quod tantam circa ſe prouidentiam dei, pietatem & gratiam eſſet expertus, Nec dubium quin ſpiritus ſanctus ſingulari conſolati one,perfectione,& gratia,cor eius impleuerit. Et forte reuerſus ad propria, quoſdam ſuæ gratiæ fecit partici pes eos conuertendo ad Chriſtum. [Philippus autem inuentus eſt in Azoto] forte vſque illam Philiſtino rum vrbem tranſtulit eum ſpiritus domini [& pertrã ſiens euangelizauit ciuitatibus cunctis] quas habebat in via obuias ſibi [donec veniret Cæſareã.] ſcilicet Pa

Danie.14.

lestinæ in qua habuit domum, quæ vt asserit Beda, vsque hodie demonstratur. Cubiculum quoque filiarum eius virginum prophetissarum, de quibus infra habet sed demonstrationem illam, puto ad tempus præteritū referendam. An vero iam ita sit, nescio.

Elucidatio capituli noni. Saulus adhuc spirans.

Articulus nonus

CIrca principium præcedentis capituli dixit Lucas. Saulus autem deuastabat ecclesiam, nūc ad illud verba sua continuans, prosequitur quod incœpit. ⌊Saulus adhuc spirans minarum, & cædis⌋ id est, minas & percussiones ex intimis suis effundens ⌊in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas⌋ deferendas a se ⌊in Damascum ad synagogas⌋ id est, Iudæorum congregationes ibi manentes ⌊vt si quos inueniret huius viæ⌋ scilicet, euangelicæ legis ⌊viros ac mulieres, vinctos perducerent in Hierusalem⌋ vt sibi iuxta decretum pōtificis punirentur. ⌊Et cum iter ageret, contigit vt appropinquaret Damasco. Et subito circumfulsit eum lux de cælo⌋ fuitque lux illa sensibilis, quam viderunt gradientes cum Paulo, vt infra habetur, & per circumfulgentiam istam sensibilem, insinuabatur, quod intellectuali luce fuit intus mox perfundendus, cuius necdum extitit capax ⌊& cadens in terram⌋ præ pauore, stupore, & admiratione, nesciuit enim quid ei accideret, aut quid circumfulsio illa tam repentina atque insolita designaret ⌊audiuit vocem dicentem sibi. Saule Saule, quid me persequeris?⌋ Tanta est dilectio & vnitas Christi ad suos fideles, qui & mysticum Christi
Matt. 25. corpus vocantur, vt quicquid boni aut mali fuerit illis irrogatum, sibi reputet factum. Quemadmodum in euangelio ait. Esurijui, & non dedistis mihi manducare, nudus fui & non operuistis me. Et item. Quod vni
Zacha. 2. ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Sic & p Zachari. denunciat. Qui tetigerit vos, tāget pupillam oculi mei

Itaque Paulus Christum in membris suis persequebatur, similiter omnes qui alios ad vicia trahunt aut scandalizant Christum persequũtur, nam illas euertunt animas, pro quibus suum sanguinem fudit Saluator. Propter quod ait Apostolus. Peccantes in fratres & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christũ peccatis. ⌊Qui dixit. Quis es domine? ⌋qui me tam potenter ac subito prostrauisti, tam valde terruisti? ⌊Et ille. Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris⌋ Non dixit ego sum deus, vnigenitus dei, sed ego sum IESVS Nazarenus tanquam dicat. Humilitatem meam assume, & superbiæ tuæ squamas depone ⌊Durum est tibi contra stimulum calcitrare.⌋ Qui cõtra stimulum calcitrat, seipsum non stimulum lædit. Et quo fortius feruentiusque recalcitrat, eo se grauius vulnerat. Similiter vniuersis qui se Christo opponunt contingit, sibi enim nocent non illi, & quo magis in illum insaniunt, eo infelicius perire noscuntur. Itaque durum est contra stimulum calcitrare, id est, potentiori resistere, cui qui resistit, nil proficit, sed penitus deficit. ⌊Et tremens⌋ corpore⌊ac stupens⌋mente⌊dixit. Domine quid me vis facere?⌋ Christi maiestate cognita & experta, quem paulo ante inter descendentes in lacum æstimauit, miratus est vehemẽter, & de suo confusus errore, mentem quoque & carnem eius ingens horror concussit, moxque in verba perfectæ conuersionis ac plenæ obedientiæ prorupit dicendo. Domine qd me vis facere?, Tanquam dicat. Tuum est imperare, meum parere. Quicquid placuerit tibi, iniunge, ad omnia sum paratus. Sic subditi superioribus suis dicere debent. Verum (vt ait Bernardus) plures sunt imbecilles, quibus cæci illius verba a superiori dici oporteat, quid vis faciam tibi. Iam ergo Paulus cœpit intus radio veritatis perfundi. ⌊Et dominus ad eum. Surge⌋ adhuc enim iacebat prostratus in terram. Surge etiam ab erroribus & peccatis, a crudelitate, a cœpto proposito vicioso⌊& ingredere ciuitatem⌋ Damascũ⌊& dicet tibi⌋ibi a q̃dã discipulo⌊qd te opor

1.Cor.8.

Luc.18.

teat facere. ⌋ His verbis socialis vita commendatur, & declaratur, quod quæ a deo sũt, ordinata sunt, quodq; voluntas dei sit, vt homo ab homine instruatur, & q̃ volentes saluari, deuotos ac religiosos debeant visita
Prou. 18. re audire, & sequi eorum consilium ac doctrinam. Etenim (sicut Salomon ait) frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas munita. ⌊ Viri autem qui comitabãtur cum eo stabant stupefacti ⌋ de Pauli prostratione & humili loquutione, cæleftisque lucis diffusione ⌊ audientes quidem vocem ⌋ Pauli, non Christi, secundum quod infra asserit Paulus. Viri qui mecum erant lumẽ viderunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum ⌊ neminem autem videntes ⌋ ad quem Paulus verba sua dirigeret, seipsos tamen & Paulum viderunt. ⌊ Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. ⌋ obtusatus splendore lucis in q̃ oculos fixit, magis autem propter mentis raptum in deum, cuius i illo tãta fuit occupatio, quod exteriorũ sensuum caruit vsu ⌊ Ad manum autem illum trahentes, introduxerunt Damascum ⌋ in tantum fuit in Paulo corporalis natura suis viribus destituta ex alteratione timoris, stuporis, & contemplationis interius factę
Dan. 12. quod per se proficisci non potuit. Sic enim & Daniel ait ad angelum: Domine i visione tua, dissolutę sunt cõpages meæ, & nihil i me remansit virium. ⌊ Et erat tribus diebus non videns ⌋ oculo corporali ⌊ & non mãducauit neque bibit ⌋ tanta fuit ieo eleuatio mentis ad deũ, q̃ vires sensitiuæ ac vegetatiuæ a suis actibus fuerunt suspensæ. Constat enim quod quanto anima intensius occupatur circa operationem vnius potentiæ, tanto plus in aliarum actibus potentiarum remittitur Nempe infra hoc triduum creditur raptus fuisse vsque ad tertium cælum, vidisseque deum per speciem, & au-
2. Cor. 12. disse arcana verba, quæ non licet homini loqui, quemadmodum in secunda ad Corin. protestatur epistola. In quo etiam triduo credit a spiritu sancto Euangeliũ di-
Gala. 1. diciſſe, prout ait ad Galatas. Neque ab homine ingens accepi illud, neq; didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi

⌊ Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ana
nias. Et dixit ad illum in visu dominus ⌋ .i. in visione
forsitan tempore somni. ⌊ Anania. At ille ait. Ecce ego
domine. ⌋ Sic quoque deus frequenter (sicut in Cene. le gen. 31.
gitur) ad Iacob in somno per angelum dixit. Iacob Ia-
cob. Qui respondit. Adsum. ⌊ Et dñs ad illum. Surge
& vade in vicum q vocatur rectus, & q̃re in domo Iu-
dæ Saulum nomine Tharsensem. ⌋ Forte hospes Pauli
vocatus est Iudas. Paulus quoque appellatur Tharsen
sis, qa a ciuitate Tharso extitit oriundus. ⌊ Ecce enim
orat ⌋ quasi dicat, Ne timeas quia non crudelitati, sed
deuotioni & orationi intentus est, mutatus est in alium
virum, factus est de lupo agnus, de Saulo superbo hu-
milis Paulus. Porro cum Paulus a raptu præfato ad se
ipsum redijsset, deo gratias agens cœpit orare. ⌊ Et vi
dit ⌋ ipse Paulus in spiritali, ac imaginaria visione ⌊ vi
rum nomine Ananiam introeuntem ad se, & imponen
tem sibi manus vt visum recipiat. ⌋ Antequam enim A-
nanias corporalit̃ ad Paulum veniret, deus eius aduẽ
tum Paulo ĩ spiritu præmonstrauit, apparebatq; Pau-
lo, quod Ananias manus sibi imponeret, vt reciperet vi
sum. q̊d & paulo post realiter gestum est. ⌊ Respondit
Ananias. ⌋ excusare se volẽs. ⌊ Domine audiui a mul-
tis de viro hoc, quanta mala ⌋ pœnalia ⌊ fecerit sanctis
tuis in Hierusalem. Et hic habet potestatem a principi-
bus sacerdotum viciẽdi omnes qui inuocãt nomen tu-
um. Et dominus ad eum. Vade ⌋ intrepidus ⌊ quoniam
vas electionis mihi est iste ⌋ .i. valde electum gratiæ re
ceptaculum. Est autem consuetudo linguæ hebrææ, vt
omne alicuius susceptiuum, vas appelletur ⌊ vt portet
nomen meum ⌋ .i. prædicando insinuet ⌊ coram genti
bus & regibus, & filijs Israel. Ego enim ostendam illi ⌋
per præuiam reuelationem ⌊ quanta oporteat eum pa
ti pro nomine meo ⌋ scilicet, pro me ipso, vt per multas
tribulationes probetur vas electum, & pœnas quas in-
tulit sanctis, nunc demum paciatur cũ sanctis ⌊ Et abijt
Ananias, & imponens ei manus dixit. Saule frater, do-
minus misit me Iesus, vt videas ⌋ corporaliter ⌊ & im-

plearis ſpiritu ſancto] id eſt, gratia implearis abundantiori in ſuſceptione baptiſmi, in quo gratia ſacramentalis confertur. [Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ] id eſt, maculæ quædam albæ, ſimiles lucentibus piſciũ ſquamis, quas quidam dicunt in oculis Pauli cauſatas ab excelſiſſimo illo lumine ipſum cæcante [& viſum] .i. vſum oculorũ [recepit, Et ſurgens baptizatus eſt. Et cum accepiſſet cibum confortatus eſt.] corpore, quod propter contemplationis exceſſum, fuit valde debilitatum. [Fuit autem cum diſcipulis] ſcilicet, Chriſtianis [qui erant Damaſci] ductus ad eos per Ananiam [per dies aliquot, Et continuo] ſcilicet ſtatim poſt baptiſmum [ingreſſus in ſynagogas prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filiꝰ dei] naturalis, conſubſtantialis, æternus, non adoptiuus. Per hoc (ſicut Rabanus ait) dat Paulus exemplum nõ erubeſcendi mutare ſententias, vt pateat veritas. [Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant. Nonne hic eſt qui expugnabat in Hieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud? Et huc ad hoc venit, vt vinctos illos] id eſt, nomen iſtud in Damaſco inuocantes [duceret ad principes ſacerdotum. Saulus autem magis conualeſcebat] operando enim & loquendo quæ dei ſunt profecit in gratia, & feruor ſanctus in ipſo prævaluit. Nam ſicut peccato gratia minoratur, ſic actibus virtuoſis augetur [& confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci.] Nam per ſcripturas legis ac prophetarum, eis monſtrauit veniſſe Meſſiam, nec ꝙbant ei reſiſtere [affirmans quoniam hic eſt Chriſtus] mũdi Saluator. [Cũ autem implerentur dies multi, conſilium fecerunt Iudæi] in Damaſco manentes [vt eum interficerẽt] cui per rationem reſiſtere non valebant. Solent enim duri & incorrigibiles pſequi eos a quibus redarguũt. [Notæ autem factæ ſunt Saulo] vel p fratrum intimatiõem vl̃ p reuelatiõem diuinã [inſidiæ eorꝝ. Cuſtodiebãt aũt portas] Damaſci [die ac nocte] miniſtri præpoſiti Damaſci [vt eũ interficerẽt] nõ Iudæi ſed ciues Damaſci et præpoſitus Aretæ regis ad Iudæorum inſtantiam,

sicut ad Corinthios scribit Apl'us. Damasci præpositus gentis Aretę regis custodiebat ciuitatē Damascenorū vt me cōprehēderet. ⌊ Accipiētes aūt eū discipuli nocte dimiserunt eum ꝑ murum, submittentes in sporta ⌋ nō ꝙ Paulus timeret mori ꝓ Christo, sed quia maiorē producere fructum in Ecclesia concupiuit. Ex quo etiam patet, ꝙ interdū liceat hūanæ industriæ vti subsidijs, vt vitent̄ pericula. ⌊ Cum aūt venisset Hierusalē tentauit se iungere discipulis, ⌋ oīs em̄ caro ad sibi similem iungit̄ ⌊ & oēs timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas aūt apprehēsum eū duxit ad Apostolos, & narrauit illis, quomō in via ⌋ versus Damascum ⌊ vidisset dn̄m ⌋ Iesum ⌊ & qa loquutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu ⌋ eū cum grandi fiducia fideliter p̄dicando. Scriptura hæc loquitur quasi Paulus statim post suā in Damasco baptizationem ac prædicationem venisset Hierusalē sed obuiat, quod ipsemet de se scribit ad Galatas. Non veni inquiens Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascū. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eū diebus quindecim. Alium autē Apostolorꝫ vidi neminem, nisi Iacobū fratrem domini. Ex quibus patescit quod bis prædicauerit in Damasco, scilicet, primo statim post suum baptismum, & rursus postq̄ ab Arabia esset ad eam reuersus antequam venit Hierusalem. Alij autem affirmant ꝙ cito post suam conuersionem venit Hierusalem. Si em̄ tam diu tardasset discipuli in Hierusalem bene percepissent conuersionem & prædicationem ipsius, præsertim in Damasco factam, nec eum in primo suo ad eos accessu vitassent. Veruntamen vt isti asserunt non reputatur tunc venisse Hierusalem, quia mox abijt. Hinc ꝙ dictum est de fuga Pauli a Damasco, quidā referunt ad tēp⁹ q̊ primo p̄dicauit ibidē, alij ad illud q̊ secūdo. ⌊ Et erat cū illis ⌋ puta discipulis atq; Apostolis, saltē Petro & Iacobo Hierosolymitarꝫ episcopo ⌊ intrans & exiens & fiducialiter agens in domino. Loquebatur quoque

Galatas. j.

gentibus ⌋ qui venerunt Hierusalem adorare, vel ꝙs alibi reperit ⌊ & disputabat cum Græcis. ⌋id est, Iudeis ex græcia natis omnibus his loquebatur de Christo ⌊ Illi autem ⌋videlicet, græci ⌊ quærebãt occidere eũ. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum nocte Cæsaream ⌋ ciuitatem Palestinæ ⌊ & dimiserunt Tharsum ⌋ vrbẽ, de qua fuerat natus ⌊ Cõsiderantes cm fratres ⌋ scilicet, Christiani inter quos fuit, quam vtilis esset ecclesiæ pp sapientiã sibi datam, curauerunt eũ a morte subtrahere ⌊ Ecclesia qdẽ p totã Iudeã & Samariã & galilæã habebat pacem ⌋ pectoris & temporis ita ꝙd fuit mente qeta in deo, & ab hoim psecutione qescẽs Post persecutionem em occisionem Stephani subsequẽtem, data est pax hæc Christianis a deo, qui post tempestatem tranquillum facit, & post fletum consolationem infundit, & ædificabatur in virtutibus, vno alium ad meliora prouocante, & spiritu sancto sibi in omnibus, mansionem construente, ambulãs de virtute in virtutem, de via ad patriam, de bono in melius, ⌊ in timore domini ⌋ filiali, sancto, & casto ⌊ & consolatione spiritus replebatur ⌋ quæ tũc valde necessaria fuit, quãdo deuotissimi Christiani omnes carnales consolationes spreuerunt. Consequenter ad enarranda principis Apostolorum gesta ac documenta, Lucas reuertitur. ⌊ Factum est autem Petrum dum pertrãsiret vniuersos ⌋ id est, fideles in Iudæa hinc inde celeriter visitaret eos in fide & gratia roborando, ac plurimos conuertendo ⌊ venire ad sctõs ⌋ .i. Chrianos valde ✠ tuosos ⌊ qui habitabant Liddæ ⌋ .i. in ciuitate sic dicta. ⌊ Inuenit aũt ibi hominem noie Aeneã, ab annis octo iacentem in grabato, q erat paralyticus ⌋ ideo ambulare non potuit, qa contractus ⌊ Et ait illi Petrus. Aenea sanet te dñs Iesus Christus. Surge & sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderunt illũ omnes qui erant Liddæ & Saronę ⌋ .i. in vrbibus istis ⌊ qui conuersi sunt ad dominum ⌋ nec hoc exiuit leuitatis, quia infirmitas illa fuit incurabilis per naturam. Nec curatio eius fuit mirabilior quam modus curandi, quod scilicet, ad vnius verbi plationem

tanta infirmitas, tam subito atque totaliter, est repulsa. Petrus quoque sapientissime disseruit eis de Christo, & eius mysterijs atque miraculis, quibus auditis & visis crediderunt in Christum. ⌊ In Ioppe autem ⌋ ciuitate præantiqua ⌊ fuit quædam discipula nomine Tabitha ⌋ in Hebræo ⌊ quæ interpretata dicitur Dorcas ⌋ in Græco, in quo Lucas scripsit hunc librum, latine vero dicitur Damula, vel Caprea ⌊ Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo ⌋ domus suæ. ⌊ Cum autem prope esset ⌋ .i. parum distaret ⌊ Lidda ab Ioppe discipuli audientes, quia Petrus esset in ea, duos viros miserunt ad eum, rogantes ne pigriteris venire ad nos. Et cum venisset duxerunt eum in cœnaculum. Et circumsteterunt eum omnes viduæ, flentes & ostendentes tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas ⌋ vt per hoc Petrum ad compassionem suam, & ad suscitationem defunctæ inducerent ⌊ Eiectis autem omnibus foras ⌋ vt Christum sequeretur qui in suscitatione filiæ archisynagogi pene omnes eiecit. Matth. 9. Mar. 5.

Et item, vt in secreto liberius quietiusque oraret, & vt ostentatiõem doceret vitandam ⌊ Petrus ponens ⌋ .i. in terra humiliter figens ⌊ genua, orauit ⌋ cuius verba Lucas non recitat. Orando autem intellexit se spiritu reuelante interius exauditum. ⌊ Et conuersus ad corpus dixit. Tabitha surge ⌋ .i. tu corpus exanime, de nuo animare & viue ac surge de mortis sopore. Pars ergo pro toto est posita. ⌊ At illa aperuit oculos suos, & viso Petro resedit ⌋ sicque sensu ac motu monstrauit se viuere, Et in isto rursus miraculo, modus agendi præclarus est. Nec enim Helias, nec Heliseus tam facíliter, tamque celeriter mortuos suscitauerunt, vt Petrus hanc fœminã. ⌊ Dans aũt illi manum, erexit eam. Et cũ vocasset sanctos ac viduas, assignauit eã viuam ⌋ ostendẽs se eoꝝ desyderio satisfeciſſe ⌊ Notũ aũt factũ est p vniuersam Ioppen, & crediderunt multi in dominũ. ⌋ Nã ẏa suscitatio mortuorum, sola dei ọipotentis

fit potestate. Vnde ob aliorum conuersionem præsertim suscitata est fœmina ista, & etiam propter consolationem fidelium viduarum, alioquin tam sanctæ muli eri melius videretur non suscitari, quam ad vitam hãc miseram reuocari, nisi forte propter maius meritum eius. ⌊Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium⌋ vel vt alij dicunt curiarium. Vel quia coria parauit, aut curialis fuit. Aliq etiam sic vocãtur sine proprietate per nomen significata. Porro (secundum Bedam) per Tabitam hãc seu Damulam vel Capream, intelliguntur animæ virtutum studio altæ, quamuis hominum æstimatione viles. Damula quippe & caprea animalia sunt in natura similima, sed magnitudine differentia, q̃ in sublimibus mõtibus habitant, & de longinquo omnes qui veniunt vident. Vnde ab acumine visus Græce dorcades appellantur. Sic sancti meritis operum in excelsis habitantes, mentis contemplatione supernis intẽdunt ibique summa semper & cauta circumspectione inuigilant, & quid futurum sit, eisue accidere queat vigilanter perpendunt. Huiusmodi animarum si quæ per fragilitatem, aut ignorantiam lapsa fuerit in peccatum, continuo a viris perfectis ad vitam ratiæ reducitur.

¶Elucidatio capituli decimi. Vir autem quidam

Articulus decimus.

Ostenso quemadmodum inter Iudæos prædicata sit fides Christiana, nunc declaratur qualiter inter gentiles cœperit publicari ⌊Vir autem quidã erat in Cæsarea nomine Cornelius.⌋ Tres famosæ vrbes fuerunt, nomine Cæsarea, quæ in sacris literis memorantur. Vna est Cæsarea vrbs Palestinæ in litore maris sita, q̃ olim Pirgos. i. turris Stratonis vocabatur, quam Herodes maior nobilius extruẽs, in honore Cæsaris Augusti, scilicet, Octauiani, nominauit Cæsaream, in qua habitauit iste Cornelius. Alia ap-
Matt. 16. pellatur Cæsaea Philippi, ad radices montis Liba-

ni sita, vbi Iordanis oriens. habet duos fontes, vnum nomine Ior, alium nomine, dan, quam Philippus præfati Herodis filius, in honore Tyberij Cæsaris Cæsareã cognominauit. Tertia quoque extat Cæsarea, estq; metropolis Cappadociæ, de qua infra habetur. Hic ergo præelectus, beatissimusq; Cornelius, mẽte & corpore fortis, in corporalium ac spiritalium armorum exercitijs strennuus fuit ⌊ centurio, ⌋ id est, centum sub se milites habens ⌊ cohortis quæ dicitur Italica ⌋ qa milites isti cum ipso fuerũt de Italia, imo sicut in scholastica fertur historia, Cornelius missus fuit a Roma ciuitate metropolitana Italiæ. Romani etenim Imperatores mittebãt milites suos per diuersas ciuitates ad custodiendas munitiones, terrasque Romanis subiectas tuendas ⌊ vir religiosus ⌋ id est, actibus religionis deditus. potestque religio accipi siue pro latria, per quã summo deo debitus cultus impenditur, siue pro pietate, tam illa quæ est donum, quam illa quæ est virtus moralis, & misericordia nuncupatur. Operibus siqdem pietatis & misericordiæ fuit valde intentus ⌊ & timens deum ⌋ non timore pure seruili, sed casto & reuerentiali. Timor autem seruilis, est fuga, abominatio seu detestatio mali pœnæ, qui in se nec virtuosus ẽ nec meritorius, timor vero castus seu filialis est fuga & detestatio mali culpæ quo dei offensam timemus. Porro timor initialis aliquid habet de vtroque ⌊ cum omni domo ⌋ id est, familia ⌊ sua ⌋ ita quod cuncti domestici eius fuerunt timorati, ad quod ipse verbis & exemplis eos induxit, quod & omnes patresfamilias asse qui debent, suam ad virtutes dirigendo familiam eãq; de vicijs increpando, & per hoc quasi episcopale officium in suis domibus exercendo ⌊ faciens eleemosynas multas plæbi ⌋ omnibus, scilicet, indigentibus atque petentibus sine personarum acceptione ⌊ & deprecans deum semper ⌋ omni scilicet tempore opportuno. Orauitque deum, præsertim, vt eum in viam salutis dirigeret. Vnde secundum doctores quicunque facit quod in se est, gratiam & illuminationem a deo consequitur,

ita quod si quis paganus seu infidelis ex naturali ratione se ad primum principium erigat ipsumq; roget vt dirigat se in viam salutis, quatenus caueat a peccatis, deus sibi de necessarijs ad salutem misericorditer prouidebit, reuelando ei per angelum seu doctorem quemcunque de fide catholica quantum requiritur ad salutem. Hinc secundum diuinum Dionysium multi gentilium legem Moysi non habentes, per angelos ad deum reducti sunt & edocti. Is vidit ⌊oculo corporali⌋ ⌊in visu⌋ ⌊exteriori⌋ ⌊manifeste⌋ ⌊in plena vigilia, non in somno nec imaginaria visione⌋ ⌊quasi hora diei nona angelum dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Cornelii. At ille intuens in eum timore correptus dixit.⌋ Certum quod angelus in forma humana apparens voce magnifica & tubali loquutus est, atq; cum splendore præclaro apparuit. Hinc admiratione & naturali timore impletus fuit Cornelius. Non enim tam venerandam, mirabilemq; personam ante prospexit. Hinc dixit ad eum. ⌊Quis es domine? ⌋ quasi dicat. Maior homine esse videris ⌊Dixit autem illi⌋ angelus. ⌊Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dñi⌋ .i. deo acceptæ sunt, & misericorditer ab eo conspiciuntur, iccirco me misit ad te, q & tua virtuosa conuersatione angelica visitatione dign⁹ effectus es. Angelus ad verba Cornelij non legitur respondisse, sed de sua salute eum instruxit, vt doceamur vtilia & viciniora saluti, non curiosa siue superflua scitari, quamuis interrogatio Cornelij non fuerit inordinata. Simili modo in veteri testamento quærenti sancto Iacob ab angelo quo nomine vocaretur, non datur
Gen. 22. Iudi. 13 responsio, nec Manuę patri Sampsonis, quemadmodũ etiam hoc loco orationes Cornelij leguntur coram domino ascendisse, & angelus missus ad eum. Ita Tob. ſ. scriptum est, de orationibus Tobiæ & Saræ, destinationeque Raphaelis ad eos. Insuper de Cornelio dicunt
Heb. 11 doctores, quod ante apparitionem hanc habuit fidem quæ est virtus theologica, sine qua impossibile est placere deo, habuitque fidem formatam seu charitate

ornatã, habuit demum de Christo fidem saltem implicitam & idistinctam, secnudum Thomam in secunda secundæ: credidit enim deum habere prouidentiam vniuersorum, & esse hominum saluatorem secundum modum sibi notũ & sanctis patrib⁹ reuelatũ. In Scholastica tamẽ historia dicitur, quod fidem incarnationis habuerit, sed de tempore fuit incertus, ignorans an iam esset incarnatus, an adhuc incarnandus. Beda quoq; hoc loco allegat Gregorij verba dicentis. Non virtutibus ad fidem, sed fide pertingitur ad virtutes. Cornelius ẽm cuius orationes ante baptismum angelo teste laudatæ sunt, non operibus ad fidem, sed fide ad opa venit. Scie bat igitur creatorem omnium deum, sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset, ignorauit. Bona autẽ operatione promeruit, vt deum perfecte cognosceret, & de vnigenito eius incarnationis mysterium crederet quatenus ad sacramentum baptismatis peruenıret. Per fidem ergo venit ad opera, sed per opera solidatus est in fide. ¶Postremo sunt qui dicunt angelum, qui Cornelio apparuit fuisse illum qui custodiæ Cornelij fuerat deputatus. ⌊ Et nunc mitte viros in Ioppẽ, & accersi ⌋ per illos ⌊ Simonem qui cognominat Petrus ⌋ Primo enim appellatus Simon, postea Petrus á Christo ⌊ hic dicet tibi quid te oporteat facere ⌋ Quæ a deo sunt, ordinata sunt. Ideo diuina ordinatione superiores inferioribus auxiliant ordine pulchro. ⌊ Hic hospitat apud quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare ⌋ q̃d Syriæ Palestinæ quæ Iudæa dicitur adiacet, vbi teste Hieronymo in littore vsq; hodie monstrantur saxa, in quibus Andromeda religata, Persei qnondam fuit liberata præsidio. ⌊ Et cum discessisset angelus qui loq̃batur illi ⌋ angelus enim in corpore assumpto apparuit, q̃ ficut sua potestate formauit vt appareret ī eo, sic eadẽ illud dissoluit, nec amplius visus est. Et ex his Cornelius intellexit angelum esse qui sibi apparuit ⌊ vocauit duos domesticos suos & militem metuentem deum ex his qui illi ⌋ puta Cornelio ⌊ parebant ⌋ id est, ex subditis suis. Iam dictum fuit quod domestici Cornelij fue-

Actu. 10.

Matt. 16. Ioannis. 1.

erant timorati, ideo nō dicitur, q̄d hi duo domestici timuerunt deum, sed de milite id dicitur quem vocauit, qui forte extra domū Cornelij in propria domo, suis vixit stipendijs. ⌊Quibus cum narrasset omnia⌋ audita visa nunc scripta tanquam sibi charioribus, familiarioribus ac melioribus inter plures ⌊misit illos in Ioppen. Postera autem die⌋ videlicet, immediate sequente ⌊iter illis faciētibus & appropinquantibus ciuitati⌋ Ioppe ⌊ascendit Petrus in superiora⌋ domus ⌊vt oraret⌋ in solario, vel cœnaculo, tanquam in loco secretiori, & ad cōtemplationem congruentiori, sicut & Christus ascendit in montem orare. Aliqui etiam solent in loco altiori orare deuotius ⌊circa horam sextam⌋ quæ est hora refectionis, antequam volebat oratione se munire, dās nobis exemplum similiter faciēdi, vt simus in comestone circumspectiores ne grauentur corda nostra crapula vel ebrietate ⌊Et cum esuriret, voluit gustare⌋ id est, parce & modeste comedere. Quod est contra eos qui instar canis famelici effundunt se super cibum. ⌊Parantibus autem⌋ cibum ⌊illis⌋ qui erant in suo hospitio ⌊cecidit super eum mentis excessus,⌋ id est, tanta eleuatio mentis ad aliquod mysticum contemplandum, quod deo operante passus est alienationem ab vsu sensuum exteriorum ⌊& vidit cælum apertum,⌋ quia in visione imaginaria aperiri videbatur, ad innuendum, quod a domino cælis presidenti aliquid speciale fieret circa Petrum, quemadmodum Ezechiel primo libri sui capitulo scribit cælos apertos, in visione ei ostensa ⌊& descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs⌋ id est, angulis ⌊submitti de cælo in terram⌋ forte per fines in angulis alligatas ⌊in quo erāt omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cæli.⌋ Erant autem ibi non realiter sed imaginarie, per similitudines rerum repręsentatiuas. Per vas magnum designatur ecclesia. Per animalia vero illa secundum legē imunda gentiles, quos spernebant Iudæi nec vescebantur cum eis. ¶Specialiter p quadrupedia quæ terris

Luc. 21.

Ezech. 1.

Leui. 11.

iadhærent, auari, per serpentes, dolosi & virulenti, p vo
latilia aũt elati. ⌊ Et facta est vox ad eum dicens. ⌋ Vo
cem hanc angelus formauit in interiori sensu Petri, q
angelus totam visionem hanc ministerialiter exhibe-
bat, formando species rerum istarum in vi imaginati-
ua Apostoli. ⌊ Surge Petre, occide & manduca. ⌋
Quod Perus corporaliter intelligendum putans respõ
dit vt subditur. ⌊ Absit domine, quia nunq̃ manduca- Leuit.xi.
ui omne cõmune & immundũ ⌋ id est, cibos lege prohi-
bitos nunquam accepi, in quo etiam constat magna iu-
stitia beatissimi viri, qui antequã Christo adhæreret
cæremonialia legis tam diligenter impleuit, nec dubiũ
quin ĩ obseruantijs præceptorum maiorum diligentiã
adhibuerit ampliorem. Porro secundũ morem Iudæoꝝ Leui.xi.
loquutus est Petrus, q cibos lege prohibitos vocabant
immundos, itemq; communes, qa a gentibus cõmuni-
ter edebantur. Præinducta autem angeli verba spirita
liter sunt intelligenda, vt sit sensus Occide, id est, vi-
cia in gentibus perime, & manduca, id est, Christo atq;
ecclesiæ eas incorpora, quemadmodum in substantiam
aliti vertitur cibus. Hinc sequitur. ⌊ Et vox iterum se 1.Ti.2.
cundo ⌋ ait ⌊ ad eum. Quod deus purificauit tu commu Gala.3.
ne ne dixeris ⌋ .i. gentes a deo electas ac prædestinatas 1.Petri.2.
Christiq; sanguine liberatas, & iam in dei præscientia
purificatas, & Christi passione ablutas, p præfata im-
munda atq; cõmunia animalia designatas, nõ æstimes
contemnendas, neque vitandas, sed confidenter vade
ad eas. Potest q̃q; de cibis aliquib⁹ lege ꝓhibitis accipi,
q̃ꝝ vsus ĩ nouo testamẽto est licitus. Nã ceremonialia
legis ĩ Chri passione finem sortita sunt, nec postea obli
gant vt infra dicetur. ⌊ Hoc aũt factũ est per ter ⌋ .i. tri
bus vicibus visio ista fuit Petro exhibita ad cõfirmatio
nem maiorem, & ad inuendũ, quod ad superbeatissimę
trinitatis fidẽ et cultũ gẽtes eẽnt mox cõuertendę, in e-
iusq; noĩe baptizãdæ ⌊ & statim receptũ ẽ vas in cælũ ⌋
scd'm imaginariã apparitiõem, p q̃ ĩsinuatũ ẽ, q̃d eccle
sia gẽtiũ ĩ regnũ introducẽda eẽt cęlorꝝ. ⌊ Et dũ intra se
hæsitaret Petr⁹ qd nã eẽt visio q̃ vidisset ⌋ .i. qd signifi-

ret,in hac enim visione spiritus sanctus Petrum non do cuit subito & per seipsum complete, sed pedetentim & partim per homines,quia ad conseruandam mentis hu manæ humilitatem, spiritus sanctus quandoq; ex parte animum tangit, & ex parte non tangit ⌊ ecce viri missi a Cornelio steterunt ad ianuam. Et interrogabāt si Simon Petrus illic haberet hospitium. Petro autem⌋ ad se reuerso &⌊ cogitante de visione⌋ præfata quę eēt intelligentia eius⌊ dixit spiritus ei⌋ loquutione interna,videlicet,spiritus sanctus seu angelus.⌊ ecce tres viri quærunt te,Surge itaq;⌋ ab oratione & meditatione ⌊& descende⌋ de isto cœnaculo, seu contemplationis excelso⌊ & vade cum eis⌋ ad prædicandum & communicandum gentibus ⌊ nihil dubitans⌋ quin bene agas in hoc⌊ quia ego misi illos⌋ id est, mitti feci a Cornelio. Interdum ergo dum ratio & charitas postulant ab actibus vitæ contemplatiuæ cessandum, atq; ad opera vitæ actiuæ est egrediendum. Virtutes etenim sibi inuicem cedunt, quamuis se inuicem nequaquam impediant. ⌊ Descendens autem Petrus ad viros,dixit. Ecce ego sum quem quęritis.Quæ causa est,ppter quam venistis? ⌋ Adhuc non videtur Petrus plene significationem visionis sibi ostensę,nouisse. ⌊ Qui dixerunt.Cornelius Centurio vir iustus & timens deum, & testimonium habens⌋ virtutum⌊ ab vniuersa gente Iudæoꝝ⌋ charus enim acceptus & placitus fuit deo atque hominibus,tanta fuit pietate & gratia decoratus⌊ responsum accepit ab angelo sancto accersiri te in domum suam & audire verba abs te⌋ id est,salutis consilium & doctrinam. Quibus auditis Petrus significationem visionis cœpit aduertere,quod scilicet,per animalia illa immunda, designarentur gentiles, & quod illis communicare deberet.Ideo subditur.⌊ Introducēs ergo eos, recepit hospitio⌋ in q̄ & ipse manebat, manserūtq; apud eum illa nocte,& de tam gratioso rumore atque negotio gauisi sunt omnes qui aderant vehementer. ⌊ Sequēti autem die,surgens, profectus est cum illis,& quidā ex fratribus⌋ scilicet,Christianis ex Iudaismo conuersis⌊ co

mitati sunt eum ⌋id est, simul profecti, qui fuerant numero sex in testimonium veritatis, & ob reuerentiam Petri. ⌊ Altera autem die introiuit Cæsaream ⌋. Palæstinæ, in qua morabatur Cornelius. ⌊ Cornelius vero expectabat illos ⌋ cum ingenti affectu videndi virũ tam sanctum, & audiendi verba dei per ipsum, obtinendiq; gratiam sibi & suis, de quibus subiungitur ⌊ conuocatis cognatis suis, & necessarijs amicis ⌋ quos omnes spiritaliter diligens secum dei gratiam consequi & salutẽ optauit. Necessarij autem amici vocantur, vel qui iure affinitatis coniuncti sunt, quod nulla inter eos cessatio id est, sepatio sit, vel qui amicum in articulo necessitatis nõ deserunt. Vnde in Ecclesia. habet. Si possides amicum, in tentatione possideum, & ne facile credas ei te ipsum. Est enim amicus secundum tempus suũ, & non permanet in die tribulationis. Amicus si permanserit fixus erit tibi coæqualis. Ecclę. 6.

⌊ Et factũ est cum introisset Petrus ⌋ forsitan primam portam seu atriũ domus Cornelij ⌊ obuius ei venit Cornelius ⌋ ob tanti aduentantis honorẽ. Ex dilectione aũt, et humilitate hoc fecit Cornelius, quemadmodum Martha occurrit Christo. Itaque doctori obuiauit auditor, vt cordeintento verba eius casto susciperet pectore, iuxta illud Ecclesia. Auris bona cum omni concupiscentia audit sapientiam ⌊ & procidens ad pedes eius adorauit eum ⌋ id est, reuerentiam duliæ ei tanquam excellenti personæ spiritaliq; patri exhibuit, gestu coporis mentis deuotionem reuerentiamq; protestans. In quo magna illustris viri commendatur humilitas. Ioannis.]]. Ecclesia. 3.

⌊ Petrus vero eleuauit eum dicens. Surge & ego ipse homo sum ⌋ tibi similis in natura, iccirco in honorando me moderamen obserua cum purus sim homo. ⌊ Et loquens cum illo ⌋ puta Cornelio ⌊ inuenit ⌋ in domo eius ⌊ multos qui conuenerãt ⌋ causa audiendi verbum salutis. ⌊ Dixitq; ad illos. Vos scitis quomodo abominatum sit viro ludæo ⌋ id est, quã multũ abominentur Iudæi ⌊ coniungi aut accedere ad alienigenam ⌋ id est, gentilibus, communicando cũ eis in victu ⌊ sed mihi ostendit deus ⌋ in præfata visione

Roma.1. ⌊neminem communem aut immundum dicere hominem⌋id est, nullum hominem quamuis gentilem esse spernendum aut vitandum, seu repellendum a communione fidelium, dummodo velit conuerti. Vel secundū quod homo est, & purificatus in præscientia dei, aut liberatus sanguine Chri. ⌊propter ꝙ sine dubio⌋ tanq̄ certus de bonitate itineris⌊veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me? Et Cornelius ait. A nudiusquartana die vsque in hanc horam⌋ id est, quarta die ante hanc horam qua interrogas ista ⌊orans eram in domo mea⌋ die enim quo orauit & angelum vidit, misit tres viros, qui secundo die venerūt in Ioppen, & tertio redire cœperunt, quartoque die venerunt Cæsareā. ⌊Et ecce vir⌋. scilicet angelus in forma viri⌊stetit ante me in veste candida & ait. Exaudita est oratio tua. &c. Nunc ergo omnes nos assumus in conspectu tuo audire omnia quæcumq̄ præcepta sunt tibi a domino.⌋ id est, parati audire & obedire.⌊Aperiens autem Petrus os suum, dixit. In veritate cōperi⌋ id est, vere & experimentaliter nunc cognoui⌊qa non est personarū acceptor deus ⌋ id est, nō vnū magis quam alium approbat aut reprobat, nisi ex causa iusta

Roma.3. nec inter Iudæos & gentiles discernit, quantum ad consequendā salutem, dummodo se disponant. Propter

.1.Tim.2. quod ait Apostolus ad Rom: nos. An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentium? Et alibi. Omnes homi-

Sapien.12. nes vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. In sapientiæ quoque libro legitur. Nec enim ē

2.Para.19. alius deus quam tu, cui cura est de omnibus. Et secūdo Paralipomenon. Non est apud dominum deum nostrū iniquitas, nec personarum acceptio, neque acceptio munerum. Sed videtur oppositum, quia duorum hominum vnius conditionis atque in omnibus parium, deus vnum misericorditer accipit, alterum iuste relingt. Est respondendum quod psonarum acceptio opponitur iusticiæ distributiuæ, quæ diuersis personis tribuit secūdum dignitatem ipsarum & merita. Est itaque personarum acceptio cum in eo cui aliquid datur, non

attenditur id propter quod id quod ei datur sit sibi proportionatum aut debitũ, vt si prælatus det alicui beneficium, quia diues siue cognatus. Veruntamen duplex est datio. vna quæ ẽ actus iusticiæ, & circa hanc attenditur ac versatur personarum acceptio. Alia vero quę est actus liberalitatis qua alicui gratis confetur quod ei non debetur, qualis ẽ collatio donorum dei, qui nulli est obligatus. & circa huiusmodi non ẽ personarũ acceptio. quoniam vnusquisque potest propria dare cui vult, & quantum vult. Hoc secundum Thomam dictum sit, quod in secunda secundæ, quęstione. 63. plenius continetur. ⌊ sed in omni gente ⌋ cuiuscunque sit nationis ⌊ qui timet deum ⌋ timore casto & filiali vel saltem initiali ⌊ & operatur iusticiam ⌋ id est, actus iusticiæ quæ est virtus infusa, ꝓpter debitum rectũq; finem, quod sine fide fieri nequit ⌊ acceptus est illi ⌋ ita ꝙ est in statu salutis ac promerendi. Sola autem naturaľ virt⁹, & cognitio dei nemini sufficiũt ad salutẽ sed ad supernaturalis finis seu felicitatis adeptionem, supernaturalia media exiguntur, vt media fini proportionentur. ⌊ Verbum misit deus filijs Israel ⌋ nam pater verbum suum veraciter incarnatum misit Iudæis, ipso verbo id protestante. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Misit quoque verbum. i. euangelicam doctrinam ⌊ annuncians pacem ⌋ id est, humani generis reconciliationem cum deo ⌊ per Iesum Christum ⌋ dei & hominum mediatorem, qui in quãtum mediator, pacificauit nos deo per sanguinem suum. Hic ait Apostolus. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et Christus in propria persona hæc prædicauit, pacemque pectoris annunciauit & dedit secundum quod ait. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et rursus, Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. ⌊ Hic est omnium deus ⌋ quia verus deus, rex regum, & dominus dominorum. Nempe vt deus est dominus per propriam authoritatẽ, vt p̃sidẽs prĩcipalis, sed vt hõ, oĩb⁹ p̃sidet vt ĩstrumẽtaľ. ⌊ Vos scitis ꝙ factũ est ꝟbum ꝑ vniuersã

Matt. 15.
2. Cor. 5.
Ioann. 14.
Lucæ. 19.
Apoc. 19.

Iudæam ⌋ id est, prædicationem Iesu ibidem esse diffe
minatam. Miracula etenim Christi fecerunt eum in lo
cis vicinis hinc inde famosum. ⌊ Incipiens enim ⌋ Ie-
sus prædicationem suam ⌊ a Galilæa ⌋ sicut in passione
Luc.23. Iudæi dixerunt, commouet populum docens per vni-
uersam Iudæã, incipiens a Galilæa vsq; huc ⌊ post bap
tismum quod prædicauit Ioannes Iesum a Nazareth. ⌋
Ioann.1. Ioannes enim baptista populum baptizando insinuauit
eis Christum venisse, dicendo. Medius vestrũ stetit quẽ
vos nescitis. Vel sic, incipiens Iesus publice p̃dicare post
baptismum quo fuit a Ioanne baptizatus. Scitis inquã,
quod p̃dicauit Ioannes Iesum, tãq; eius præcursor. Præ
dicauit autem Ioannes baptista ⌊ quomodo vnxit eũ ⌋
scilicet, Iesum secundum naturam assumptam ⌊ deus ⌋
pater seu trinitas ⌊ spiritu sancto & virtute ⌋ id est, ple-
Esaiæ.48. nitudine gratiæ & sanctitatis, seu potestate in miracu-
lis peragendis. Nam & spiritus sanctus Christũ vt ho
Ioann.3. minem vnxit & misit, iuxta illud in Esaia, & nunc do-
minus misit me, & spiritus eius. Hinc de Christo dixit
baptista. Non ad mensuram dat deus spiritum, scilicet
homini Christo, nam gratia eius quodammodo infini
ta consistit. Hæc vnctio spiritalis & inuisibilis data est
animæ Christi in ipso suæ creationis primordio, quo si
mul cum carne vnita est verbo totius gratiæ fõti æter
no ⌊ qui pertransiit ⌋ inter homines cõuersando ambu
lando & prædicando ⌊ benefaciendo ⌋ id est, multa be
neficia dando hominibus ⌊ & sanando oẽs oppressos
Luc.6.7. a diabolo ⌋ multos quippe obsessos curauit, Spiritali-
ter quoque dæmonibus plenos conuertit ad deum, si-
Mar.17. cut de Maria Magdalena eiecit septem dæmonia. Imo
quantum in ipso fuit, sua benedicta passione vniuer-
sos peccatores saluauit. Quicunque autem in mortali
iacet peccato a dæmonibus ẽ oppressus, prostratus, vi-
ctus, & excæcatus. Verum quod ait, omnes oppressos,
accipi potest de generibus singulorum potius quam de
singulis generum ⌊ quoniam deus erat cum illo. ⌋ sci-
licet, pater cum filio, quemadmodum in Euangelio lo-
Ioan.8. quitur. Non sum solus sed ego & qui misit me pater.

Veruntamen coniunctionem hanc, quoniam bene pensando intelligendum est, quod deus erat cum Christo secundum naturam humanam, illa namque habuit efficaciam sic agendi ex assistentia dei, ficq; intelligi etiam potest, quod deus scilicet, verbum æternum, erat cũ illo, id est, cum Iesu quo ad suam humanitatẽ, per hypostaticam vnionem, quamuis expositio ista non sit propria secundum Bedam, ne Christi personam geminare videamur. ⌊Et nos sumus testes omnium⌋ mirabiliũ ⌊quæ fecit in regione Iudæorum & ī Hierusalem, quẽ occiderũt suspendentes in ligno Quem deus suscitauit tertia die⌋ Ista iam sępe exposita sunt. ⌊& dedit eum manifestum fieri⌋ post resurrectionem ⌊non omni populo⌋ immediate, imo nec omnibus absolute ⌊sed testibus præordinatis a deo, nobis qui mãducauimus & bibim⁹ cũ illo postq̃ resurrexit a mortuis. ⌋ Hoc em̃ op⁹ ordinatissimus æternæ sapientiæ dei processus, vt supernaturalia non omnibus immediate reuelentur, sed primo quibusdam electis atq; maioribus, & per illos cęteris, Quod & in Hierarchijs obseruatur angelicis, in q bus illuminationes diuinæ a superiobus deueniunt ad inferiores p medios angelicos spiritus, vt diuinus Dionysius edocet. Præterea aduertendum quod Perus ait, nobis qui manducauimus & bibimus &c. Nam licet in euangelio legatur Christus cum discipulis post resurre Lucæ.14. ctionem manducasse, non tamen ibidem exprimitur cũ eis bibisse, sed ex his verbis id scitur. ⌊Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est, qui cõstitutus est a deo⌋ patre secundum naturam humanam ⌊iudex viuorum & mortuorum⌋ id est, vniuersorum qui vel ante finem mundi erunt defuncti, vel circa finẽ mundi inuenientur, & in igne conflagrationis morituridicuntur. Vel per viuos intelliguntur electi qui viuunt per gratiam, per mortuos reprobi, qui mortui sũt per culpam. Porro in iudicio duo cosyderantur. Primum est authoritas iudicandi, & illa tribus psonis cõmunis & vna est. Secundum est iudcij exequutio seu, platio sententiæ, quæ competit Christo secundum natu

ram humanam, quam & sua humiliatione ac passione promeruit. Propter quod ait. Potestatem dedit ei & iudicium facere, qa filius hominis est. Itemque. Neque
Ioann. 5. enim pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit filio. ⌊Huic⌋ scilicet, Christo ⌊omnes prophetæ testimonium phibent⌋ vt domino serui ⌊remissionem peccatorum accipere per nomen eius⌋ id est per inuocationem & fidem ipsius ⌊omnes qui credunt in eum⌋ qui scilicet, fide & charitate Christo incorporantur. Prophetæ enim concorditer loquuntur de Christo, tãquam de omnium saluatore, ita quod credentes per gratiam eius iustificantur. ⌊Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit⌋ id est, subito venit, seu repente descendit ⌊spiritus sanctus⌋ non per suam circumscriptam, incommutabilemq; substantiam, sed per pietatis suæ effectus & gratiæ dona ⌊super omnes qui audiebant verbum⌋ videlicet. super Cornelium, & suos, quibus prdicatio ista fiebat. Descẽdit aũt spiritus sanctus i signo visibili, siue sensibili, sed an in igneis linguis, an in alia specie, incertum est, vt Scholastica ait historia. ⌊Et obstupuerũt ex circumcisione fideles⌋ id est, ex Iudaismo cõuersi ⌊q venerãt cũ Petro, qa & in nationes⌋ .i. in gẽtiles ⌊gra spirit⁹ sancti effusa est⌋ cum abũdãtia tãta. Iudæi eqdem cõsueuerãt gentiles, p nihilo reputare nec simile huic rei vnquã fuerat factum. Ideo de effectu tam magno atque insolito, præ admirationis magnitudine velut stupidi reddebantur. Fuit enim reuera grãde miraculum, & maxima pietas dei. ⌊Audiebant eñ illos loquentes linguis⌋ diuersis sicut Apostoli loq̃bantur in die pentecostes ⌊& magnificantes deũ⌋ gratias deuotissime referendo, eiusque bonitatem & beneficia totis præcordijs attollendo. ⌊Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam prohibere quis potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctũ acceperunt, sicut & nos? ⌋ Apostoli scilicet, cum signo sensibili, & dono linguarum, quamuis non in tanta plenitudine sicut Apostoli, qui primitias spiritus acceperũt. ⌊Et iussit eos baptizari i nomine Iesu Christi. ⌋ De hac forma baptis

mi, & q̃re ĩ eadabat̃ baptismus in primitiua ecclesia, dictũ est. 2, capit. Apostoli aũt cõsueuerũt ꝑ discipulos suos baptizare cõuersos, & ipi ꝟbo p̃dicationis insistebãt scd'm q̊d Paulus testatur. Nõ misit me Christus baptizare, se p̃dicare Interdũ tñ aliquos baptizabãt. ⌊ Tunc rogauerũt eum ⌋ scilicet, Petrũ, ⌊ vt maneret apud eos aliq̊t diebus ⌋ ꝑ eorum consolatione, & pleniore instructione. & p̃sertim ex dilectione quã ad tã felicẽ & gloriosum cõceperunt magistꝝ, patrẽ atq; Apostolũ, nec dubiũ quĩ eis cõsensit. 1.Cor.1.

¶ Declaratio capituli vndecimi. Audierunt autem Apostoli Artic. xI.

QVid ex prima illa gentiliũ cõuersione sequutum sit subditur. ⌊ Audierunt aũt Apostoli q erant in Iudæa ⌋ vbi prædicabãt hinc inde ⌊ & fratres ⌋ id est, cæteri discipuli ⌊ quia & gentes ⌋ videlicet, Corneli⁹ cum suis ⌊ receperunt verbum dei. Cum autẽ ascẽdisset Petrus Hierosolymã ⌋ a Cæsarea rediens ⌊ disceptabãt aduersus illum qui erant ex circũcisione ⌋ id est, ex Iudaismo conuersi ⌊ dicentes. Quare introistis ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis? ⌋ quasi dicant, in hoc contra legem fecisti ⌊ Incipiens autem Petrus exponebat illis per ordinẽ ⌋ id est, cur hoc fecisset eis ordinate exposuit, seq; excusãdo reuelauit eis qualem habuisset visionem in Ioppe. Per quam deus sibi monstrauit vt faceret ita, & quod angelus idipsum admonuisset. Litera autem plana est & præcedenti capitulo habita atque exposita vsque ad id ⌊ Recordatus sum autẽ ꝟbi domini, sicut dicebat. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. ⌋ Hoc primo capitulo legit̃ Christus dixisse Apostolis, quod expositum est ibidem, & in præfatis gentilibus conuersis impletum, iuxta expositionem primo capitulo introductam ⌊ Si ⌋ pro quia ⌊ ergo eãdẽ gratiã dedit illis ⌋ puta Cornelio et sibi adiũctis ⌊ sicut et nob̃ q credidim⁹ ĩ dñm Iesũ Christũ ⌋ vtrisq; em̃ cõtulit deus dona gratiæ gratũ facientis et gratis datæ, tñ vt dictũ ẽ, Apl̃i in ampliore plenitudi- Mat.10. Supr.ca.1.

ne perfectioriq; gradu sortiti sunt eam ⌊ego qs eram qui possem prohibere deum? ⌋a gentiliu m horum visitatione, quasi dicat: Hoc paruitatis meę nõ fuit, quin potius charitas id requirit, vt de illorum gratia gratularer. ⌊His auditis, tacuerunt, & glorificauerũt deũ⌋ id est, glorioſum, mirabilem, liberalem, liberrimũ esse in operibus suis professi sunt⌊ dicentes. Ergo & pœnitentiam⌋ id est, gratiam, locũ, tempus, pœnitẽdi⌊ dedit deus gentibus⌋ quas tam diu in suis reliquit erroribus⌊ ad vitam.⌋ gratiæ obtinendam in seculo isto, vi vitamq; gloriæ in futuro. Recitatis gestis quorundã præcipuorum fidelium, scilicet, Apostolorum & diaconorum, prosequitur quædam de factis inferiorum discipulorum. ⌊Et illi quidem⌋ discipuli⌊ qui dispsi fuerant⌋ de Hierusalrm ⌊a tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano⌋ a Iudæis lapidato, quam isti deo imperante fugerunt⌊ perambulauerunt vsq; ad Phœnicem⌋ occidentalem, videlicet, quandam prouinciam Syriæ ⌊& Cyprũ insulam in Carpathio mari, abortu Ciliciæ occasu vero Syriæ obiectam⌊ & Antiochiam⌋ epidaphnẽ ⌊nemini loquentes ℣bum dei, nisi solis Iudæis⌋ quibus primo annunciandum fuit Euangelium Christi postea autem prædicauerunt & gentibus, agnito quod Petrus conuertisset gentiles. ⌊Erãt autem quidam ex ipsis viri Cyprij & Cyrenæi⌋ id est, de Cypro, & Cyrene, ciuitate sic dicta, quos aliqui putant fuisse natione gentiles, sed ad Christum conuersos, & primo ad Iudaismum, deinde ad Christũ. Alij opinantur quod nati fuerunt ex Iudæis per loca illa dispersis. ⌊Cum autem introissent Antiochiam, loquebantur ad gẽtes⌋ id est, gẽtiles illic morantes ⌊annunciantes dominum Iesum⌋ esse mundi saluatorem⌊ & erat manus⌋ id est, auxilium⌊ domini cum eis. Multusq; numerus credentium⌋ per prædicationem eorum⌊ conuersus est ad dominũ. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Hierosolymis super istis⌋ negocijs & fidei incrementis. In Hierosolymitana nanq; ecclesiæ antistes fuit tunc Iacobus, & Apostoli communiter ibi erant, iccirco dis-

cipuli intimauerunt eis profectum fidei in aliorum con uersione ⌊ & miserunt Barnabam vsq; ad Antiochiã ⌋ vt conuersos plenius informaret, confortaret, consola retur, ac regeret. ⌊ Qui cum venisset & vidisset gratiã dei ⌋ id est, virtuosam fidelium conuersationem & dona gratiarum in eis ⌊ gauisus est ⌋ secundum quod cha uitas dei & proximi exigit, vt de dei veneratione, & proximorum salute quilibet glorietur ⌊ & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino ⌋ vt Matt.10ª esset in bono cœpto stabiles. Qui enim perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Hinc ad Colossenses pri- Colo.I. mo monet Apostol⁹. Stabiles estote & immobiles, abũ dantes in opere domini semper, scientes, quod labor vr non est inanis in domino. Inconstantia etenim mentis magna est imperfectio, mulierebreq; vitium, imo & q̃dã fatuitas. Sultus enim mutatur vt luna. Propterea scri- Eccle.27. ptum est Ecclesiastici quito. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. ⌊ quia erat vir bonus ⌋ mo raliter, imo heroicus & perfectus, ideo subdit ⌊ & plenus spiritu sancto ⌋ id est, donis virtutibusq; infusis ⌊ et fide ⌋ ita quod habuit fidem secundum statũ perfectũ, vtpote cũ rationibus credendoꝝ, & purificatæ mentis intelligentia. Vnde fides hic accipi potest, nõ vt est vir tus, sed fructus, videlicet, eminens quædam fidei certi tudo. Sic quippe inter fructus spiritus ab Apostolo cõ putatur. ⌊ & apposita ⌋ id est, mente applicata seu con uersa ⌊ est turba multa domino ⌋ in Antiochia per Bar nabæ prædicationem, præter eos, de quorum conuersi- one prædictum est. ⌊ Profectus est autem ⌋ Barnabas ⌊ Tharsum, vt quæreret Saulum. ⌋ Ad hanc cm̃ vrbem vt patuit Paulus a Hierosolymis venit, quem Barnabas inquisiuit, vt eius fultus auxilio plures conuerteret, & conuersos efficaciter gubernaret. ⌊ Quẽ cum inuenisset perduxit Antiochiam. Et annum totum ⌋ id est, per in tegrum annum ⌊ cõuersati sunt in ecclesia ⌋ id est, inter fideles ⌊ & docuerunt turbam multam, ita vt cogno- minarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani ⌋ ip est, conuersi ad Christũ, qui primo generali nomine

dicebantur discipuli, ibidem propter eorum multitudinem, cœperunt Christani a Christo capite suo atq; magistro vocari, tuncq; impletum est illud Esaiæ. 65. Seruos suos vocabit dominus nomine alio, in q̃ qui benedictus est super terram, benedicetur in deo, amen. Hic tñ non dicitur, an nominatio ista sit instituta a fidelibus ex Iudaismo conuersis, vel ex gentilitate credentibus, an forte ab infidelibus, qui nouam sectam consurgere & augeri mirantes, a Christo domino suo eos appellauerunt Christianos. In Scholastica vero historia dicit, quod a gentilibus conuersis prodierit institutio appellationis istius, quibus visum ẽ seq̃ces Christi, Christianos debere vocari, Quemadmodum in sectis philosophorum discipuli a magistris nomen speciale accipiũt, vt a Platone, Platonici. ⌊ In his autem diebus superuenerunt a Hierosolymis prophetæ Antiochiam ⌋. In primitiua nempe ecclesia multi spiritu fulserunt prophe-

Ioelis 2. tico, sicut. 2. capitulo, ex verbis Iohelis fuerat allegatũ In diebus illis super seruos meos, & ancillas meas effundam de spiritu meo & prophetabunt ⌊ Surgens autẽ vnus ex eis nomine Agabus ⌋ qui propter tam sancti cõuentus reuerentiam humiliter assurrexit, stansque loquutus est ⌊ significabat per spiritum ⌋ id est, per reuelationem spiritus sancti prædixit ⌊ famem magnam futurã in vniuerso orbe, q̃ facta ẽ sub Claudio ⌋ imperatore, scilicet, q̃rto ãno imperij eius, & fuit hęc fames p̃cipue ĩ Iudæa, vt ferť ĩ Ecclesiastica historia ⌊ Discipuli autem ⌋ existẽtes in Antiochia ⌊ put q̃sq; habebat ⌋ vnusq̃sq; iuxta suæ modulũ facultatis ⌊ ꝓposuerũt singuli ⌋ non seorsum, sed omnes pariter ⌊ in ministeriũ id est, ad vsus corporis necessarios ⌊ mittere ⌋ victualia, seu precium ad emendum ⌊ habitantibus in Iudęa fratribus ⌋ id est, Christianis ibidem, potissime in Hierusalem commanentibus, qui tanquam inter cæteros perfectissimi Apostolicam vitam ducentes omnia sua in principio vendiderunt, & ante apostolorum pedes p̃cijs positis in cõmuni vitã pauperẽ ducere sunt cõtẽti. Postea vero ab ĩfidelib⁹ Iudæis fuerãt spoliati q̃ aliq̃

adhuc habebant. Hinc Antiocheni fideles, & postea alij multi fecerũt collectas, quas suis tẽporib⁹ miserunt p̃fatis. De q̃ re in Epistolis Pauli multa leguñ. Fuitq; iustum vt gentiles facti pticipes spiritalium bonor̃ fideliũ Iudæor̃, de corporalibus suis substantijs recõpensã facerẽt eis tempore necessitatis, q̃d & Paulus, p minimo reputans, si nos (inquit) vobis spiritalia seminauimus magnum est si carnalia vestra metamus? ⌊ q; & fecerũt ⌋ bonum, ppositum effectui celeriter mancipantes, & malum inopiæ p̃uenientes ⌊ mittentes ad seniores ⌋ q̃ in ecclesia illa Hierusalem cæteris p̃fuerunt ac, quide runt ⌊ per manus Barnabæ & Sauli ⌋ qui erant nuncij fide digniſſimi. Miserunt itaq;, & cõtulit quilibet iuxta quod habuit, implentes illud Tobiæ. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue . Si autem exiguum, etiam exiguum libenter impartiri stude. Itaque in articulo necessitatis etiã filij parentibus thezaurizare seu prouidere tenentur. Nec ista prouisio obuiauit verbo Christi dicentis. Nolite soliciti esse de crastino, siquidem verbis illis immoderata cura, non ordinata prouidentia inhibetur. Nec tentandus est deus, sed piculis humano modo quantum congrue fieri potest est occurrendum.

1.Cor.16

1.Cor.9.

Tobi.4.

Matt.6.
Luc.12.

¶Expositio capituli duodecimi, Eodem tempore misit.

Artic. duodecimus.

EOdem tempore ⌋ de quo in fine p̃cedentis capituli dictum est ⌊ misit Herodes rex ⌋ filius Aristoboli filij Herodis Ascalonitæ cuius tempore natus est Christus, qui Herodes etiam pater fuit Herodis Antipæ a quo Ioannes baptista occisus est, & Christus in passione illusus. Porro Herodes de quo nunc fit sermo, interfector Iacobi Apostoli a Iosepho vocatur Agrippa. Habuitque filium nomine Agrippam qui ei successit in regno, de quo infra habetur ⌊ manus ⌋ id est, virtutem sui exercitus ⌊ vt affligeret quos-

dam de ecclesia ⌋primitiua. id est, q̃sdam Christianos. ⌊ Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio ⌋ i. occidi fecit, ante dies azymorum. ⌊ Videns autem quia placeret Iudæis ⌋ incredulis occisio Iacobi ⌊ apposuit apprehendere & Petrum ⌋ tanquam capitaneum Christianorum, vt amplius complaceret Iudæis. ⌊ Erant autẽ dies azymorꝫ ⌋ id ẽ paschalis festiuitatis, quando Iudæi septem diebus azymis panibus vescebantur, ĩfra quos dies Iudæi nõ faciliter aliquẽ occiderũt. ⌊ Quẽ cũ apprehendisset misit in carcerem tradens quatuor q̃terniónibus militum custodiendum ⌋ Sicut centurio appellatur qui centum præest militibus, ita quaternio q q̃tuor militibus præest. Sicꝫ sub his quatuor quaternionibus erãt sedecim milites, ac per hoc viginti simul fuerunt præter custodes carceris. Commisit enim tam multis custodiam Petri, ne aliqua arte effugeret, quia Herodes non ignorauit multa mirabilia facta fuisse a Petro, ideo caute fecit eum seruari, sicut & Iudas de Iesu dixit Iudæis. Ducite eum caute, ne, scilicet, vestris e manibus elabatur ⌊ volens post pascha producere eum populo ⌋ Iudæorum, vt occideretur ad voluntatẽ eorum. ⌊ Et Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo ⌋ quia magis necessarius fuit ecclesiæ tamquam princeps Apostolorum, & eminentior in operibus miraculorum. ⌊ Cum autem producturus eum esset Herodes ⌋ id est, populo præsentaturus ad mortem ⌊ in ipsa nocte ⌋ diẽ quo hoc facere voluit præcedente ⌊ erat Petrus dormiẽs iter duos milites, vinct⁹ catenis duab⁹, & custodes ante ostium custodiebãt carcerem. ⌋ Vnde cõstat eum sic custoditũ, quod humana via siue ĩdustria, nequiuit effugere. ⌊ Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo ⌋ angelus enim cũ splendido vultu apparens carcerem illustrauit, solus tamẽ Petrus lumen illud aspexit, miraculose deo id peragente, ne & alĩ illud viderent ⌊ Percusso ꝯ latere petri, excitauit eum dicens: Surge velociter, Et ceciderũt catenę de manibus eius. ⌋ angelo eas dissoluente. ⌊ Dixit autẽ

angelus ad eum, præcingere ⌋id est, cinge te. Vt enim Scholastica refert historia ex verbis Bedæ, petrus deposuit cingulum suum propter molestiam carceris, vt tunica circa pedes demissa temperaret frigus noctis. Quo datur exemplum deuotis, quod tempe corporalis molestiæ, atque angustiæ magnæ, liceat eis aliquid de propositi sui rigore laxare. Insuper secundum Cassianum quoniam Helias & petrus cingulis vsi leguntur, monachi in desertis cingulis vtebantur ⌊ & calcia te caligas tuas ⌋id est, calciamenta tua indue. Dicunt aliqui quod caliga genus sit calciamenti non habentis corium sup pedem, quod quidam sandalium vocant. Nunc autem caliga in alia significatione accipi solet. ⌊ Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens ⌋ carcerem ⌊ sequebatur eum ⌋ scilicet angelum. ⌊ & nesciebat quia verum est ⌋ id est, aliquid reale ⌊ q̃d per angelũ fiebat ⌋ scilicet eductio eius de carcere. ⌊ Existimabat autem se visum videre ⌋ .i. omnia ista putabat in imaginaria visione sibi monstrari, non realiter exhiberi. Ex quo apparet, q̃d non plenarie vigilauit, sed impfecte. Aliqui namq; in somno surgunt & gradiuntur. ⌊ Transeuntes autem primam ac secundã custodiã ⌋ .i. custodes p duo loca diuisos, seu duobus partitos ordinibus, ex omni enim parte adhibuerunt custodiam, ne aliqua industria petrus euaderet. Custodes autem somno fuerunt oppressi, aut tali cæcitate percussi, quali serui regis Syriæ sub Helisæo, aut alio simili modo diuina virtute detinebantur ne petrum egredientem sentirent, aut prohiberent ⌊ venerunt ad portã ferream ⌋ quæ putatur fuisse in atrio carceris atq; exterior ⌊ quæ ducit ad ciuitatem ⌋ Hierusalem. Ex q̃ elicitur, q̃d carcer extra vrbẽ fuit, aut in exteriore eius parte ⌊ quę vltro aperta est eis ⌋ potestate diuina atq; angelica. Nam & angelicis spiritibus materia corporalis obedit, quo ad motum localem. ⌊ Et exeuntes ⌋ per ferream portam ⌊ processerunt vicum vnum ⌋ vrbem intrando ⌊ & continuo discessit angelus ab eo ⌋ repente disparens. ⌊ Et petrus ad se reuersus ⌋ .i. compos men-

tis effectus,& ratione plenarie vtens⌊ dixit⌋Nũc scio vere⌋& experimentaliter ⌊quia misit dominus angelum suum: , & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis iudæorum⌋ In omnibus vtitur petrus stilo armato & eleganti,& frequenter difficili,sem perque sententioso.⌊ Consyderansque⌋ quomodo esset eductus,& vbi nunc esset,quoue diuerteret ⌊ venit ad domum Mariæ matris Iohannis qui cognominatus est Marcus⌋ fuitque consobrinus Barnabæ,non Marcus Euangelista⌊ vbi erant multi congregati ⌋mente & corpore tanquam deuotissimi ⌊ & orantes⌋inter cę tera pro petri liberatione.⌊ P ulsante autem eo, processit puella nomine Rhode. Et vt cognouit vocem petri præ gaudio non aperuit ianuam⌋cupiens fœminea festinatione lętum rumorem suis insinuare ⌊ sed intro currens,nunciauit P etrum stare ante ianuam. At illi dixerunt. Insanis⌋ tanquam illusa & ratione priuata. Hoc dixerunt attendendo ad naturalem rerum potentiam,per quam impossibile videbatur quod dicebatur. ⌊ Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dixerunt. Angelus eius est⌋Ex hoc loco atque ex alijs multis probatur quemlibet hominem habere angelum sanctum custodem, qui etiam vicissim apparent in specie eorum,quibus sunt deputati.⌊ P etrus autem perseuerabat pulsans ⌋ more eorum qui educti clam de captiuitate,non libenterdiu stant extra domum.⌊ Cum autem aperuissent ostium , viderunt eum, & obstupuerunt⌋ viso tam miraculoso effectu,& causan nondum scientes⌊ Annuens autem eis manu,vt tacerent⌋ne eorum strepitu & clamore gaudioso petri præsentia perciperetur,& vt miraculum cum silentio modeste aduerterent ⌊ narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere⌋per angelum. ⌊ Dixitq;.Nunciate Iacobo⌋scilicet episcopo Christianorum in Hierusalem⌊ & fratribus hæc⌋vt sciant se exauditos,& deo gratias agãt atque lętentur in domino⌊ Et egressus ⌋de Hierusalem eadem nocte⌊ abijt in alium locum. Facta autem die⌋ quo Herodes decreuit petrum producere populo⌊ erat

non parua turbatio inter milites quidnam factum esset de petro ⌋quomodo abisset. Timebant autem ne Herodes tali pœna eos afficeret, quali petrum afficere cogitauit. ⌊Herodes autem cum requisisset eum⌋ scilicet petrum ⌊ & non inuenisset⌋ nam & portæ & ianuæ apertæ inuentæ fuerunt vt creditur, cum hoc de porta ferrea apte dicatur ⌊ inquisitione facta de custodibus⌋ .i. diligenter, sciscitatus ab eis, quomodo petrus euasisset ⌊ iussit eos addici, ⌋ id est, carceri mancipari, vel duci (vt aliqui textus habent) id est, sibi præsentari ad puniendum eos de negligentia, Non tñ nocuit eis postea vt decreuit, domino prouidente, ne petri ereptio, fieret alijs mortis occasio. Herodes enim morte fuit præuentus vt subditur. ⌊ Descendensque a Iudæa in Cęsareã⌋ Palestinæ, secundum Bedam ⌊ ibi moratus est ⌋ ad debellandum aduersarios suos. ⌊ Erat autem iratus Tyrijs & Sidonijs. At illi vnanimes venerunt ad eum⌋ vt ei reconciliarentur, quasi resistere non valentes ⌊ & persuaso⌋ id est, informato ⌊ Blasto qui erat super cubiculum regis⌋ id est, cubicularius eius ⌊ postulauerũt pacem⌋ per Blastum, qui loquebatur pro eis ⌊ eo quod alerentur regiones eorum ab illo⌋ id est, de bonis terræ Herodis, qa angustæ erant eorũ prouinciæ, nec poterant tam vicini regis, Cęsari chariſſimi, inimicitias ferre. ⌊ Statuto autem die⌋ id est, ab Herode præfixo ad loquendum Tyrijs atq; Sidonijs ⌊ Herodes vestitus veste regali sedit pro tribunali⌋ ad ferendum sententiã ⌊ & concionabatur ad eos⌋ .i. blandis, ornatis, egregijs verbis loquutus est eis. ⌊ Populus autẽ acclamauit⌋ Herodi ⌊ dei voces & non hois⌋ quas audimus, sunt. Et sic diuinis præconijs non humanis eum laudabant, ascribentes ei diuinitatem quandam, & laudem deo solummodo debitam ⌊ Confestim autem percussit eum angelus domini⌋ id est, intus plagauit grauissimo vẽtris dolore ⌊ eo quod non dedisset honorem deo; ⌋ p̃cepta sibi blasphemanter ascripta spernendo, seq; humiliando, & deo vero talia ascribendo ⌊ & consumptus a vermibus, qui intra eum oriebantur putrescentibus carnibus

eius ⌊ expirauit ⌋ infra quinque dies ſecundum Ioſephum. ⌊ Verbum autem domini creſcebat & multiplicabatur ⌋ id eſt, Herode fidei perſequutore occiſo Euangelica prædicatio circumquaque diffundebatur, & plurimi conuertebantur. ⌊ Barnabas autem & paulus reuerſi ſunt ⌋ Antiochiam ⌊ ab Hieroſolymis, expleto miniſterio ⌋ .i. allatis ibi eleemoſynis ſeu collectis ab Antiochia miſſis, ſicut in fine præcedentis capituli ſcriptum eſt ⌊ aſſumpto Iohanne q cognominatus eſt Marcus ⌋ de quo in iſto capitulo dictum eſt.

Elucidatio capituli decimi tertij.

Erant autem in eccleſia.

Articulus decimus tertius.

ERant autem in eccleſia quæ erat Antiochiæ prophetæ & doctores ⌋ quemadmodum ſcribit apoſtolus, in primitiua eccleſia fuerunt diuerſa dona gratiarum, officiorum & ſtatuum, iuxta illud .1. ad Cor. 12. Quoſdam poſuit deus in eccleſia, primo apoſtolos, deinde, pphetas, tertio doctores. Itaq; prophetæ vocati ſunt, propt reuelationem futuroꝝ. Doctores propter ſcripturarum interpretationem, populoꝝ informationem, ꝑteritorum enarrationem. R ōt q̊q; ad eoſdem referri. Nā quidam eorū prophetæ erant pariter & doctores ⌊ in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger ⌋ ad diſtinctionem Simonis petri. Et dictus eſt niger, vel a colore, ſi niger ſumatur latine. Vel quaſi aſcēdens a virtute ſcilicet in virtutem, ſi Niger ſit nomen Hebræum. Niger enim quādoq; Hebræum eſt, & interpretat aſcendens. Veruntamen aliqui ſortiti ſunt huiuſcemodi noīa abſq; inexiſtētia, pprietatis actionis ſeu q̄litatis deſignatæ p ipſum, imo aliq a contrario ſenſu noīa ſortiuntur ⌊ & Lucius Cyrenenſis ⌋ a Cyrene ciuitate ſic appellatus. ⌊ & Manachen ⌋, qui erat Herodis tetrarchæ ⌋ qui vocatus eſt Herodes Antipas quē Chriſtus nominat vulpem, & decollauit Iohannem ⌊ collactaneus ⌋ .i. eodem cum eo lacte educatus ⌊ & Saulus. Miniſtrantibus autem illis domino ⌋ in actibus virtuo

fis, in obseruantijs præceporum & consiliorum, in conuersione aliorum [& ieiunantibus] vt caro per omnia castigaretur, atque in seruitutem spiritus redigeretur mensque in spiritalibus ditaretur, & ad contemplanda erigeretur superna. Quanta nempe sit virtus ieiunij liquet ex eo, quod de durissimo malignorum spirituum genere ait Saluator. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Denique (sicut in præfatione cantatur) deus corporali ieiunio vicia cõ primit, mentem eleuat, virtutes largitur & premia. To biæ quoque Raphael angelus protestatur. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna [dixit spiritus sanctus] vel per inspirationem internam, vel per aliquem prophetarum istorum, siue per angelum. [Segregate mihi] .i. ad meum honorem a vestra societate, seu grege vestro corporaliter atque localiter separate [Barnabam & Saulum, in opus ad quod assumpsi eos] id est, ad prædicandũ in gentibus ad quod eos elegi, conuerti, & mihi per gratiam iunxi. Vnde ad Romanos primo apostolus de se loquitur. Paulus segregatus in Euangelium [Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque illis manus, dimiserunt eos] vt irent euangelizare in gentibus. Verum quia hic dicitur, quod imposuerunt eis manus, videlicet in modum ordinandorum in sacerdotium, dicunt nonnulli, & habetur in Scholastica historia, quod præfati sancti in Antiochia, audito spiritus sancti consilio, orantes pro paulo & Barnaba, miserunt eos Hierusalem ad Petrum Iacobum, & Iohannẽ tunc existentes ibidem. Qui audito spiritus sancti mandato gauisi sunt, imposuerunt q; eis manus, qm̃ manuũ impositio ad apostolos ptinebat. Sed qnoniam litera non videt hoc velle, alij opinãt, q̃d iam in Aantiochena ecclesia fuerunt qdam episcopi ab apostolis ordinati ad regendam multitudinem fideliũ, q tunc ibidem vchemẽter multiplicati fuerunt. Episcopi ãt sunt apostolorum successores, iccirco ad eorum officiũ spectat impositio manuum, potuerunt q; Paulo & Barnabæ manus imponere. Vtrum autem præter impositionem manuum aliã Tobi. 12.

ordinatiõis ſolemnitatem circa eos celebrauerint, tres prædicti apoſtoli, ſiue alĩ quicunque epiſcopi, non eſt certum, vt Scholaſtica ait hiſtoria, quæ etiam perhibet quod nec de apoſtolorum ordinatione aliquid legitur vel quod Chriſtus eis manus impoſuit. De petro tamen certum habetur, quod Antiochiæ celebrauerit miſſam. Sed potuit apoſtolis pro ordinatione ſufficere quia dictum eſt eis a domino, hoc facite in meam commemorationem, & licet tunc non interfuerint Paulus & Barnabas, tamen quia poſtea electi ſunt ad apoſtolatum cõſilio, imo præcepto ſpiritus ſancti, forſan in hoc cum aliĩs apoſtolis fuerunt priuilegiati, nec alia ordinationis ſolemnitas circa eos celebrata eſt, & multi in primitiua eccleſia ſine hac ſolemnitate ordinationis, ad ſacerdotium ſunt promoti, etiam multi laici ſine diaconio & præcedentibus ordinibus, facti ſunt ſacerdotes. Inſuper Beda hic ait. Videtur Saulus iuxta hiſtoriæ ordinẽ tertiodecimo poſt domini paſſionem anno apoſtolatum cum Barnaba, Paulicq; accepiſſe vocabulum. Quartodecimo autem anno iuxta condictum Iacobi, Cephæ ſcilicet petri, & iohannis ad gentium magiſterium fuiſſe profectum, nec hiſtoria Eccleſiaſtica repugnat, dicens apoſtolis præceptum fuiſſe, vt annis duodecim in iudæa prædicarent, quia duodecimo anno non ſtatim reliquerunt iudæam, ſed decimo tertio exire cœperunt, & paulatim egreſſi ſunt. ⌊ Et ipſi ⌋ ſcilicet Paulus & Barnabas ⌊ miſſi a ſpiritu ſancto, abierunt Seleutiam ⌋ quæ eſt ciuitas Syriæ maritima a Seleuco rege Aſiæ de quo ſecundo Machabæorum habetur conſtructa, & nominata vt dicitur ⌊ & inde nauigauerunt Cyprum ⌋ inſulam ſupra memoratam ⌊ & cum veniſſent Salaminam ⌋ vrbẽ Cypri in qua Barnabas natus & paſſus fertur, nũc Conſtantiam dictam ſecundum Bedam, quę et ſita eſt in parte illius inſulæ orientali, reſpiciens Syriã ⌊ p̃dicabant verbũ dei in Synagoga iudæorũ ⌋ quibus v̄bum dei fuerat primo denunciãdum, ſecundum q̃d infra paulus fatet. Vobis optebat primũ loqui v̄bum dei Porro ſc̃d'm Bedam, vbicunq; dicitur in Synagoga, in-

sinuatur factū in ciuitate q̄d legit. ⌊ Habebāt autem & Ioannem in ministerio ⌋ suæ p̄dicationis. Iste est Ioannes cognominatus Marcus, de quo præcedentibus capitulis dictum est. ⌊ Et cum perambulassent vniuersam insulam ⌋ Cypri ⌊ vsque Paphum ⌋ occidentalem insulæ vrbem. Paphus secundum Bedam est ciuitas Cypri maritima iuxta insulam Veneris, quondam carminibus poetarum famosa, quæ frequenti terræmotu lapsa, nunc ruinarum vestigiis, quid olim fuerit ostendit ⌊ inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetam ⌋ qui opera magica arte facta, dixit diuina ⌊ Iudæorum, cui nomen erat Barien, qui erat cum procōsule Sergio Paulo viro prudente ⌋ qui fuit magnæ dignitatis & proconsul, id est, secundus a consule, cui causa quæstus, & ambitione honoris coniunxit se magus ad deceptionem ipsius. ⌊ Hic accersitis Barnaba & Paulo desyderabat audire verbum dei. Resistebat autem illis Elymas magus, sic enim interpretatur nomen eius, quærens auerterte proconsulem a fide. ⌋ Christiana, per q̄ illius magicæ artes confondebantur. Horum duorum nominum, scilicet, Elymas & magus, vnum est interpretatio alterius. Elymas enim secundum Scholasticā historiam interpretatur magus, sicque commune nomē maleficorum appropriatum est huic. Alij dicunt quod Elymas interpretat̄ dei mei mensura, vel sensus, sicq; iste fecerit se vocari, vt dei nuncius crederetur, & ita nomen Barien, præfato modo exponitur Elymas, hac de causa. ⌊ Saulus autem qui & Paulus repletus spiritu sancto, intuens in eum dixit. ⌋ Hoc loco Saulus, primo vocatur Paulus, estque hoc nomen sortitus secundum multos sanctorum doctorum a Paulo proconsule quem conuertit. Homines enim aliquando consueuerunt nomina ex aliquo notabili facto sortiri. Verumtamen secundum Origenem semper fuit binomius, vñ iā dicit̄ Saul⁹ qui & Paulus. Quasi dicat. Vtroque vocatus est nomine. Vel post suam ad Christū conuersionem, vocauit se paulum, quasi humilem & modicum. ⌊ O plene omni dolo & oī fallacia ⌋ quia verbis & ope

psalm.5. ribus fraudulentus. Virum autem sanguinum & dolo
Esai.32. sum abominabitur dominus. Et Esaia testante, Fraudu
lenti vasa sunt pessima⌊ fili diaboli⌋ per imitationem
Sapien.2. doli & viciorum, iuxta illud Sapientiæ. Imitantur illũ
Ioan.8. qui sunt ex parte ipsius. Hinc Ioannis octauo ait Salua
tor iudæis. Vos ex patre diabolo estis ⌊inimice omnis
iusticiæ⌋ legis naturalis, legis scriptæ, legisque Euan-
gelicæ⌊ non desinis subuertere vias domini rectas⌋ i.
diuina præcepta, documenta, consilia, quantum in te
est cõculcas, atq; ab alijs tollis, & praue exponis. Huius
magi meminit in libro de diuinis nominibus (puto)
diuinus Dionysius, asserens stultam fuisse obiectio-
2.Timot.2 nem quam verbis Pauli obiecit, quibus Paulus affir-
mat ad Timotheum, deus seipsum negare non potest, et
arguit Elimas, quod secundum hoc, deus non esset om-
nipotens, quasi veritatem negare, mentiri, peccare, po
tentiæ, & non potius impotentiæ atque miseriæ esset.
⌊ Et nunc ecce manus domini super te⌋ id est, diuina
potestas te puniet ⌊ & eris cæcus non videns solem⌋
nec lumen eius⌊ vsque ad tempus⌋ vt per tuam corpo
ream cæcitatem, innotescat spiritalis cæcitas tuæ men
tis. Et vt intus priuatus es luce atque iutuitu solis iu
sticiæ, scilicet, Christi, sic foris priuaberis materialis
solis aspectu. ⌊ Et confestim cecidit in eum caligo &
tenebræ⌋ scilicet, in instanti. Virtus enim dei cum sit
infinita operatur in instanti. Quod item factum est ad
declarandum quod excæcatio illa miraculosa fuit non
naturalis ⌊ & circuiens quærebat, qui ei manum da-
ret ⌋ territus enim fuit sentiens plagam dei, & instar
cæcorum in gyro se vertit quærens ducatum & susten-
tationem ne laberetur in præceps. ⌊ Tunc proconsul
cum vidisset factum⌋ tam miraculosum ⌊credidit, ad-
mirans super doctrina domini ⌋ id est, altitudinem sa
pientiæ Christianæ, & virtutem miraculorum quibus
confirmabatur. Nouerat enim tamquam vir prudens
quod deus fons veritatis, non perhibeat testimoniũ
falsitati, ideo cernens apostolorum istorum doctrinã
huiuscemodi miraculo confirmari, mox credidit &

magum abiecit. ⌊ Et cum a Papho nauigassent Paulus & qui cum illo erant ⌋ scilicet, Barnabas, Ioānes, & forsitan plures. Nam & id credi potest, quod aliqui de ministris proconsulis eius conuersione & instructione inducti, pariter sint conuersi ⌊ veneruut Pergen Pāphyliæ. ⌋ Pergen est maritima ciuitas prouinciæ Asiæ, quæ prouincia vocatur Pamphylia iuxta Bedam. ⌊ Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Hierosolymam. ⌋ De causa suæ absessionis infra dicetur ⌊ Illi vero ⌋ scilicet, paulus & Barnabas ⌊ pertranseuntes pergen, venerunt Antiochiam pisidiæ. ⌋ pisidia est prouincia asiæ, & Antiochia sita in ea, alia est ab antiochia Syriæ supra memorata & in scripturis celebriori, quæ olim Reblatha, & Remath magna dicebatur. ⌊ Et ingressi Synagogam die sabbatorum sederunt. ⌋ quasi vere mansueti ad audiendum verbum dei, & prompti ad prædicandum. ⌊ Post lectionem aūt legis & ꝓphetarum, miserunt principes Synagogæ ⌋ videlicet, prælati inter Iudæos ⌊ ad eos dicentes. Viri fratres, si qs est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. ⌋ Ex ipso enim apparatu, probitate & grauitate pauli & Banabæ, considerauerunt eos esse viros religiosos ac sapientes. Siquidem sapientia hominis lucet in facie eius. ⌊ Surgens autem paulus ⌋ principibus & toti congregationi honorem impendens ⌊ & manu silentium indicens ⌋ vt attentius audiretur ⌊ ait. Viri Israelitæ, & qui timetis deum audite. ⌋ His verbis beneuolentiam eorum captat, vt fructuosius audiatur. ⌊ Deus plæbis Israel elegit patres nostros ⌋ ab æterno, & tempore diuinitus præstituto effectus gratiosos huius electionis impertitus est eis ⌊ & plæbem ⌋ israeliticam ⌊ exaltauit cum essent incolæ in terra ægypti ⌋ Nam tempore Ioseph & etiam tempore eductionis per Moysen, & paulo ante fuerunt ibidem honorifice sublimati ⌊ & per quadraginta annorum tempus, sustinuit mores eorum i deserto ⌋ mores inquam peruersos, murmurationes et rebelliones, quandoq; tamen satis acriter correxit quosdam eorum, sed totam gentē

Exod. 16. Num. 32. Deut. 29.

non deleuit ⌊& destruens⌋partim occidendo, partim fugando, partim in captiuitatem redigendo ⌊in terra Chanaan septem gentes⌋.i. totidem nationes filiorum
Esa.123. Cham, vtpote Chananæos. Amorræos. Euæos, Iebusæos, Pheresæos, Ethæos, & Gergesæos ⌊sorte⌋.i. p sor-
psal.77. tium missionem ⌊diuisit eis terram eorum⌋ per manus Iosue, Eleazari, & principum tribuum filiorum Israel. sicut in Iosue legitur. Duabus tamen tribubus accidit media ante per Moysen fuit diuisa pars terræ trans Iordanem ⌊quasi post quadringentos & quinquaginta annos.⌋ Computatio annorum istorum secundum Bedam atq; Scholasticam historiam inchoatur a natiuitate Isaac, a qua vsque ad exitum Israel de Aegypto fluxerunt anni quadringenti & quinq;, quibus iungun tur quadraginta anni quibus in solitudine erant, & qn que in terra Chanaan, post quos quieuit terra a præliis. tuncq; diuisa est terra, sicut in libro Iosue legitur. ⌊Et post hæc dedit iudices⌋quorum primus fuit Othoniel frater Caleph minor, vt scribitur Iudicum.3.
1. Reg.7. ⌊vsq; ad Samuel prophetam⌋inclusiue, quia & ipe iudex fuit Israeliticæ plebis. ⌊Et exinde postulauerunt
1.Reg.8. regem⌋nam filij Samuelis iudices a patre suo constitu
1.Reg.10 ti post auariciam declinauerunt, vt primo Regum habetur ⌊& dedit eis Saul filium Cis virum de tribu Beniamin⌋quo pro tunc non erat inter filios Israel melior. ⌊Et amoto illo⌋a regno propter sua peccata, quia in eo honores mutauerunt mores ⌊suscitauit illis Dauid Regem, cui testimonium perhibens dixit. Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum⌋.i. mihi placentem, seu meæ voluntati conformen, in donis naturæ & gratiæ bene dispositum ⌊qui faciet omnes voluntates meas⌋id est, volita a me impletis, & mihi obedier. Non talem deus istum improuise inuenit, sed vt talem eum inueniret, prius per gratiam talem fecit, imo ab æterno prædestinauit se illum talem facturum, quo facto talem inuenit qualem voluit & exegit. Et ista est præclarissima laus sancti Dauid. Quid

enim nobilius voluntati creatæ, quam increatæ dei sui voluntati esse conformem, cum & amicorum sit eadem velle & nolle ⌊ Huius deus ex semine ⌋ id est, ex semine Dauid ⌊ secundum promissionem ⌋ factam ipsi Dauid ⌊ eduxit ⌋ per generationē ex virgine ⌊ Israel ⌋ id est, ad salutem populi Israel ⌊ saluatorem Iesum ⌋ qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, vt dicitur ad Romanos primo ⌊ prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius ⌋ id est, ante manifestam Christi prædicationem & apparitionem, qua per miracula se dei filium declarauit ⌊ baptismum pœnitentiæ ⌋ id est, dispositiuum ad pœnitentiam, & in quo Iudæi sua confitebantur peccata, non confessione sacramentali, sed generali ⌊ omni populo Israel ⌋ qui venit ad eum. ⌊ Cum autem impleret Ioannes cursum suum ⌋ id est, circa finem suæ prædicationis morti propinquans ⌊ dixit ⌋ Iudæis. ⌊ Quem me arbitramini esse non sum ego ⌋ id est, non sum Christus sicut putatis. Hoc enim superiores & inferiores Iudæorum concorditer existimabant, propter sanctissimam conuersationem Ioannis ⌊ Sed ecce venit post me ⌋ ad prædicandum & baptizandum per suos discipulos. Christus etiam natus est post Ioannem ⌊ cuius non sum dignus soluere calciamenta pedum eius ⌋ id est, nec in minimo dignus sū ei exhibere obsequium, eo quod incomparabiliter sit maior me secundum diuinam naturam, & secundum assumptam quoque, vt verbo immediate suppositaliter que vnitam, & omni gratia secundum totam capacitatem mentis creatæ repletam quasi ineffabiliter maior est me, quia toto vniuerso præstantior. Vnde ad Christi maiestatem habendo respectū nō fuit Ioannes dignꝰ ad id, Veruntamen cosyderando Ioannis obsequium, vt ex charitate, & actuali motione spiritus sancti proceedens, meritoriū fuit vitæ æternæ etiam de cōdigno scd'm multos doctores, & q̄ ad id, dignꝰ fuit dūm Iesum baptizare, imo sic deuotꝰ sacerdos dignus ē corpus eius et sanguinē cōsecrare, tractare, & sumere, ad quod ne-

Roman. 1.

Lucæ. 3.

Lucæ. 3.

Luçæ. 3.

mo condignus est, si ad Christi dignitatem habeatur duntaxat respectus. Postremo verbis his non datur intelligi, quod Christus vsus sit calcijs, quem constat nudis pedibus incessisse, sed est modus loquendi Hebræorum. ⌊ Viri fratres, filij generis ⌋ .i. tribus ⌊ Abrahã, & qui in vobis timent deum ⌋ quod referri potest ad conuersos ad Iudaismum ⌊ vobis verbum ⌋ .i. prædicatio ⌊ salutis huius missum est ⌋ vel verbum salutis huius, i. verbum dei incarnatum, humanæ actor salutis missum primo specialiter ac principaliter, ita vt ipse met Christus restatus sit, non sum missus nisi ad oues domus Israel quæ perierunt. Discipulis quoque præcepit. In viam gentium ne abieritis, sed ad oues perditas domus Israel. ⌊ Qui enim habitant Hierusalem ⌋ puta vulgares ⌊ & principes eius hunc ⌋ Iesum ⌊ ignorantes ⌋ esse Messiam. Quod quomodo verum sit tactum est tertio capitulo super id, scio fratres, quia per ignorantiam peccastis, sicut & principes vestri ⌊ & voces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur ⌋ in Synagogis seu scholis eorum, quia verba prophetarum de Christo non intellexerunt ⌊ iudicantes ⌋ quod morte esset condignus ⌊ impleuerunt ⌋ quæ de Christi passione prophetata fuerunt. ⌊ Et nullam causam mortis inuenientes in eo ⌋ secundum veritatem ⌊ petierunt a Pilato vt interficerent eum ⌋ id est, ex eius sententia per milites interfici facerent, quod & fecerunt. ⌊ Cumque consummassent omnia quæ de eo scripta erant ⌋ videlicet de eius comprehensione, ligatione, consputione, passione ⌊ deponentes eum de ligno, posuerunt in monumento ⌋ non vtique ijdem numero interfecerunt & deposuerunt, ac sepelierunt, sed illud impij, hoc iusti, videlicet Ioseph ab Arimathia, & Nicodemus. Vere scriptura more solito loquitur de diuersis quasi de eisdem, sicut in Psalmo: Cumoccideret eos quærebant eum. Et item: Et non recessit retro cor nostrum & declinasti semitas nostras a via tua. ⌊ Deus vero suscitauit eum a mortuis tertia die, qui visus est per dies multos, his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hi

Ioan. 18. 19

Mar. 15
Luc. 23

psal. 77
Mat. 16
Mar. 8.
Luc. 9.

erusalem] scilicet viris ac fœminis præsertim Apostolis, prout dictum est primo capitulo. Post passionem suam per dies quadraginta apparens eis [qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem] quod ipse sit Christus pro hominibus crucifixus & suscitatus. [Et nos vobis annunciamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est] de Christi aduentu, & saluatione generis humani per ipsum [quoniam hanc deus adimpleuit filijs nostris] i. Iudæis qui nunc sunt scilicet ad eorum salutem, qui si in Christum crediderint immaculateque vixerint, non habebunt necesse ad lymbum descēdere, vt patres eorum quantumlibet sancti, sed morientes mox euolabunt [resuscitans Iesum sicut & in Psalmo secundo scriptum est] dicente patre ad Christum. [Filius meus es tu] non adoptiuus sed naturalis [ego hodie] id est, in æternitatis inuariabili, idiuisilibiq; momento [genui te] generatione immateriali, & intellectuali. Authoritas ista supra allegata est atque exposita, quam hic inducit Apostolus, non ad probandū Christi resuscitationem, sed diuinitatem, de qua iam fuit locutus. De suscitatione vero subiungit. [Quod autem suscitauit eum a mortuis, amplius non reuersurum in corruptionem] hoc est ad vitam immortalem & impassibilem [ita dicit] per Esaiam, secundum translationem septuaginta interpretum. [Quia dabo vobis Dauid sancta fidelia] id est, quæcunque ipsi Dauid de Christo promisi, vel per ipsum de Christo loquutus sum, vobis fideliter adimplebo. Loco cuius nostra translatio habet. Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. [Ideoque & alibi dicit] puta in Psalmo, ipse Dauid ad patrem de Christi resurrectione vaticinans. [Non dabis sanctum tuum videre corruptionem] id est, corpus Christi, sancti sanctorum non permittes in sepulchro resolui, aut incinerari. Istud secundo capitulo plenius fuit expositum. Porro quod hoc de Christo, non de Dauid prædictum sit, probat Apostolus. [Dauid enim in sua generatione cum administrasset voluntati dei] ei fideli-

Rom. 9.

Esa. 55

psalm. 15

ter obediendo, atq; secundum ipsius voluntatem popu lum Israel gubernando ⌊ dormiuit & appositus est ad patres suos ⌋ quia scām corpus cum eis sub terra defos sus, & quo ad animam cum eorū spiritibus in lymbo lo catus ⌊ & vidit corruptionem ⌋ .i. corpus eius, in pul- ueres est redactum. ⌊ Quem vero deus suscitauit a mor tuis ⌋ tertia die, vt dictum est ⌊ non vidit corruptio- nem ⌋ id est, corpus eius post animæ recessum nō est re solutum. ⌊ Notum ergo vobis sit viri fratres, quia per hunc ⌋ tanquam per saluatorem, & mediatorem dei ac hominum Iesum Christum ⌊ vobis remissio peccatorū annunciatur ⌋ ita quod eius passione, virtute, ac meri- to estis saluati, dummodo in ipsum credatis & charita te iungamini, vt virtus & meritum passionis suæ vo- bis per sacramenta Euangelicæ legis applicetur ⌊ ab omnibus ⌋ scilicet peccatis purgatio ⌊ a quibus non po tuistis in lege Moysi iustificari ⌋ id est, mundari per sa- crificia legis, neque per ipsam legem quia lex illa non contulit nec contulit gratiam, sicut lex noua inquan- tum includit Euangelica sacramenta gratiæ significati ua, contentiua, & effectiua. Efficiunt etenim quod desi

Hebræ. 7 gnant. Hinc ad Hebræos multa scribit Apostolus. Ni-

Esai. 1. hil inquiens ad perfectum adduxit lex, Et impossibile est sanguine hircorum & vitulorum auferri peccata. Illa enim sacrificia non ex se erant accepta, sed ex offe rentium deuotione. In veteri quoque testamento non fuit remedium contra reatum originalis peccati, quo ad patriæ ingressum, sed omnes electi illi descenderunt in lymbum. Electi quoque qui tunc iustificabantur, nō per legem, sed per fidem Christi futuri, tunc iustificati noscuntur. Hinc subditur: ⌊ In hoc enim omnis qui cre dit iustificatur ⌋ id est, omnis qui per fidem formatam Christo vnitur seu incorporatur, virtutis & meriti suæ salutiferæ passionis consors particepsque efficitur Ipse enim est in quo domin⁹ posuit iniquitatem omni um nostrum, qui satisfecit pro nobis cum disciplina

Esai. 53. pacis nostræ fuit super eum, cuius liuore sanati sumus, qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in san-

guine suo. Sed caput membris non influit nec ipsa viui ficantur ab ipso nisi ijdem connectantur, ita vitam gratiæ, motumq; virtutum a Christo non sortitur, qui ei per fidem & charitatem non coniuntur. ⌊ Videte ergo ne suprueniat vobis, quod dictum est in prophetis ⌋. i. ne pœna prophetice prænunciata vos apprehendat. abac. 1.
Quid vero sit dictum in prophetis, adiecit. ⌊ Videte cõtemptores & admiramini & disperdimini, quia op⁹ ego operor in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarrauerit vobis. ⌋ Istam scripturam allegat Lucas secundum translationem septuaginta, qua suo tempore vtebatur ecclesia, & Abacuk primo habetur quod allegat. abac. 1.
Nostra quoque sic habet translatio. Aspicite ingentibus & videte & admiramini, & obstupescite, qa opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum enarrabitur. Loquitur autem propheta ad literã de captiuitate & punitione Iudæorum per Chaldæos, abac. 1.
quam sibi imminere credere noluerunt prænuncianti bus id prophetis. Hortatur ergo Apostolus Iudæos, ne sicut illi Iudæi ob suam incredulitatem & peruersitatem inciderunt maximam calamitatem Chaldæorũq; rabiem, sic ipsi incidant similem pœnam & manus Romanorum, vel potius dæmonum, qui per Chaldęos spiritaliter designantur. Itaque sensus est. Videte & præcauete o contemptores verborum dei & promissionis diuinæ, & admiramini de magnitudine vestri periculi, & disperdimini per vicia & errores, itemq; per captiuitatem hanc vltimam, qua vagi estis in nationib⁹, qa opus ego operor in diebus vestris, videlicet saluationem generis humani ꝑ Chr̃m, seu incarnationẽ, passionem, resurrectionem & ascensionem ipsius, quod non credetis si qs enarrauerit vobis. Nã ꝑ maiori ꝑte manserunt increduli. Põt q̊q; hoc opus intelligi pœna eis inflicta eo q̊d non susceperunt Chr̃m. ⌊ Exeuntibus aũt illis ⌋ videlicet Paulo & Barnaba Synagogã ⌊ rogabãt principes Synagogæ, vt sequẽti sabbato loquerent̃ sibi hæc ẏba. ⌋ Quidã existimãt q̊d maliciose id rogauerũt tanq̃ ĩdignãtes de hoc q̊d Paul⁹ dixit eos in lege Moy-

si non posse iustificari, iccirco volebant hoc rursus ab eo audire, vt maiorem contra eum occasionem haberent. Vñ & sequenti sabbato in euidentem p roruperũt maliciã. Forte tñ bono id aĩo p̃cabant vt de tã nouo rumore ac magno negocio plenius instruerent. Postea tñ subuersi fuerunt. ⌊Cum autem dimissa esset Synagoga⌋ .i. cõuentus solutus vnoq̃q; ad propria remeante ⌊secuti sunt multi Iudæor; & colentium⌋ deum ⌊aduenar; Paulum & Barnabã⌋ vt eor; p̃dicationibus certius imbuerent. Aduenę ẏo deum colentes intelligunt q natione erant gentiles, sed religione Iudæi seu ad Iudaismum conuersi, q proselyti dicebant, vel Iudæi de dispsione venientes ⌊q⌋ puta Apostoli ⌊loquentes persuadebant eis, vt pmanerent in gra dei⌋ .i. in fide Christi misericorditer iustificari exquirerent, non in obseruantijs legis. Dei q̃q; gratioso auxilio inniterent, non legis iusticiæ. Aliqui autem dicunt istos iam credidisse in Christum, ideoq; moneri, vt in ea fide pmaneãt fixi. ⌊Sequenti ẏo sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit audire ẏbum dei⌋ a Paulo & Barnaba. q̃r; infra hosdies inter medios percrebuit fama atq; innotuit. ⌊Videntes autem turbas⌋ gentilium horum ⌊Iudæi, repleti sunt zelo⌋ inuidiæ contra apostolos ⌊& cõtradicebant his q̃ a Paulo dicebantur⌋ de Christo ⌊blasphemãtes⌋ dicendo q̃d Iesus Nazarænus non esset verus Christus. ⌊Tũc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei⌋ id est, Euangelicam prædicationem proponere, quia vt dictum est sæpe, Christus atq; apostoli primo directi sunt ad Iudęorum conuersionem, quibus prophetĩcæ promissiones tanquam populo peculiari p̃sertim factæ fuerunt ⌊sed quoniam repulistis illud⌋ obstinato aĩo veritati Euangelicæ contradicendo ⌊& indignos vos iudicastis⌋ id est, facto peruerso indignos monstrastis ⌊vitæternæ⌋ quæ est beatitudo vera per Christum reparata ⌊ecce conuertimur ad gentes⌋ instruendas & conuertendas. Itaque Iudæorum infidelitas, obstinatio, rebellio, fuit occasio instructionis, illuminationis,

saluationisque gentium. Propter quod ad Romanos scribit Apostolus. Delictum eorum salus est gentibus. Quod si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quantomagis plenitudo eorꝝ? ⌊Sic em̄ p̄cepit nobis dn̄s⌋ vt Iudæis obstinatis relictis, procedamus ad gentes, ad quod authoritatem Esaiæ.49. scriptam allegat. ⌊Posui te in lumen gentibus⌋ id est, ad gentilium illuminationem te ordinaui ⌊vt sis in salutem⌋ cunctis credentibus ⌊vsq; ad extremum terræ⌋ id est, per omnes terminos mundi. Vnde & Symeon loquens de Christo confessus est deo patri. Viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti an̄ faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium. Et Psalmista. Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Sed cū hæc ꝟba sint literaliter dicta de Christo, quomodo Apostoli ea commemorant tanq̄ de ipsis prolata? Ad q̊d Beda respōdet. Quod de Christo specialiter dictum est, hoc iam sibi dictum arbitrantur Apostoli, membra, scilicet, illius esse se recolentes, sicut etiam ipse propter eiusdem corporis vnionem dixit. Saule Saule quid me persequeris? Tanta em̄ est vnio capitis & mēbroꝝ. Potest & aliter respōderi quod licet hæc verba de Christo pronuncientur ad literam, quoniam tamen exequutioni mancipata non sunt nisi per perædicationem Apostolorum, iccirco Apostoli congruenter ea de se dicta fatentur. Præterea vt ista authoritas clarius intelligatur pensandum, quod prætacto Esaiæ capitulo, cum vaticinio illuminationis gentium excæcatio Iudæoꝝ in Christi aduentu apertissime prænunciatur. Sic nempe Christus ait ibidē. Et nūc hæc dicit dominus formās me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur. Quid enim est Israel non congregabitur, nisi non conuertetur, nec intra electorum ecclesiam colligetur? Deinde loquitur Christus. Et glorificatus sum in oculis domini & dixit paꝝ est, vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fæceas Isrel conuertendas. Dedi te in lucem gentibus, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ

Rom.11

Lucæ.2.

Esai.52.

Esai.49.

Esai.49.

Esai.49.

⌊Audientes autem gentes⌋ suam saluationem prophetice prænunciatam ⌊gauisæ sunt⌋ deo gratias referentes ⌊& glorificauerunt⌋.i.magnifice lauduerunt, reuerenterq; audierunt ⌊verbum domini⌋ id est, Euangelicam prædicationem, seu Christum qui est verbum sermo, & veritas dei patris ⌊& crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam⌋ id est, omnes prædestinati. His enim quos deus omnipotens & sublimis ad vitam gloriæ ab æterno elegit, in seculo isto de donis gratiæ misericorditer prouidet, atq; de omnib⁹ medijs ad consequendam beatitudinē requisitis, inter quæ primum, ac fundamentum est fides catholica, quæ est oculus mentis, vltimum finē ostēdens, atq; ad eius adeptionem omnia dirigens. ⌊Disseminabatur autem verbum domini per vniuersam regionem⌋ id est, Euāgelica prædicatio instar seminis per terram gentilium
Mat.13. spargebatur in cordibus hominum. Semen namq; ē verbum dei. ⌊Iudæi autem⌋ potissime principes Synagogæ ⌊concitauerunt⌋ id est, contra Apostolos prouocauerunt ⌊mulieres religiosas & honestas, & primos⌋ puta rectores & nobiliores ⌊ciuitatis, & excitauerunt persequutionem in Paulum & Barnabā⌋ Mulieres istæ atque primarij vrbis videntur primo fauisse Apostolis,
Matt.10. sed per impiam informationem Iudæorum auersi ⌊&
Mar.9. eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pe-
Lucæ.9. dum in eos venerunt Iconium.⌋ Hoc Christus in Euangelio docuit faciendum in testimonium sui laboris, & inexcusabilitatis illorum, qui verbum dei recipere abnuerunt. Iconium autem secundum Bedam est ciuitas celeberrima Lycaoniæ, est quoq; & alia in Cilicia ⌊Discipuli quoque⌋ id est, credentes in Christum ⌊replebantur gaudio⌋ spiritali, interno ex contemplatione amorosa bonitatis diuinæ, beneficiorumque eius, imo in omni opere virtuoso gaudebant, quæ bona sunt delectabiliter pagentes. Signum eñ virtutis pfecte inexistētis est delectatio opationi coniuncta. Insuper & in aduersis cordialiter lætabantur, videntes se Christi passionibus communicare & conformari, in præsenti

quoq; sæculo aduersitatibus exerceri, vt moris est filiorum dei ⌊ & spiritu sancto ⌋ .i. charismatibus eius in donis atque virtutibus quotidie, pficientes. Quanto autem in primitiua ecclesia tribulatio amplius abundauit, tanto huiusmodi gaudium magis necessarium fuit ne ibecillitas mentis humanæ subonere ruēs deficeret. Vñ & tūc munificētia spūs sācti copiosius se diffudit.

¶Expositio capituli decimi quarti.

Factum est autem Iconij. Act. XIIII.

PRosequitur sanctus Lucas processum Apostolicæ prædicationis in vrbe Iconio. ⌊ Factum est aūt Iconij vt simul introirent in Synagogam Iudæorum & loquerentur ⌋ Paulus & Barnabas existentibus in Synagoga ⌊ ita vt crederet Iudæorꝝ & Græcorū ⌋ id est, gentilium quorundam, forte proselytorum, seu Iudæorum ex Græcia ⌊ copiosa multitudo ⌋ in quo fructus prædicationis huius ostenditur, quæ varijs miraculis diuinitus confirmabatur. ⌊ Qui vero increduli fuerunt Iudæi suscitauerunt ad iracundiam animas gentilium aduersus fratres ⌋ id est, Christianos præcipue contra Apostolos, asserendo quod nouam & falsam sectam inducerent, & agerent contra Romanos. ⌊ Dominus autem dedit cito pacem ⌋ Ipse enim ad nutum corda immutat, & quocunque voluerit vertit ⌊ Multo igitur tempore demorati sunt ⌋ in vrbe hac ⌊ fiducialiter agentes in domino ⌋ id est, imperterrita mente euangelizantes ⌊ testimonium perhibente verbo gratiæ suæ ⌋ id est, ipso domino attestante veritati Euangelicę prædicationis, in qua gratia & misericordia dei maxime commendatur, docetur & continetur. Quomodo aūt attestatus sit subditur ⌊ dante ⌋ deo ⌊ signa & prodigia fieri per manus eorum ⌋ id est, per pedes, virtutes, & ministeriū Pauli & Barnabę. Hæc tamē miracula Lucas breuitati studēs nō recitat. ⌊ Diuisa est aūt multitudo ciuitatis ⌋ .i. discors effecta ⌊ & quidam quidē erāt cū Iudæis ⌋ videlicet, infideles ⌊ qdā vero cū Apłis ⌋ scilicet conuersi ab eis. ⌊ Cū aūt factus esset im-

petus ⌋ex vehementia passionum, non ex ratione & æq
tate procedens ⌊ gentilium & Iudæorum ⌋ incredulo-
rum ⌊ cum principibus suis & contumelijs afficerent &
lapidarent eos ⌋ puta Apostolos ⌊ intelligentes ⌋ Apo-
stoli quod imminebat ⌊ confugerunt ad ciuitates Lyca
oniæ Lystram & Derben. ⌋ non inordinate timēdo, sed
Christo obediendo hoc fecerunt. Nam dixit Saluator.
Matt, 10. Cum persequuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in ali
am. ⌊ Et quidam vir in Lystris infirmus pedibus sede
bat claudus ex vtero matris suæ, qui nunquam ambu-
lauerat ⌋ nec potuit stare sed portabatur, aut sustēta cu-
lis vtebatur. ⌊ Hic audiuit Paulum loquentem ⌋ id est,
prædicationem intente aduertit ⌊ Qui ⌋ Paulus ⌊ intu
itus eum ⌋ oculo compassionis interno & visu corporeo
⌊ & videns ⌋ id est, spiritu sancto reuelante perpendēs
⌊ quia fidem haberet vt saluus fieret ⌋ id est, quod ver
bis Pauli credebat, & in nomine Christi se saluandum
speraret, aut etiam corporaliter reformandum, talem
& tantam fidem contulit ei spiritus sanctus, qui mira-
culum facere iam decreuit ⌊ dixit voce magna ⌋ vt sig
num mox futurum ad Christi gloriam audientiūq; sa
lutem cunctis pateret. ⌊ Surge sup pedes tuos rectus ⌋
ita vt nulla prioris defectuositatis in te signa remaneāt
Porro secundum Bedam in Græco codice sic habetur.
Tibi dico ī nomine dñi nostri Iesu Christi, surge super
pedes tuos rectus. ⌊ Et exiliuit & ambulabat ⌋ id est,
protinus sine omni obstaculo celerrime consurrexit &
expedite incessit, quod fuit valde grande miraculum
soli diuinitati possibile. ⌊ Turbæ autem ⌋ gētiles atq;
idolatræ ⌊ cum vidissent quod fecerat Paulus, leuaue-
runt vocem suam Lycaonice dicentes ⌋ videlicet, iuxta
linguam maternam, quia Lystra ciuitas fuit prouinciæ
Lycaoniæ. ⌊ Dij similes facti hominibus ⌋ id est, in hu
mana effigie apparentes ⌊ descenderunt ad nos ⌋ de cæ
lo, quod est locus deorum secundum illorum errores.
Putabant quippe Paulum propria id potestate fecisse.
⌊ Et vocabant Barnabam Iouem ⌋ eo quod prior & se
nior videbatur. Iouem enim regem deorum & patrem

putabant. ⌊Paulum vero Mercurium⌋ qui secundum vanitatem Iouem comitabat, ⌊quoniam ipe erat dux ꝟbi⌋ id est, in loquendo & proponēdo verbum dei habens primatum, & quia Mercurius secundum eorum p fidiam eruditus, & eloquens fuit in tantum vt deus eloquentiæ diceretur, Paulum eius nomine exprimebant. ⌊Sacerdos quoq; Iouis qui erat añ ciuitatem⌋ audito rumore miraculi ⌊tauros⌋ ad immolandum ⌊& coronas⌋ ad imponendum eas capitibus Apostolorum ad decorem eorum, vel ad templum ornandum ⌊afferens ad ianuas⌋ templi ⌊cū populis voluit sacrificare⌋ .i. hostias mactare & īmolare Apostolis tanq̄ immortalibus dīs. ⌊Quod vbi audierūt Apostoli Paulus & Barnabas conciſſis tunicis suis⌋ more Iudæorum, qui audita diuinæ maiestatis blasphemia vestes scindere consueuerunt zelo dei, quasi eius iniuriam perpeti non valentes, & cordis sui dolorem monstrantes ⌊exilierunt in turbas clamantes & dicentes. Viri qd hæc facitis?⌋ id est, cur nobis sacrificare disponitis? Quo sancti Apostoli humiliores fuerunt, eo pœnalius fuit eis hoc factū diuinæ maiestatis inhonoratiuum. ⌊Et nos mortales sumus, similes vobis⌋ in natura specifica ⌊homines annunciantes vobis ab his vanis⌋ idolorum culturis, in quibus nec veritas est, neque vtilitas, & quæ a vera beatitudine seu vltimo hominis fine colentes impediunt ⌊Conuerti ad deum viuum⌋ qui solus est viuēs & vita pura ac plena per suam essentiam. Dīj aūt quos colitis mortui sunt & damnati, vt Iupiter, Mercurius &c. qui homines scelerati fuerunt ⌊qui fecit cælum & terram & omnia quæ in eis sunt. ⌋ Cælum enim & terram per seipsum immediate creauit, in quibus sunt multa quæ non sunt immediate a deo secūdum se tota creata, vt bruta, originaliter tamen principaliterque a deo fluxerunt, & prima materia vniuersorum ab illo est immediate producta ⌊qui in præteritis generibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas⌋ id est, vniuersos gentiles in suis adinuentionibus, errorsibus & peccatis defluere ac perire. Nam vsq; ad Christi aduentum

& prædicationem eius ac discipulorũ suorum, gentes cõmuniter idolis seruiebãt, paucissimis interdũ exceptis, soliq; filij Israel vias dei ãbulauerũt, vnũ verꝫ deum colendo. ⌊ & qdem nõ sine testimonio semetipsum reliquit ⌋ .i. bonitatem & diuinitatẽ suam manifestare, seq; deum esse testari per varia beneficia nõ cessauit, benefaciens, totũ vniuersum cõseruando in esse, & gubernãdo ⌊ de cælo ⌋ aereo ⌊ dans pluuias & tẽpora fructifera ⌋ æstatẽ & ver ⌊ implẽs cibo & læticia corda vestra ⌋ Oĩa enim dona naturæ, & bona fortunæ, beneficia sunt summi dei, cuius vnitas, maiestas ac diuinitas ꝑ vniuersi gubernationem, temporꝫ distinctionem, cælestium motionem, ĩferiorꝫ moderationem ac ꝓuisionẽ ĩpis quoq; philosophis innotuerũt. Naturalis aũt delectatio q̃ ex coniunctione potentiæ cum cõuenienti obiecto causat, a deo principaliter deriuatur, qui institutor est ordinis & cohabitudinis rerum. Corda vero .i. mẽtes non implẽt cibo corporeo nisi q̃ ad desiderij actuationem. ⌊ Et hæc dicentes vix sedauerunt turbas ne sibi ĩmolarent ⌋ propter magnitudinem rei gestæ, & qa ad idolatriam ꝓnæ fuerunt. Hoc de sacerdote Iouis nõ specificatur, q forte deum suum reprobari inuite & indignanter audiuit ⌊ Supuenerũt autem qdam ab Antiochia ⌋ Pisidiæ, quæ fuit huic vrbi vicinior quam Antiochia Syriæ ⌊ & Iconio Iudæi ⌋ increduli ⌊ & ꝑsuasis turbis ⌋ ciuitatis Lystris ⌊ lapidantesq; Paulum ⌋ vnde & ipse scribit, semel lapidatus sum ⌊ traxerunt extra ciuitatem ⌋ tanquam sepultura indignum, & vt vile cadauer ⌊ existimantes eum mortuum esse ⌋ quia signa vitę non apparebant in eo tam grauiter vulnerato, mortuusq; fuisset, nisi diuina fuisset potestate mirabiliter præseruatus. ⌊ Circundantibus autem eum discipulis ⌋ q̃si plangerent mortuum, & ne a Iudæis viuere percipere tur. ⌊ surgens intrauit ciuitatem ⌋ Lystris oculte, quia diuina virtute fuit sanatus seu confortatus, aliter proficisci nõ potuisset ⌊ & postera die ꝓfectus ẽ cũ Barnaba in Derben. ⌋ Lycaoniæ vrbẽ, ⌊ Cũq; euãgelizassent illi ciuitati, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram

& Iconiũ,& Antiochiã Pisidiæ,vrbes in qbus iam antea p̃dicauerũt confirmantes animas discipulorũ sermonibus optimis exhotãtesq;, vt p̃manerẽt in fide tanq̃ in fundamento virtutum spiritalisq; vitæ. Quo sublato tota corruit machina spãlis in anima. Et qm̃ p̃ multas tribulationes a mũdo,a dæmonib⁹, a p̃pria carne, & improba voluntate oportet nos intrare in regnum cælorum de exilio enim non venitur ad patriã nisi p̃ diuersos labores. Quotidiana quoq; nostra peccata,castigationẽ dei paternam requirũt. Caro etiã aduersat̃ spũi,& q̃ magis p̃ficere cupimus & conamur, eo inuisibiles hostes grauius nob̃ insistunt. Denique non est seruus maior dño suo. Si ergo oportuit Christũ pati,& ita intrare in gloriam suã,qũo nos serui eius vilissimi,sine tribulationibus optamus saluari? Itaq; qui se dicit in Christo manere,debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Qui eñ nunc cõpatitur Christo, cõglorificabit̃ post cum eo. Hinc ait Psalmista. Multæ tribulationes iustorũ. Et item. Transiuimus p̃ ignem & aquam. Hinc arcta dicit̃ via quæ ducit ad vitam. Væ filijs sæculi,amatoribus huius mundi, qui cuncta q̃ carni mollia sunt quærũt, q nullam volunt ferre iniuriam nil perpeti propter Christum, qui instar brutorum passiones concupiscentias q; sequuntur. Ideo dicit Saluator Qui vult venire post me,tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et Apostolus. Non coronatur nisi qui legitime certauerit. Vbi ideo iam illi, qui tempus iuuentutis ac sanitatis in vicijs expendentes spem stultã sibi cõfingunt quod in senio seu languore, pœnitentiã sint acturi? Et cũ constituissent illis discipulis p̃ vniuersas ecclesias p̃sbyteros .i. epos sed'm q̃sdã. In primitiua nãq; ecclesia, nõ fuit iter istos distinctio, & frequẽter eo dẽ noie cẽsebant, p̃ ad Titũ primo facile est pensare. Cũ eñ dixisset ad Titũ cõstituas p̃ singulas ciuitates p̃sbyteros, & q̃les debeãt esse presbyteri subdens, paulo post ait. Oportet eñ episcopum sine crimine esse. Similiter prima ad Timotheum post episcopi descriptiõem, mox ad diaconos se cõuertit. Similiter ad Philippenses

Ioann.15. Luc.24. 1.Ioan.2. Rom.8. Psal.33. Psalm.65. Matt.7. ad Titu.1. 1.Tim.3. Philip.1.

in exordio, cum episcopis inquit & diaconibus ⌊ & orassent cum ieiunationibus & orationibus, commendauerunt eos domino in quem crediderant⌋ qui solus est principalis conseruator & custos . ⌊ Transeunteſque Pisidiam, venerunt Pamphyliam⌋ prouinciã Asiæ ⌊ & loquentes verbum dei in Pergen⌋ ciuitate Pamphyliæ ⌊ descenderunt in Attaliam ⌋ quæ secundum Bedam ẽ ciuitas Pamphyliæ maritima. ⌊ Et inde nauigauerunt Antiochiam⌋ Syriæ ⌊ vnde erant traditi gratiæ dei⌋ id est, ab alijs sanctis ibidem exhibitis operibus gratiæ spiritus sancti ⌊ in opus quod compleuerunt⌋ id est, ad prædicationem & apostolatus officium, vt dictũ est capitulo. 13. ⌊ Cum autem veniſſent Antiochiam, & congregassent ecclesiam , narrauerunt quanta feciſſet deus cum illis⌋ id est, quantam dediſſet eis virtutem & gratiam in conuersione gentilium & Iudæorum quorundam ⌊ quia aperuiſſet gentibus ostium fidei⌋ id est, fidem quæ est ianua ad cætera dona, gentibus infudiſſet ⌊ Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis⌋ in Antiochia. Hæc autem ad dei gloriam & audientium spiritalem exhilarationem ecclesiæ retulerũt.

¶ Expositio capituli. xv. Et quidam descendentes. Artic. xv.

COnsequenter ardua quædam quęstio determinatur quæ in primitiua ecclesia multos salicitauit. ⌊ Et quidam descẽdentes de Iudæa ⌋ præsertim de Hierusalem , erantq; isti Iudæi de secta Pharisæorum ad Christum conuersi, vt infra habet ⌊ docebant fratres⌋ id est, Christianos in Antiochia consistentes de gentilitate conuersos ⌊ quia nisi circumcidamini secundum legem Moysi, non poteſtis salui fieri⌋ id est, obseruatio legis euangelicæ, sine custodia legis Mosaicæ & circumcisionis potissime vobis non sufficit ad salutem. Non enim solam circumcisionẽ, sed cætera quoq; legalia, voluerunt a conuersis gentilibus obseruari, eadẽq; ratio ẽ de circũcisione & cæteris . Propter quod ad Galatas, ait Apostolus. Testificor omni ho

Galat. 5.

mini circumcidenti se, quia debitor est vniuersæ legis seruandæ. ⌊Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos ⌋Paulus enim & Barnabas docuerunt oppositum, nec gẽtes a se conuersas ad legalia induxerũt, nisi q̃ ad præcepta moralia, & q̃ a Christo iubentur, suntq; de naturalis dictamine rationis, propter quod ad eorum custodiam omnes tenentur⌊ statuerunt⌋id est, omnes ibi fideles concorditer ordinauerũt ⌊vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidã alĩ ex alĩs⌋id est, aliquĩ de parte aduersa ⌊ad Apostolos & presbyteros⌋id ẽ sacerdotes seu seniores ⌊in Hierusalẽ super hac quæstione⌋ad solutionem ipsius habendã & in hoc iuxta legis dogma sapienter fecerunt. In Deuteronomio enim legitur. Si difficile & ambiguũ apud te iudicium eẽ perspexeris, venies ad sacerdotes, & illi indicabunt tibi iudicĩ veritatem. De hac re scribit ad Galatas sanctus Apostolus. Deinde post annos quatuordecim ascẽdi Hierosolymam cũ Barnaba, assumpto & Tito. Et contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. Circa quod oritur quęstio. Nam dictũ est supra, iussum fuisse Apostolis vt duodecim annis in Iudæa prædicarent, quomodo ergo quartodecimo ãno conuersionis Pauli, quidã eorum in Hierusalem sunt inuenti. Ad quod respondet Scholastica historia, q̃d tertiodecimo anno exire cœperunt, nõ stati tñ in toto reliquerunt Iudęam. Beda quoq; hic ait. Scimus Petrum et Paulum Apostolos anno post dominì passionem .38. id est, vltimo Neronis anno passos martyrium, tamen in Scholastica historia fertur id. 39. anno peractum, forte liber expositionis Bedæ quem vidi non fuit correctus. Petrus autem .25. ãnis in cathedra episcopali sedit Romæ. Ex quibus colligitur, quia eodem anno quo Paulus nunc scribitur ascendisse Hierusalem, Petrus quoq; ascenderit Romam, quo pergens transiuit p Antiochiã vt confirmaret subditos suos, quibus iam ante præfuit septem annis, quibus in Antiochena sede sedit, & in hoc transitu per Antiochiam restitit ei Paul⁹, quoniam discernebat cibos. Vnde ad Galatas loquitur Paul⁹. Cũ

Deut. 17.

Galat. 2.

veniſſet Cephas Antiochiam in faciem reſtiti ei. ⌊ Illi ergo ⌋ videlicet, Paulus & Barnabas ⌊ deducti ab eccleſia ⌋ Antiochena. Aliqui enim fideliũ loci illius ad ſpacium pergebant cum eis ⌊ venerunt Phœnicẽ & Samariam ⌋ id eſt, ad has regiones terræ ſanctæ ⌊ narrãtes ⌋ ad gloriam dei ⌊ conuerſionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus ⌋ qui tanquam veraciter charitatiui de proximorum ſicut de propria gloriabantur ſalute, præſertim quod Chriſti paſſionẽ ſic fructificare cernebant. ⌊ Cum autem veniſſent Hieroſolymam recepti ſunt ab eccleſia, & ab Apoſtolis & ſenioribus ⌋ qui præfuerunt eccleſiæ illi, & maxime a Iacobo tunc ibi antiſtite. Denique ſicut ad Galatas habetur. Petrus, Iacobus & Ioannes tunc erant ibidẽ ⌊ annunciantes quanta feciſſet deus cum illis ⌋ ſicut in fine præcedentis capituli dictum eſt atque expoſitum. Vñ cum aliquis quendam aut quoſdam conuertit, non ſuæ id aſſcribat virtuti, ſed gratiæ dei, nec in ſe ſed in domino glorietur, quia reuera grande eſt beneficium dei quod vnum hominem ſibi facit cooperatorem in conuerſione aut ſaluatione alterius. ⌊ Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum q crediderãt ⌋ Iſti Phariſæi credentes, dicunt de hæreſi Phariſæorum, vel qa de illorum ſecta añ conuerſionem fuerunt, ſicut & Paulus, vel quia legalia cum Euangelio pertinaciter obſeruanda dicẽtes, non catholici ſed hæretici exiterũt ⌊ dicentes quia oportet circumcidi eos ⌋ id eſt, gentiles cõuerſos ⌊ p̃cipere quoque ⌋ Apoſtolos & prædicatores, ſiue prælatos, inferioribus iſtis, & cunctis ad Chriſtum conuerſis ſibi commiſſis ⌊ ſeruare legem Moyſi ⌋ non ſolum quo ad præcepta moralia, ſed etiam cæremonialia ac iudicialia. ⌊ Cõuenerunt q; Apoſtoli & ſeniores videre ⌋ oculis mentis, id eſt, cõſyderare & determinare ⌊ de verbo hoc. Cum autem magna inquiſitio fieret ⌋ p̃ vtraque parte varijs argumentis adductis ⌊ ſurgẽs Petrus dixit ad eos ⌋ p̃pter reuerẽtiã tam venerandi ac ſãcti cõuentus, p̃ſertim Iacobi Ap̃li atq; epiſcopi ibi tũc p̃ſidentis, & item vt melius iter tot audiret ſurrexit ad

Gal. 2.

1. cori. 1.

chiapostolus, ī quo & humilitatis reliquit exemplum. ⌊Viri frēs, vos scitis quoniam ab antiquis diebus⌋ .i. añ multos annos, videlicet, non dū pcū Christi ascensionem, atq; paracleti missionem ⌊in nobis elegit deus per os meum gentes audire verbum Euangelij & credere⌋ .i. me primo deus destinauit ad p̄dicandum Euāgelicam legem gentilib. puta Cornelio centurioni & suis, quibus & per me, fidem gratiamq; infudit ⌊& qui corda nouit deus⌋ id est, deus infallibilis iudex, cordium humanorū inspector ⌊testimoniū p̄hibuit⌋ illos sibi placere, & me secundum eius beneplacitū illis p̄dicare, ⌊dans illis spiritū sanctum⌋ in signo visibili siue sensibili, etiam anteq̄ baptizarentur ⌊sicut & nobis⌋ dedit in die Pentecostes ⌊& nihil discreuit inter nos⌋ circūcisos ex Iudaismo credentes ⌊& illos⌋ ex gentilitate conuersos ⌊fide⌋ formata q̄ per dilectionē opat ⌊purificās corda eorū⌋ nō obseruantijs legis, qa credendo, nō legem seruando meruerunt accipere spiritum sanctum Iustus enim ex fide viuit, & p fidem habitat Chr̄us in in nob, qut in Euāgelio ait frequenter. Fides tua te saluū fecit. Nā fide, error & ignorantia intellectus repellitur, oculus mētis in vltimū finē dirigitur, vis intellecti ua i captiuitatem se redigit, & deo p̄fecte se subijcit, assentiendo seu adhærēdo his quæ comp̄hendere nequit propter authoritatem & reuerentiam primæ & inuiolabilis veritatis. ⌊Nunc ergo quid tentatis deum⌋ .i. cur laboratis diuinæ dispositioni resistere, & aliter quā ipse iussit peragere, vtpote ⌊imponere iugun⌋ id est, onus obseruationis legalium ⌊super ceruices⌋ .i. vires operatiuas ⌊discipulorū⌋ .i. Christianorum præsertim gentilium conuersorum ⌊quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus⌋ propter multitudinem p̄ceptorū legis & corundē rigorē, vt enim asserit Rabbi Moyses, tot erant præcepta in lege, quot ossa sunt in homine. Verum cum certum sit deum impossibile non iubere (dicente Hieronymo in expositione fidei catholicæ. Anathema sit qui dicit deū aliquid impossibile præcepisse) onus præceptorum legalium importabile

Roma.1.
Ephes.3.
Matt.9.
Marci.5.
Lucæ.7.

fuisse Iudæis asseritur, non quia simpliciter obseruare non poterant, sed quia difficillimum fuit vniuersa seruare, sicq; patres legis dicuntur ea non potuisse implere ob difficultatem, non ob absolutam impossibilitatem.

Iosue.11. Vnde nonnulli eorum ea seruasse noscuntur, sicut de Iosue scriptum est. Iosue.11. Non præteriuit Iosue de vniuersis mandatis domini ne vnum quidem verbum quę præcepit Moysi. ⌊Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari⌋ Hoc verꝝ est, siue gratia accipiatur pro habitu gratiæ gratum facientis, siue ꝑ quocunq; gratioso auxilio Christi, siue pro virtute & merito passionis ipsius. Meritũ enim ꝟtus & gratia Christi, passionisq; eius, nobis ꝑ sacramenta ecclesiæ applicatur. & quicquid virtutis, salutis aut meriti in nobis consistit, per meritum Christi nobis impenditur. Propter quod scriptum est Ioannis primo. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. De qno Esaiæ.53. fertur. Dominus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrum, cuius liuore sanati sumus Hinc subditur ⌊quemadmodum illi⌋ videlicet, patres nostri, patres veteris testamenti, qui omnes per aduentum ac opem, passionem, & meritum regis Messiæ saluari sperabant, erantq; ei per fidem charitatem et spem couniti. Vnde & Abraham ante circumcisionem placuit deo per fidem, nec tamen quisquam illorum sine Christi passione & merito ab originalis peccati reatu quiuit saluari, aut patriam ingredi. Hinc in Genesi Iacob patriarcha fatetur: Salutare tuum expectabo domine. ⌊Tacuit autem omnis multitudo⌋ Etenim in tam põderoso tractatu non decuit quempiam leuiter loq, aut tanti Apostoli interrumpere verba, secundum quod in Ecclesiastico legit. In medio seniorum ne adijcias loq. Itemq;: Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. ⌊Et audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta fecisset deus signa & prodigia in gentibus ꝑ eos.⌋ Per quæ verba argumentatio sancti Petri confirmabatur. Non enim inter gentiles deus mirabilia illa fecisset, nisi & Apostolorum istorum prædicationem, & illorum conuersionem acceptasset. Consequenter in

Ioann.1.

Gen.15.

Gen.49.

Eccle.32.

ducitur diffinitiua sententia Iacobi Hierosolymitarũ episcopi, qui pontificali authoritate habuit determinationem proferre. ⌊ Et postq̃ tacuerunt, respondit Iacobus ⌋ vnde in tractatibus consiliatiuis, nullus debet præcipitanter quid loqui, aut iudicium vsurpare. ⌊ Viri fratres audite me ⌋ quam breue facit præambulum, cõtra eos qui tędiosa prolixitate verba multiplicant. ⌊ Simon narrauit quemadmodum deus primo visitauit ⌋ id est, gratiose dignatus est ⌊ sumere ex gentibus populum nomini suo ⌋ id est ad suipsius gloriam quosdã ex gentibus ad fidem conuertere. ⌊ Et huic concordãt verba prophetarum ⌋ quorum multi de gentium illuminatione vaticinati sciuntur potissime Esaias, Ozee quoq; & Daniel ⌊ sicut scriptum est. ⌋ Amos. 9. ⌊ Post hæc reuertar & ædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo & erigam illud vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc. ⌋ Hanc autem scripturam allegat Lucas secũdum trãslationem septuaginta, nostra vero translatio habet sic: In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo. Et reædificabo sicut in diebus antiquis, ut possideant reliquias Idumęæ & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos, dicit dominus faciens hæc. Itaq; sensus est. Post hæc, id est, post Israeliticæ plębis dispersionem p oẽs gentes, seu legis Mosaicæ cursum, reuertar, p multiplicis gratiæ meæ effectũ, post vnigeniti filij mei missionem in mundum, & ædificabo, in fide, moribus, sacramentis, virtutibus, tabernaculum Dauid, id est, ecclesiam Christi, quod cecidit, per vicia & errores, pręsertim per idolatriam ante legem & sub lege. Itaq; per ecclesiam Christi hoc loco, designatur vniuersitas fidelium a principio mundi vsq; ad finem ipsius, de qua in Euãgelio dicitur. Simile est regnũ cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Vbi per primum mane, prima mũdi

Esai. 60.
Esai. 66.
Amos 9.
Matt. 20.

ætas inuenitur. Porro q̊d per Dauid intelligatur Christus ad literam, patet in diuersis locis scripturæ, videlicet, Hieremiæ. 30. Seruient domino deo suo, & Dauid regi suo. Ezechielis. 34. Ego ero eis ĩ deum, & seru⁹ meus Dauid princeps eorum, & diruta eius, id est, per transgressionẽ legis naturaĩ & scriptæ destructa atq; diuisa, reædificabo, omnes gentes in ecclesiastica vnitate colligendo, & erigam illud, id est, ad cælestia eleuabo, & multis miraculis beneficijsque p̃claris honorabo: vt requirant cæteri hominum dominum, id est, gentiles quoq; ista cernentes conuertantur ad Chistum, & pro id est, omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, quæ post conuersionem suam me super se inuocauerunt, & pro quorum cõuersione sancti patres me orauerunt. ⌊ Notum est a sæculo domino opus eius, id est, æternaliter ei innotuit quicqd in tempore facit, & q̊d de gentium conuersione operari decreuit, iuxta illud Ecclesiastici. Domino deo antequam crearentur omnia sunt cognita. ⌊ Propter quod ego iudico ⌋ tanq̃ ep̃s ⌊ non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad dñm ⌋ .i. gentiles conuersos non esse turbandos seu aggrauandos per obligationem ad seruanda legalia ⌊ sed scribere eis vt abstineant se a contaminationibus simulacrorum ⌋ id est, a cultura deorum quib⁹ anima non mundatur sed maculatur. Vel contaminationes simulacrorum vocantur comestiones idolothytorum videlicet, sacrificiornm idolis oblatorum, quod fuit in lege prohibitum ⌊ & fornicatione ⌋ quam gentiles reputabnnt opus naturale ac licitum ⌊ & suffocato ⌋ id est, esu cuiuscunque animalis per suffocatiouem occisi ⌊ & sanguine ⌋ id est sanguinis effusione, vel mãducatione cum sanguine. Horum quatuor, tria sunt ad cæremonialia legis spectantia, scilicet, primum, tertiũ, quartum, quæ iccirco Apostoli gentibus præceperunt, q̃tenus cũ Iudęis cõuersis cõcorditer coalescerent ac socialiter viuerẽt, sicut frequenter ĩ societate plurimorũ ex diuersis nationibus collectoꝝ aliq̃ ordinãtur ꝓ pace cõi ad temp⁹. Postmodũ vero Euãgelicæ legis veritate pleni⁹ elucidata cessauit obseruatio hoꝝ triũ, qa vt ait

1. peral. 11

Iacob. 2.

Eccles. 23.

Saluator, non quod intrat in os coinquinat hominem. Omnis quoq; creatura dei bona, nihilque reiiciẽdum quod cum gratiarum actione ſumitur. Sanctificat eñ per verbum dei & oratiõnem. ⌊ Moyſes enim a tpib⁹ antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui cum ⌋ .i. ſcrīpturas & libros eius ⌊ prædicent in Synagogis, vbi p omne ſabbatum legitur. ⌋ Hoc intelligendum eſt de vr bibus Iudææ, & aliquarum terrarum in qbus diſperſi fuerunt Iudæi. Vbi a tempore ſuæ diſperſiõis libros le gis habuerunt atq; legerunt, qui etiam ad Chriſtũ con uerſi, non protinus legalia omiſerunt in toto, ſed pau latim, quſq; Euangelio diuulgato determinauit Eccle ſia, legalia omittenda. ⌊ Tunc placuit Apoſtolis & ſe nioribus cum omni Eccleſia ⌋ Hieroſolymitana ⌊ eligere viros ex eis, & mittere ⌋ eos ⌊ Antiochiã cũ Paulo & Barnaba ⌋ oẽs enim concorditer ỹbis Petri & Iacobi, conſenſerunt. Deinde viri illi electi exprimuntur ⌊ Iudam q cognominabatur Barſabas, & Syleam, virospri mos in fratribus ⌋ .i. poſt Apoſtolos inter notabiliores ſeu eminentiores, in qbus dona gratiæ clarius emica bant. Supra q̃q; 2. capitulo dictum eſt q̃d Ioſeph cum Mathia conſtitutus, vt vnus eor̃ Apoſtolus fieret, co gnominatus fit Barſabas, q̃d interp̃tatur filius quietis Et forte ab excellentia hui⁹ pfectionis, ſeu gratiæ con tẽplationis, ſic vocat⁹ eſt Iudas iſte ⌊ ſcribẽtes ⌋ .i. ſcri ptã epiſtolã dirigẽtes ⌊ p manus eor̃ ⌋ videlicet Iudę atq; Syleæ, nõ Pauli & Barnabæ q̃ hac cã pars fuerũt. ⌊ Apoſtoli & ſeniores fratres his q ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratrib. ex gentib ⌋ .i. de gẽtilitate cõ uerſis ⌊ ſalutẽ ⌋ .i. verã beatitudinẽ optãt. Porro Syria q̃ ab Hebræis Aran dicit regio eſt inter Euphratẽ & ma re mediterraneũ, vſq; ad Aegyptũ pertingẽs, & maxi mas habet, puincias. Cilicia q̃q; nomẽ eſt, puinciæ Aſiæ. Nã & Paulus de Tharſo vrbe Ciliciæ fuit. ⌊ Qm̃ audiui mus q̃d qdã ex nobis exeũtes ⌋ videlicet Phariſæi p̃fati credẽtes ⌊ turbauerũt vos euertẽtes aĩas vr̃as ⌋ a trãq; litate & ſyncæritate Euãg. cõuerſatiõis ⌊ qb. nõ mãdaui m⁹ ⌋ vt ita docerẽt legalia obſeru. ⌊ placuit nob collec

tis in vnum ⌋ coporaliter ac spiritaliter, quia de cõmuni sensu acta sunt hæc, imo & de Christi inspiratione q
ait, vbi fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo
Matt. 18. ibi sum in medio eorum ⌊ eligere viros ⌋ videlicet, Iudam & Syleam ⌊ & mittere ad vos cum charissimis nris Barnabo & Paulo, hoïb' qui tradiderũt aïas suas ⌋ id ẽ, mortis pricul' exposuerũt diuersis laboribꝰ mãcipauerũt ⌊ p nomine dñi nri Iesu Chri ⌋ id est, ex eius amore p catholica veritate ad ipsius honorem. ⌊ Misimus ergo Iudam & Syleam, qui & ipsi vobis eadem verbis referent. ⌋ quæ in epistola cõtinentur, vt sitis certissimi de nostra responsione, verbis & scriptis instructi. ⌊ Visum est enim ⌋ id est, bonum apparuit, seu placuit ⌊ spiritu sancto ⌋ q infallibilis est magister, & arbiter suæ potestatis existens, vbi vult spirat, & ea quæ vult loqtur ⌊ & nobis ⌋ spiritus sancti illuminatione edoctis non sensum humanum sequentibus ⌊ nihil vltra vobis ponere oneris ⌋ id est, obseruãtiæ legalis ⌊ quã hæc necessario ⌋ obseruanda propter causas prætactas ⌊ vt abstineatis ab imolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato ⌋ quæ verba iam exposita sunt ⌊ & fornicatione ⌋ quod non ad cæremonialia, sed moralia spectat pr̃cepta. Nec dubium quin Paulus & Barnabas de fornicatione idipsum docuerint, ab Apostolis tñ repetitur, vt a gentibus fortius obseruetur ⌊ a quibus custodientes vos bene agetis ⌋ id est, meritorie, iuste, & obedienter viuetis, simul & alia a Christo tradita adimplentes. ⌊ Illi ergo dimissi ⌋ ab ecclesia Hierosolymitana ⌊ descenderunt Antiochiam, & congregata multitudine ⌋ conuersorum ibidem fidelium ⌊ tradiderunt epistolã. Quã cum legissent gauisi sunt ⌋ gentiles conuersi ⌊ super cõsolatione ⌋ id est, de consolatoria ista epistola, per quã a legalium iugo exonerabantur. ⌊ Iudas autem & Syleas & ipsi cum essent prophetæ ⌋ spiritu enim fulserũt prophetico, & Apostolicæ pfectionis viri fuerũt ⌊ verbo plurimum consolati sunt fratres, & cõfirmauerũt ⌋ in fide atq; virtutibus. Saluberrima enim documenta, & scripturarum allegationes, cum finali remuneratiõe

iustorum ac impiorum proposuerunt, quibus auditis fratres conuersi in bonis actibus roborabantur .i. in mundi contemptu & diuinitatis amore creuerũt. ⌊ Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace ⌋ ab Antiochia ⌊ a fratribus ⌋ illius vrbis ⌊ ad eos qui miserunt illos ⌋ s. qui in Hierusalem erant. Hoc tamen de Sylea accipiendum non est, quia cum Paulo remansit, nam sequitur. ⌊ Visum est autem Syleæ ibi remanere ⌋ Iudas autem solus abiit Hierusalem. ⌊ Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ ⌋ tuncq; impletum fuit, quod ait Paulus. Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem restiti ei ⌊ docentes & euangelizantes cum alijs ⌋ pluribus viris sanctis in Antiochia existentibus ⌊ verbum dei ⌋ Verum quod dictũ est, visum est autem Syleæ, vsq; ad id, Paulus autem & Barnabas, non est de textu, nec habetur in Græco, neq; in libris correctis, sed olim glossaliter additum, insertum est textui. ⌊ Post aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus. Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum domini, quomodo se habeant ⌋ .i. redeuntes ad eos, videamus qualiter stent in fide, cæteriscq; virtutibus. In quo patet quanta fuerit in Paulo omnium solicitudo ecclesiarũ. ⌋ Barnabas autem volebat secum assumere Ioannem qui cognominatur Marcus ⌋ de quo dictum est supe. ⌊ Paulus autem rogabat eum ⌋ .s. Barnabam ⌊ vt quia Ioannes discessisset ab eis a Pamphylia ⌋ sicut vndecimo capitulo scriptum est ⌊ & non isset cum eis in opus ⌋ .i. opus dei viriliter aggressus non fuit videlicet p̃dicationis officium, seu psequutionis periculum, siquidem timore imminentium periculorum abscessisse videtur ⌊ non debere recipi eum ⌋ in comitatu, ne rursus deficiens alios suo scandalizaret pauore. Prædicantes etenim ℣bum dei potissime inter infideles, stabiles esse debent, impterriti, & p̃ fide seu ætate mori parati. ⌊ Facta est aũt dissentio ⌋ inter Paulum & Barnabam. Ista dissentio non fuit viciosa sed potius a.ss. vt sancti viri ab inuicẽ seperati, maiorem fructum p̃dicando p̃-

Gal.2.

2.Mach.7

⌊

ducerent, dum in pluribus locis ac gentibus, verbū dei disseminarent. Vterq; etiam ex rationabili mouebatur motiuo, nec quicquam proprij commodi quispiam eorum quærebat, sed bonum commune, nec enim ex impacientia aut simili passione, sed ratione dictante separabantur. Vñ scd'm doctores paci atq; concordiæ, aliqñ non repugnat q̄d aliqui in duobus discordant, dummō in vno tertio sint concordes. Et sic fuit in isto. Nā & Paulus & Barnabas concordabant in hoc, vt id fieret, q̄d fuit magis pro dei honore, & Euangelicæ p̄dicationis profectu ⌊ ita vt discederent ab inuicem. Et Barnabas quidem Assumpto Marco nauigaret Cyprū ⌋ de qua fuerat natus. Dicit aūt hoc loco Scholastica historia. Ex eo quod Barnabas noluit Marcum dimittere, perpenditur fuisse eius cognatus, leguntur enim fuisse consobrini, iuxta illud ad Colos. Salutat vos Aristarchus, & Marcus consobrinus Barnabæ. ⌊ Paulus autem electo Sylea ⌋ in adiutorem & comitem ⌊ p̄fectus est ⌋ ab Antiochia ⌊ traditus ⌋ .i. oblatus seu commissus ⌊ gratiæ dei ⌋ tanquam fortissimo adiutorio, sine quo nihil valebat ⌊ a fratribus ⌋ Antiochenis pro ipso deuotissime interuenientibus ⌊ Perambulabat autē Syriam & Ciciliam cōfirmans ecclesiam ⌋ .i. fideles, quoscunque inuenit, præcipiens eos custodire p̄cepta Apostolorum & seniorum qui in Hierusalem erant, & aliqua pro fidelium salute instituerunt seruanda, sicut in præsenti capitulo de quatuor punctis inductum est.

Colos. 4.

¶Expositio capituli sextidecimi. Peruenit autem in Derben & Lystram.

Articulus sextus decimus.

AB hoc loco vsque in finem voluminis prosequitur sanctus Lucas prædicationes, actus, atque miracula Pauli Apostoli. ⌊ Peruenit autem ⌋ Paulus cum Sylea ⌊ in Derben & Lystram ⌋ ciuitates prouinciæ Lycaoniæ. ⌊ Et ecce discipulus quidam erat ibi ⌋ scilicet in Lystris ⌊ nomine Timotheus ⌋ iam Christianus effectus ⌊ filius mulieris viduæ ⌋ nam pa-

ter eius fuit tunc mortuus [fidelis] quia natione fuit Iudæa, religione vero Christiana, quemadmodum, ad Timotheum scribit Apostolus, alloquens Timotheum. Recordationem accipiens fidei quæ est in te nonfictæ, quæ & habitauit primum in auia tua Loyde, & matre tua Eunica [patre gentili] pater enim ipsius fuit gentilis. Iudæi namque dispersi vicissim cum alienigenis cõtraxerunt [Huic] vtpote Timotheo [testimoniũ bonum perhibebant, qui in Lystris erant & Iconio fratres] .i. in vrbibus illis. [Hunc voluit Paulus secũ proficisci] Vidit enim quod idoneus esset, & alijs præsidere ac prædicare, magnumque secum fructum afferre. Veruntamen in Scholastica fertur historia, quod primo fecit eum episcopum fidelium in Lystris manentium, postea duxerit eum secum. [Et assumens circumcidit eum, propter Iudæos qui erant in illis locis] ne scandalizarentur, habendo episcopum non circumcisum, seu intuendo quod Iudæus incircumcisus iret & prædicaret cum Paulo. Illa autem circumcisio, quamuis non fuit necessaria, tamen licita fuit, ad remouendum scandalum pusillorum. Legalia enim tunc ad tempus poterant a Iudæis conuersis seruari, dummõ spem in illis non ponerent, paulatimque non subito erant tollenda, & quasi cum honore, mater Synagoga sepelienda [sciebant enim omnes, quod pater eius gentilis erat] ideo non permisit suum filium circumcidi, quod & Iudæis illis innotuit [Cum autem ptransirent ciuitates] Paulus, Syleas, & Timotheus [tradebant eis] .i. Christianis, in vrbib. illis morantib. cõmiserunt [dogmata q̃ erant derecta] seruari [ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis] q tanquã principalissimi, cæteris certa documenta seruanda sanxerunt ac insinuauerunt [Et ecclesiæ qdem] particulares per diuersas, puincias [confirmabantur in fide] q̃ tunc p̃necessaria fuit, imo & cunctis virtutibus principaliter a spiritu sctõ ministerialiter vero ab Apostolis, adiutoribus que ipsoꝝ [& abundabant numero q̃tidie] ita q̃d oĩ die plures cõuertebant ad fidẽ. [Transeuntes aut Phry

a. tim. 1

giam ⌋prouinciam Asiæ ⌊& Galatiæ regionem ⌋etiam Asiæ, dicitq; Beda Galatia prouincia Asiæ a Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium a rege Bithyniæ euocati, regnum cum eo, facta victoria diuiserunt, & ita deinde Græcis admixti, primo Gallogræci posteaGalatæ sunt vocati ⌊vetiti ⌋.i. prohibiti ⌊sunt a spiritu sancto ⌋per reuelationem internam seu alio modo ⌊loqui verbũ dei in Asia ⌋Cur hoc? Forte quia spiritꝰ sanctus præuidit Asianos tunc non credituros, ideo ne grauius caderent prohibuit eis prædicari. Vel quia alteri Apostolo puta Ioanni hanc instruendam seruauit prouinciam. ⌊Cum autem venissent Mysiam ⌋quæ est prouincia Asiæ, & nunc Colis vocatur. Est autem & altera eiusdem nominis in Europa Mysia superior, quæ nunc Bosna vocatur, & inferior, quæ Bulgaria, vbi Danubius Euxinum Pontum influit ⌊tentabant ire Bithyniã ⌋Bithynia est nomen prouinciæ Asiæ minoris, & item ciuitatis in ea ⌊& nõ permisit eos spiritus Iesu ⌋illic ire ad prædicandum, eisdem rationibus, quæ de præcedẽti prohibitione sunt assignatæ. Nam & Lucas post in Bithynia prædicauit. ¶Porro spiritus Iesu, est spiritus
Rom 8. sanctus, de quo ait Apostolus: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Appellaturq; demum spiritus sanctus, spiritus Iesu seu Christi, quia ab ipso secũdum suam diuinam naturam procedit, atq; in ipso secundum naturam humanam plenissime requieuit ac requiescit, iuxta illud Esaiæ. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. ⌊Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem ⌋ciuitatem Asiæ maritimã quæ & Antigonia est vocata ⌊& visio per noctẽ Paulo ostensa est. ⌋Ista fuit imaginaria visio, & facta videtur in somno. Deinde visio ipsa describitur. ⌊Vir q̃dam Macedo ⌋.i. effigies viri Macedonis, vel secũdum Bedam & Scholasticam historiã angelus gentis illius, in similitudinem viri huiusmodi ⌊erat stans depcãs ⌋s. Paulũ ⌊& dicens. Trãsiens in Macedoniã adiuua nos ⌋ad cõsequendã salutẽ. Certũ est q̃d imagines rerũ istarũ & ẏba interna, angelico ministerio formabantur in vi

imaginatiua ſancti Pauli, ſicut in propheticis viſionib⁹ fieri conſueuit. ⌊Vt autem viſum vidit⌋ ſpiritaliterq; intellexit⌊ ſtatim⌋die facto⌊ quæſiuim⁹ proficiſci in Macedoniam, certi facti, quod vocaſſet nos dominus Euangelizare eis.⌋ Hoc loco Lucas primo connumerat ſe ſocijs Pauli. Macedonia autem eſt prouincia Græcię nobiliſſima, & virtutibus Alexandri magni nobilior facta.⌊ Nauigantes autem a Troade recto curſu venimus Samothraciam⌋ quæ eſt Egei maris inſula, in Pagaſeo ſinu⌊ & ſequenti die Neapolim⌋ Ciuitas eſt Cariæ, quæ eſt prouincia Aſiæ⌊ & deinde Philippis⌋ quę eſt ciuitas in prima parte Macedoniæ a Philippo rege patre Alexandri magni nomen ſortita, cuius fidelibus miſſa eſt epiſtola Pauli quæ ad Philippenſes intitulat⌊ quæ eſt prima⌋ pars⌊ Macedoniæ⌋ quia primo occurrit intrantibus Macedoniam ab ea parte, qua Paul⁹ de mari egrediens, eā ingreſſus eſt⌊ ciuitas colonia⌋ Dicitur autem colonia ciuitas, quæ defectu indigenarę nouis impletur habitatoribus atq; cultoribus. Vnde a cultu agri, colonia dicta eſt.⌊ Eramus autem in vrbe hac diebus aliquot conferentes⌋ cum ciuibus vrbis iſtius. ⌊Die autem ſabbatorum egreſſi ſumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio eſſe⌋ quia ibidem quædam perſonæ confluxerant ad ſupplicandum, ſiue loquendum. Orare enim vtrumq; ſignificat. Locus quoque ille videbatur aptus ad hæc.⌊ Et ſedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et quædam mulier noīe Lydia purpuraria ciuitatis Thyathirenorum⌋ .i. hoīm de vrbe noīe Thyathira, quæ fuit vrbs Lydiæ, puinctæ Aſiæ, de qua Apocal. 2. habet, angelo Thyathiræ eccleſiæ ſcribe. De qua vrbe fuit hæc Lydia oriunda, ſed in Philippis manebat. Dr aūt purpuraria ſcd̄m Bedam, qa venditrix purpuræ, vel ſcd̄m alios, qa textrix illius⌊ colens deum⌋ verę q vnus eſt, iam em̄ fuit vt legitur de gentilitate ad Iudaiſmū conuerſa⌊ audiuit⌋ ẏba nra⌊ cuius dn̄s aperuit cor intendere his, q̄ dicebant a Paulo⌋ Hō enim forinſecus mouet auditū, ſed niſi deus intus mentem tangat atq; illu

minet, inanis est strepitus. Ideo ait Saluator. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. ⌊ Cum autem baptizata esset ipsa, & domus ⌋id est soboles seu familia ⌊ eius, deprecata est dicens. Si iudicastis me fidelem esse domino ⌋id est, veraciter Christianam ⌊ introite in domum meam & manete ⌋ ibidem ad libitum ⌊ & coegit nos ⌋ ex quibus constat quod opulenta fuit grata & multū deuota. ⌊ Factū est autē euntibus nobis ad orationem ⌋id est, locum ad hoc aptum ⌊ puellam quandam habētem spiritum phytonem obuiare nobis, quæ magnum quęstum præstabat dominis suis diuinando ⌋ Appollo qui & pytho, vel phyto inuentor fuit cuiusdam diuinationis, qua veritas a mortuis inuestigatur, per suscitationem defuncti præstigialem, vel a viuis, qui reuelante diabolo secreta seu futura denūciant, & viri hæc facientes seu taliter diuinantes Pythones, a Pythone Apolline, mulieres autem Pythonissæ
1.Reg.28. vocantur. Et iuxta primum modum, dicitur mulier Pythonissa, de qua primo Regum scribitur Saul petisse suffragium, Sed iuxta secundum modum hæc puella Pythonissa asseritur, quæ diuinando, id est, futura aut secreta ex dæmonis reuelatione pandendo, magnum quęstum, id est, lucrum contulit dominis, quorum ipsa fuit aucilla, qa ꝑ precio ad interrogata respondit. Prę terea sicut in Scholastica historia dicitur, dupliciter intelligi potest ista puella fuisse Pythonissa, primo quia
1.Reg.28. per spiritum Pythonis operabatur arte magica, sicut mulier illa primo Regū, q̄ ꝑ magicam artem fecit dæmonem apparere in similitudine alicuius defuncti ad dandum de occultis responsum. Secundo quia spiritu Pythonico vexabatur, sicque aliqui asserunt eam Pythonissam fuisse atque obsessam nam dæmon habitauit in ea, dans per ipsam responsa. Quæritur quomodo puella ista habuit spiritum Pythonem. Et respondendum, quod per spiritum Pythonem, intelligi potest diabolicus spiritus, per artem a Pythone Apolline inuentam euocatus, apparens siue cooperans atque respondens. Vnde primo Regum scribitur Saul dixisse.

Quærite mihi mulierem habentem Pythonem . De hac autem diuinatione loquitur Thomas in secunda se cũdæ,q̃stiõe .95. ⌊Hæc subsequuta Paulũ & nos clamabat dicens . Isti homines serui dei excelsi sunt , qui annunciant vobis viam salutis⌋ videlicet , Euangelicam legem, & diuinorum præceptorum custodiam , seu fidem catholicam , quæ omnia sunt via ducens ad salutem æternam seu Christum qui ait . Ego sum via . Et nemo venit ad patrem nisi per me. ⌊Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens antem Paulus⌋ de periculo & infestatione puellæ ⌊conuersus⌋ vultu ad puellam retro se vociferantem ⌊dixit spiritui . Præcipio tibi in nomine Iesu Christi,exire ab ea⌋ quia indignum fuit, vt verbum Euangelij spiritus nunciaret immundus,ideo quoque iussit eũ exire , ne qui eum audierunt vera loquentem,crederent postea mendacia proferẽti. Veris enim falsa admiscere dæmones consueuerunt . Vñ hoc facto Paulus imitatus est Christum qui vt Marci primo habetur, dæmoni dicenti,scio quia sis sanctus dei , dixit . Obmutesce & exi de homine . Quæritur quo impellente loquutus est dæmon aduersarius humanæ salutis verba memorata, de Paulo eiusque socijs Et respondendum secundum quosdam, quod bono naturæ hæc dixit,quia naturæ consonum est, verum cognitum confiteri . Alij dicunt, quod cogente spiritu sancto hæc protulit . Ait namque circa hoc Beda . Non voluntatis ista confessio est , quam sequitur præmium confitendi, sed timore spiritus sancti cogente , vera spiritus mendax loquitur , non ausus luce præsente suas vltra celare virtutes In psalmo . 49 . Peccatori autem dixt deus. quare tu enarras iusticias meas. Verum contra hoc obijciunt quidam,quod dictum est.Dolens Paulus scilicet,de illo clamore,non enim doluisset de eo,quod a spiritu sancto factum fuisset , nec illud impediuisset, Sed illa instantia faciliter soluitur. Nempe quod dicitur,dolens autem Paulus,non oportet ad veritatis illius protestationem referre, sed ad calamitatẽ puellę . Rursus etsi de protestatione veritatis per

Ioann.14.

dæmonem facta dolebat, hoc non fuit in q̃tum ibi fuit enunciatio veri, sed in q̃tum id mala itentiõe fiebat, & ne ꝟitati spũs neq̃ t indẽ falsa misceret. ⌊ Videntes aũt dñi eius ⌋ puta puellæ ⌊ q̊d exijt spes quęstus eorum ⌋ .i. amplius fiduciam non haberent solita lucra obtinendi per diuinationem suæ ancillæ ⌊ appꝑhendentes P aulum & Syleam, perduxerunt in forum ad principes ⌋ q̊rum fuit iudicare impios & punire ⌊ & offerentes eos magistratibus, dixerunt. Hi homines conturbant ciuitatem nostram ⌋ .i. concives ⌊ cum sint Iudæi ⌋ q contra Romanorum censuram, prohibent deorum culturam ⌊ & annunciant morẽ ⌋ .i nouum ritum colendi deum Christum ⌊ quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani ⌋ .i. Romanis confœderati ac subditi. Iam enim ordinauerunt Romani ne sine approbatione Senatus aliquis de nouo deus diceretur aut coleretur. ⌊ Et concurrit plebs aduersus eos & magistratus ⌋ cito credentes omni spiritui ⌊ & scissis tunicis eorum ⌋ tanquam hominum pessimorum et vilium ⌊ iusserunt ⌋ magistratus ⌊ virgis eos cædi. Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem. ⌋ In hac punitione fecerunt contra Romanos, sicut infra dicetur ⌊ præcipientes custodi, vt diligenter eos custodiret ⌋ tanquam valde damnabiles. ⌊ Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem ⌋ qui fuit forte profundior, pœnalior, & inconfringibilior ⌊ & pedes eorum strinxit in ligno ⌋ ne quoquam modo effugerent. ⌊ Media autem nocte P aulus & Syleas, adorantes laudabant deum ⌋ in tot aduersitatibus gratias cum gaudio referentes, iuxta
psalm. 118. quod legitur. Media nocte surgebam ad confitendum tibi ⌊ & audiebant eos q in custodia ⌋ .i. in carcere ⌊ erant ⌋ quod tam alacriter deum laudarent. ⌊ Subito vero terræ motus factus est magnus ⌋ non vbique, neque a causa naturali, sed vbi fuerunt detenti, & a virtute angelica ad demonstrandum sanctitatem & virtutẽ orationis istorũ. P ropter quod ait Beda. Deuotio Aposto-

lici pectoris,& virtus orationis exprimitur,dum & illi hymnos in imo carceris cecinerunt, & eorum laus terram commouerit, carceriſque fundamenta concuſſerit,& aperuerit oſtia, atque ipſas poſtremo vinculatorum catenas reſoluerit. Hinc ſubditur, ⌊ ita vt mouerentur fundamenta carceris, & ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum ⌋non Pauli & Syleæ duntaxat,ſed omnium qui erant in carcere,qui meritorum participes facti ſunt apoſtolorum ſanctorum ⌊ vincula ſoluta ſunt ⌋ poteſtate angelica ac diuina. ⌊ Expergefactus autem cuſtos carceris,& videns ianuas carceris aptas, euaginato gladio volebat ſe interficere ⌋ præ triſtitia & dolore ⌊ æſtimans fugiſſe vinctos ⌋ & ob id morte ſubſtantiaue puniendum ſe reputans ⌊ Clamauit autem Paulus voce magna dicens, Nihil tibi feceris mali,vniuerſi enim hic ſumꝰ ⌋ Spiritu reuelãte,vidit in mente quid carceris cuſtos incepit, cuius damnationi compatiens,affectuoſiſſime clamauit ⌊ Petitoque lumine ⌋ a miniſtris ſuis ⌊ ingreſſus eſt, & tremefactus ⌋ de effectibus tam miraculoſis ⌊ procidit Paulo & Syleæ ad pedes ⌋ ſanctitatem & virtutem eorum admirans,honorans, imitarique cupiens ⌊ & producẽs eos foras ⌋ .ſ.extra carcerem,in quo patet,quod amor apoſtolorum abſtulit ab eo timorem principum ſuorum, contra quorũ edictum eduxit apoſtolos, imo & amor veræ ſalutis ad hoc ipſum induxit,nam ſubditur ⌊ ait. Domini,quid me oportet facere vt ſaluus fiam? At illi dixerunt,crede in dominum Ieſum ⌋ deum & hominẽ, in quem creditur ſecundum quod deus eſt, Propter q̃d dixit apoſtolis.Creditis in deum,& in me credite. Por ro in Ieſum credere,eſt charitate & opere fidem ornare ⌊ & ſaluus eris tu & domus tua ⌋ id eſt, domeſtici tui, tuũ ſequendo exemplum. ⌊ & tollens eos ⌋ id eſt,ad meliora domus ſuæ loca introducens eos ⌊ in illa hora noctis lauit plagas eorum ⌋ corporales, vt lauarentur ab eis ſuæ plagæ ſpiritales ⌊ & baptizatus eſt ipſe & omnis domus eius continuo, ⌋ Non dubium quin ante baptizationem hanc apoſtolus prædicauerit illis diffuſe, Iohan. 14

de mysteriis fidei Christianæ. ⌊ Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam ⌋ ad corporalem refectionem, a quibus mente fuit refectus, Necindecens fuit apostolis tam mane seu ante auroram comedere, qui flagellis ac carcere fuerant extenuati. Necessitas quippe, impossibilitas, & infirmitas legem non habent ⌊ & lætatus est cum omni domo sua ⌋ de sua conuersione, apostolorum sanctitate, & quod se gladio non inuasit. Similiter omnes domestici sui sunt gauisi. ⌊ Et cum factus esset dies miserunt magistratus lictores ⌋ .s. nuncios ad custodem carceris ⌊ dicentes. Dimitte homines illos ⌋ Cur hoc nunciauerint in textu non dicitur, verum in Ecclesiastica historia legitur, quod ideo ne plures crederent, quia miraculum præscriptũ iam eis innotuit. Vel vt alij dicunt, passionis impetu, quo iniuste punierunt apostolos iam sedato, aduerterunt se iniuste fecisse. ⌊ Nunciauit autem custos carceris verba hæc Paulo ⌋ tanquam principaliori ⌊ quia miserunt magistratus vt dimittamini ⌋ & inde gauisus est custos, cernens nullum sibi instare periculum, quod eduxisset illos de carcere. ⌊ Nunc ergo exeuntes, ite in pace. Paulus autem dixit. Cæsos nos publice indemnatos homines Romanos, miserunt in carcerem ⌋ quasi dicat, In hoc multipliciter excesserunt, quod homines innocentes quasi maleficos publice flagellari fecerunt, & sine iusto iudicio incarcerauerunt, ex vehementia passionum suarum, cum simus Romani. Paulus enim fuit ciuis Romanus, non quasi ibi natus, sed quia ciuilitas illa, patri eius fuit collata pro seipso, suisque filijs, vt infra dicetur. Quomodo autem Syleas fuit Romanus, non est adeo certum, sed in Scholastica historia ita habetur, Romanos, id est, subiectionem professos Romano imperio, capitis censu puta denario qui super caput ponebatur, ab his qui se Romano imperatori profitebãtur subiectos, atque Romana libertate donatos ⌊ & nunc occulte nos eiciunt ⌋ in q̃ romanæ ciuilitati derogauerunt, & contra romanorum egerunt decretum, q̃ fuit sancitum, nullum damnari nisi locũ ex

Mar .2.

cusatiõis accipet. Nõ ita, sed veniãt, & ipi nos eiciãt, ⌋ Nõ ex ipacietia, sed zelo iustitiæ dixit Pau. & ne i ipso ac suis scãdalizarẽtur, atq; a fide susципiẽda, ipedirent pusilli. Et itẽ. vt sicut fuit publica punitio, sic esset & manifesta ereptio, vt veritas cunctis pateret. ⌊ Nũciauerũt autem lictores magistratibus verba hæc, ⌊ Timuerũtque audito quod Romani essent ⌋ Formidabant enim de his apud Romanos accusari atque affligi ⌊ Venientesque deprecati sunt eos ⌋ vt sibi ignoscerent, quia p ignorantiam hæc fecissent ⌊ & educẽtes rogabant eos vt egrederentur ⌋ de vrbe ne in ciuitate oriretur dissentio, propter eorum præsentiam & doctrinam ⌊ Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam ⌋ primo tamen de carcere ingressi fuerunt domum custodis ipsius. Nam fœmina hæc de apostolorum iniusta persequutione fuit plurimum contristata, quod Paulus in seipso perpendens, accessit ad eam cum suis gratia consolationis, mirabilia dei quæ contigerunt insinuans ei, ipsamq; in fide confortans ⌊ & visis fratribus ⌋ videlicet Christianis q iam in hac vrbe fuerunt ⌊ consolati sunt eos, & profecti sunt.

Expositio capituli septimidecimi. Cum autem perambulassent.

Articulus decimusseptimus.

Cum autem perambulassent Amphipolim ⌋ vrbẽ s. Macedoniæ sic vocatam ⌊ & Apolloniam ⌋ quæ & ipsa est ciuitas Macedoniæ, & est alia in Aphrica, quæ vocatur Pentapolis ⌊ peruenerũt Thessalonicam ⌋ Macedoniæ vrbem ⌊ vbi erat Synagoga Iudæorum ⌋ Iudæi enim ibidem manentes, in vrbe illa domum, in qua ad colendum deum confluebant, habebant, Et sicut ecclesia interdũ pro congregatione Christianorum, interdum pro materiali templo accipitur, ita & Synagoga nũc pro collectione Iudæorum, nunc pro materiali eorum susципitur templo. Vnde apud Lucam dicunt Iudæi de centurione ad Christum, Synagogam ipse ædificauit nobis ⌊ Secundum consue- Lucæ. 7.

tudinem autem suam Paulus introiuit ad eos ⌋ in Synagogam, volens omnibus loqui de Christo ⌊ & per sabbata tria differebat eis de scripturis ⌋ Die enim sabbati magis confluxerunt Iudæi, & paulatim præparauit corda illorum ad suscipiendam fidem catholicam, cõ probans ex scripturis, quæ de Christo mox proponere intendebat. Hinc subditur ⌊ adaperiens & insinuans, qa Christum oportuit pati, & resurgere tertia die a mortuis ⌋ Horum vtrumque in prophetis de Christo copiose prædictum est, imo & tempus suæ occisionis in Daniele apertissime prætaxatum ostenditur. Oportuit ãt Christum pati non necessitate absoluta, imo ipse seipsum tradidit morti, quemadmodum in Esaia habetur. Oblatus est, quia voluit, sed conditionata, seu ex hypothesi, quia videlicet diuinitus fuit præordinatum, atq; prophetice prænunciatum, per voluntariam Christi passionem, saluandum esse genus humanum, & quod non aliter saluaretur ⌊ & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis ⌋ Quicquid namque de Christo vaticinatum fuit in Iesu Nazareno impletum probatur, videlicet quo ad locum, & tempus, ac genus. Nã natus est tempore a Daniele præfixo, in ciuitate a Michea prædicta, item de tribu Iuda, prout Iacob prædixit. Insuper fecit miracula quemadmodum Esaias prædixit, vixit, docuit, sicut in prophetis prædictum est. Sustinuit tale genus mortis, quale a Dauid & ab Esaia fuit prænunciatum. Deinde resurrexit, ascendit, spiritũ sanctum misit, Per discipulos innumerabilia maxima, solique deo possibila egit miracula. ⌊ Et quidam ex eis ⌋ puta Iudæis istis ⌊ crediderunt ⌋ in Christum ⌊ & adiuncti sunt ⌋ mente & corpore ⌊ Paulo & Syleæ ⌋ vt plenius informarentur de Christo & fide catholica ⌊ & de colentibus ⌋ scilicet gentilibus ad Iudaismum conuersis vnum verum deum, qui appellantur proselyti ⌊ gentilibus ⌋ qui scilicet vsque tunc in gentili ritu permanserãt ⌊ multitudo magna ⌋ conuersa est ⌊ & mulieres nobiles nõ paucæ ⌋ q̃ etsi ante iam carnis propagine nobiles extiterunt, credendo in Christum atque cæle-

Lucæ. 24.

Danie. 9.

Esai. 53.

Danie. 9.

Gene. 46.

Esaiæ. 53.

ſtem regenerationem ſumendo, multo nobiliores effectæ ſunt mente, virtutũ præclariſſima dignitate. ⌊Zelantes autem Iudæi⌋id eſt, increduli iudæi honori & gloriæ Ieſu Chriſti diſcipulorumque eius inuidentes & legem Moſaicam inordinate zelantes, ſeu diligentes vel imitantes ⌊aſſumenteſque de vulgo viros quoſdã malos⌋ vt multitudine ac impetuoſo & irrationabili ſtrepitu præualerent, qui nullam pro ſe rationem habebant ⌊turba facta concitauerunt ciuitatem⌋id eſt, habitatores Theſſalonicæ, verbis mendacibus eos contra apoſtolos prouocando ⌊& aſſiſtentes domui Iaſonis hoſpitis Pauli & Syleæ ⌊querebant eos producere in populum⌋id eſt, ad publicum trahere, tanquam maleficos, vt eis viſis, populus contra eos inſurgeret. ⌊Et cũ nõ inueniſſẽt eos⌋quia iam alibi occupabãtur ⌊trahebant Iaſonem & quoſdam fratres⌋ſcilicet Chriſtianos, ad principes ciuitatis, forte putabant apoſtolos abiſtis pauiſatos aut occultatos ⌊clamantes, quoniam hi ſunt qui vrbem concitant⌋id eſt, diſcordiam inter cives pariunt. Semper malitia, ſpecie aliqua bonitatis ſe palliat. Vnde & hi cum eſſent prauiſſimi, tamen reipublicæ amatores ſe confixerunt, vt eis celerius crederetur, & quod ipſi fecerunt, apoſtolis & eorum imponebant diſcipulis ⌊& huc⌋puta ad Theſſalonicam ⌊venerunt, quos Iaſon ſuſcepit⌋hoſpicio, ſcilicet paulus cũ ſuis⌊ & hi contra decreta Cæſaris faciunt, regem aliũ dicentes eſſe Ieſum⌋Romanus etenim imperator, tunc fuit monarcha, & ſine ſua licentia noluit aliquem regẽ vocari, præſertim qui non fateretur ſe Romano ſubiectum imperio. Paulus autem & Syleas prædicauerunt Ieſum eſſe regem regum, ſed per hoc temporali domino imperatoris non derogabant⌊. Concitauerunt autem plebem & principes ciuitatis audientes hæc⌋verba, & non intelligentes quo ſenſu eſſent prolata. ⌊Et acceptа ſatiſfactione a Iaſone & fratribus⌋ cum enim veraciter fuerint innoxii, poterant ſe rationabiliter excuſare, & verba apoſtolorum ita interpretari, quod non derogabant Romanis, eo quod Chriſti regnum ſpirituale

consistat ⌊ dimiserunt eos. Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum & Syleam in Beroeam ⌋ Macedoniæ, vrbem sic dictam non Beroam, vt quidã scribunt. Opportuno etenim tempe fugiẽdum esse a facie persequentium de loco ad locum, Christ⁹ verbo docuit & exemplo. Nam & ipse in Euangelio scribitur sic operatus. ⌊ Qui cũ veniissent ⌋ in Beroeam ⌊ in Synagogã Iudęorum introierunt ⌋ ineffabili enim & ardentissima charitatis affectione sitiebat paulus Iudęorum salutem & quo eum durius persequebantur, eo cordialius eis compatiebatur, nec aduersa in ipso charitatem tepere fecerunt, imo potius succenderunt. Hinc ab alijs electus ad alios accedere non cessauit, cupiens saltem aliquem saluare ex eis. ⌊ Hi autem ⌋ videlicet Beroenses ⌊ erant nobiliores ⌋ nobilitate animi & virtutum ⌊ eorum qui sunt Thessalonicæ ⌋ id est, Thessalonicensibus nobiliores, seu de nobilioribus illorum, Et cur hoc subdit ⌊ q̃ susceperunt verbum ⌋ Euãgelicæ prædicationis a Paulo ⌊ cum omni auiditate ⌋ id est, perfecta mentis appetitione, qua veritatem appetierunt ac salutem ⌊ quoti die scrutantes ⌋ id est, diligenter inuestigantes & conferentes ⌊ scripturas ⌋ veteris testamenti, in quibus de Christo fit mentio ⌊ si hæc ⌋ quæ Paulus de Iesu prædicauit ⌊ ita se haberent ⌋. Non enim leui, circumspectaq; mente fuit lex noua suscipienda, aut aliquis Christus credendus, sed scripturæ fuerant reuoluendæ, an noua veteribus consonarent. Verum fide recepta non sunt scripturæ scrutandæ ad videndum an hæc ita se habeant, sed ad intuendum clarius, ad prædicandũ, probandumque fortius, quod vtique ita se habent. Itaque nobilitas mentis, est studio scripturarum syncæro fine insistere, sapientiæ operam dare, virtutibus animam decorare. Et qui in his amplius occupatur, illustrior cõprobatur. ⌊ Et multi quidem crediderunt ex eis, & gentilium mulierum honestarum ⌋ quæ sua honestate ac pbitate naturali ad fidei susceptionem, & veritatis amplexum magis erant dispositæ ⌊ & viri non pauci ⌋ sic ex vtroq; populo, & sexu vtroq; conuersi sunt pluri

Matt. 10.

mi. ⌊ Cũ autẽ cognouissent in Thessalonica Iudæi, qa & Beroeæ p̃dicatum est a P aulo verbum dei, venerunt illuc, commouentes & turbantes multitudinẽ ⌊ Beroensium, Impijs quippe dãnatio non sufficit propa, sed aliorum q̃q; impedire salutem nituntur, & parificare eos sibi in vicijs, ⌊ Statimq; P aulum tunc dimiserunt fratres, vt iret vsq; ad mare ⌋ & per illud ad loca alia nauigaret ad p̃dicandum. Ipsum enim Iudæi magis psequebantur, qa erat dux verbi. ⌊ Syleas autẽ & Timotheus remanserunt ibi ⌋ puta in Beroea, ad confirmationem & consolationem ibi credentium. ⌊ Qui autem deducebant P aulum ⌋ qui erant credentes ⌊ perduxerũt eum vsq; ad Athenas ⌋ famosissimam Græciæ vrbem, & philosophiæ studijs olim mãcipatã. Nouerãt hi P aulum ducentes, q̃d græci sapientiam q̃rerent, ideo eũ tam q̃ sapientissimũ ad vrbẽ studentium deduxerunt ⌊ & accepto mandato ab eo ⌋ scilicet P aulo ⌊ ad Syleam & Timotheum ⌋ quib⁹ mãdauit ⌊ vt q̃ celeriter ⌋ .i. valde festinanter ⌊ venirent ad illũ, ⌋ profecti sunt ⌋ ad eũ, tanq̃ boni discipuli. P aulus em̃ itendebat in Athenis fortiter p̃dicare, iccirco illoꝝ tã p̃cipuorum virorꝝ volebat assistentiã habere atq; p̃sentiam, q̃tenus & ipsi aliq̃bus loq̃rẽtur q̃ dei sunt. Siquidẽ frater q adiuuat a fratre, q̃si ciuitas munita. ⌊ P aul⁹ autẽ cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso ⌋ .i. aĩa eius intra se æstuauit dolore, cõpassione, desyderioq; conuersionis errantium ⌊ videns idolatriæ deditã ciuitatem ⌋ tã inclytam. Vnde Zelo diuini honoris succensus est, & a spiritu sancto inflammatus ad verę diuinitatis cultum denunciandum. ⌊ Disputabat ergo in Synagoga cum Iudæis & colentibus ⌋ id est, gentilibus ad Iudaicam legem conuersis ⌊ & in foro per omnes dies ⌋ qbus ibi fuit, ex quo loqui exorsus est ⌊ ad eos q audierũt ⌋ qui scilicet ibi p̃sentes fuerũt. Veritas em̃ non q̃rit angelũ, & oĩs qui facit veritatem venit ad lucem. ⌊ Quidã aũt Epicurei & Stoici P hilosophi disserebant cum illo ⌋ contra eum argumentando vt moris est ipsis philosophis dũ aliq̃ suis documentis cõtraria audiũt. De secti-

Augustin⁹ Epicurei

vero, distinctionibus & philosophorũ Augustinus in libro de ciuitate dei copiose pertractat. Epicurei autẽ philosophi a magistro & principe suo Epicuro nomẽ

Hierony.

sortiti sunt, beatitudinem hominis in corporis voluptatibus constituentes, quamquam teste Hieronymo, ipsemet Epicurus hoc docẽs continentissime vixerit, oleribus vtens, exiguis. Stoici vero in sola animi virtute

Stoici

felicitatem hominis posuerunt. Hi inter se discordantes, contra Apostolum concorditer argumentabantur. ⌊Et alĩ dicebant. Quid vult seminiuerbius hic dicere? ⌋id est, quid iste fabulator, & inutilium prolator sermonum prætendit. Verumtamen sanctus Apostolus vere seminiuerbi⁹, id est, verbi seminator fuit. Semẽ

Matt. 13. Luc. 8.

em̃ est ῡbũ dei. Et ipse ait: Nos vobis spiritualia seminauim⁹. Seminator ergo erat ῡbox, & messor morũ, de huiusmodi messiõe vberes fruct⁹ expectãs. ⌊Alĩ vero dicebant, Nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse. ⌋Varios dæmonum ordines posuerunt gentiles, p̃sertim Platonici, scilicet Calodæmones, cathodæmones, & cacodæmones, quorum quosdam dixerũt bonos, q̃sdam peruersos. Calodæmones asserebant multũ virtuosos, & summo deo iugiter assistentes, quod theologi de ãgelis supiox̃ astruũt ordinũ. Cathodæmones insuper appellabant substantias intellectuales bonas, hominum custodiæ delegatas, atque ad bona cohortãtes, quod de angelis inferiorum chororũ edocent sancti. Cacodæmones vero vocabant malorum persuasores ac punitores, quod nos dæmonibus conuenire asserimus. Platonici tamen nomine dæmonis non semper

1. Petri. 5

intellectum peruersum intellexerunt, sed intellectualem substantiam, cum dæmon dicatur a daemon nomine græco, quod latine interpretatum est, intellectus, vel peritus. Pretatas demum substantias inter deos computauerunt & coluerunt, potissime q̃ de primo secundoque ordine sunt, imo & quidam etiam infernalibus dijs sacrificauerunt, quatenus amicorum & propinquorum suorum spiritibus in inferno detentis, miniores consisterent. De hac re in Phedrone & Timeo Io

quitur Plato. Itaque quibusdam Atheniensibus videbatur, quod Paulus ob nimiam doctrinæ suæ incomprehensibilitatem, inauditamque altitudinem, prædicaret colenda esse dæmonia, hactenus inaudita, siue de bonis siue de malis siue de optimis, secundum eorum errores id intelligatur. Dæmones equidem dicebant animalia mente rationalia, animo passiua, corpore aerea, tempore æterna, sicut ex Porphyrij verbis & Apulæi innotescit. Nos autem Christiani dæmones dicimus quidē in cælo creatos, & de cælo eorū exigente superbia partim in infimo terræ deiectos, partim in aere tanquam congruo sibi carcere damnatos, nocendi semper cupidos, a iusticia alienos, superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos. ⌊ Et apprehensum eū, ad Ariopagum ⌋ id est, vicum in quo Mars colebatur ⌊ duxerunt dicentes. ⌋ Notandum quod Atheniensis singulos vicos a dijs q in eis colebantur nominauerunt. Arios autem græce, latine Mars dicitur, Pagos vere vicus, seu villa, Inde Areopagus id est, vicus Martis. ⌊ Possumus scire quæ est hæc noua quæ a te dicitur doctrina? Noua enim quædam infers auribus nostris ⌋ Quasi dicāt, Cum sint mira & inconsueta quæ doces, libenter audiremus explanationem eorum & rationem. Huius interrogationis causam Lucas interponit, subdēdo ⌊ Athenienses enim ad nihil aliud vacabant, nisi aut discere aut audire aliquid noui ⌋ Quod partim curiositatis, partim studiositatis fuisse videtur, Philosophi namque veritatis sunt auidi. Ciuitas autem Atheniensis studio philosophiæ vocabat vehementissime, ideo omnium rerum rationes scrutabantur, & causas, & nouis adinuentionibus gloriabantur. ⌊ Stans autem Paulus in medio Ariopagi, ait. ⌋ Inter vicos Athenarum Ariopagus erat præclarior. Nam ibi erat curia magistratuum & schola liberalium artium. ⌊ Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video ⌋ quasi, non tantum similitudinem hic designat, sed etiam veritatem. Vera citer enim fuerunt superstitiosi, quia idolatræ. Superstitio quippe est vicium religioni seu latriæ opposi

tum secundum excessum, quoniam exhibet cultum diuinum cui non debet, vel eo modo q̃ non debet. Quomodo autem in cultu dei possit esse superfluum, & qd sit superstitio, de speciebusque eius Thomas in secunda secundæ, quęstione. 92. inducit ⌊Præteriens enim, & videns simulacra vestra ⌋ quæ ideo cõsyderaui, & eorum culturam diligentius reprobarem ⌊ inueni aram ⌋ id est altare ⌊ in qua scriptum erat. Ignoto deo ⌋ Et est sensus. Ara hæc consecrata est deo ignoto, quantum ad particulares proprietates seu distinctam cognitionem ipsius. Athenienses enim singulis aris, singulos titulos superponebant, monstrantes quibus essent dedicatæ. ⌊Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis ⌋ id est, deum cui consecrata est hæc, vobis ignotum, cui tamen sacrificatis, ego prædico adorandũ atque colendum. ⌊ Deus qui fecit hunc mundũ & omnia quæ in eo sunt ⌋ Mundus tam a philosophis, quam a theologis varijs modis accipitur. Quandoque pro elemento terræ, interdum pro regione elementari, aliquando pro tota machina mundi sensibilis seu corporei, q̃tum ad principales ipsius partes, videlicet pro regione elementarium atq; cælestium corporum, & sic modo accipitur. ⌊ Hic cæli & terræ cum sit dominus ⌋ propria autoritate vniuersaliq; potestate, & perfecta prouidentia omnibus pręsidens, de quo in libro Iob habetur. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit orbem quem fabricatus est ⌊ non in manufactis templis habitat ⌋ p aliquam circũscriptionem, localẽue determinationẽ, sicut .7. capi. Stephanus dixit, itẽq; ibidem expositũ est ⌊ nec manibus humanis colit ⌋ digens aliq̃ ⌋ Quod ait deũ manibus humanis nõ coli, sic accipi potest, q̃d exterioribus & corpalibus actib⁹ deus principaliť non honoret. Principales namq; & primarij actus religionis seu latriæ, sunt actus interiores, actus vero exteriores sunt secundarij & minus principales, qbus velut qbusdã signis, aĩa ad internos spirituales que actus latriæ excitatur. Siquidem cum inuisibilia dei, per visibilia cognoscantur, ad hoc quod mens nostra deo vniatur, sensibilium indiget manuductione.

Mundus varijs modis accipitur.

Iob. 34.

¶Præterea deū colimus & laudamus, non ꝙd ipe indi
geat, aut aliquid beatitudinis hinc ei accreſcat, ſed quo
niam ipſe dignus eſt ſummo honore, omnique laude,
& quoniam tot bona nobis largitus eſt. Propter ꝙd ait
Pſalmiſta. Dixi domino deus meus es tu, quoniam bo Pſalm.15.
norum meorum non eges. Ipſe etenim in ſeipſo vere &
abſolute pfectus eſt, ſibi in ſe, & p ſe prorſus ſufficiens
infinitis diuitijs in ſeipſo æternaliter opulentus, deus
ſupglorioſus & ſupbenedictus in ſempiternum. ⌊cum
ipſe det omnibus vitam⌋ Omnibus plane viuentibus
vitam dat deus, ꝙcumq; genere vitæ viuentes ſint ⌊et Iohan.1.
inſpiratiōe⌋ q p inſpirationem conſeruantur in vita,
⌊& oīa⌋ quæ habent, nam omne eſſe, ab ipſo primæuo
fonte eſſendi manauit. ⌊Fecitq; ex vno homine⌋ ſcili-
cet protoplaſto parente Adam ⌊omne genus hominū⌋
id eſt, homines vniuerſos ⌊inhabitare ſup vniuerſam
ſupficiem terræ⌋ ita quod Adam eſt principium toti-
us ſpeciei humanæ. Nam & prima mater noſtra Eua
de eius formata eſt coſta. Hinc ſcriptum eſt Malachiæ
primo. Nonne pater vn⁹ oīm noſtrum? ⌊definiens fir
tuta tempora⌋ .i. tempora ab ipſo inſtituta determi-
nans & diſtinguens, eiſq; finē imponens, de ꝙ cātamus
in hymnis, ꝙd temperet rerum vices, & lucis diurnæ tē
pora, ſucceſſibus determinat. De ꝙ etiam in libro Iob
cōſcribit. Ab omnipotente non ſunt abſcondita tem- Iob.24.
pora. Et rurſus in eodem. Tempus poſuit tenebris, & Iob.28.
vniuerſorum finem ipſe conſyderat. In Danielis quoq;
volumine. Ipſe mutat tempora & ætates. ⌊definiens⌋
etiam & ⌊terminos habitationis eor⌋ .i. certa terræ
loca hominibus p habitatione concedens, nam partem
terræ ags opertam reliquit, partem ſiccauit, & ꝙſq; lo
ca habitabilia tēderent præfixit. Propter quod aſſerit
ſcriptura, Quando diuidebat altiſſimus gentes, quan- Deut.32.
do ſeparabat filios Adam. Conſtituit terminos populo
rū⌊quærere deum⌋ .i. ad hoc tempora terminoſq; di-
ſtinxit vt homines in tempe huius incolatus deū crea-
torē mente ꝙrant, colāt & diligant ⌊ſi forte attrectēt⌋
.i. mente attingant ⌊cum aūt inueniant⌋ Ideo additur

Eccle.15. forte, quoniam perfecte in vita hac attingi nequit, aut inueniri, & quia in hominum libertate est facere ista.

Sapien.13. In creaturis autem creatoris relucet maiestas, iuxta illud Sapientiæ, A magnitudine speciei creaturæ, poterit creator horum cognoscibiliter videri ⌊quamuis non lõge sit, ab vnoquoque nostrum⌋imo in omnibus nobis est, atque in cunctis creaturis, per essentiam, præsentiam, atque potentiam, qui apud Hieremiam protestatur, Cælum & terram ego implebo. Sed parum sibi hoc est, cum magnitudinis eius nullus sit finis, cuius cõparatione totus mundus est tanquam puluis exiguus. Cæterum in bonis est deus per dona gratiæ, in beatis p dona gloriæ, in peruersis per rigorem iusticiæ, in damnatis per illationem vindictæ. Sic ergo quærendus est deus non quasi loco distans a nobis, sed incomparabili dignitate eminens vniuersis, a quo impij dissimilitudine distant, iuxta illud Salomonis. Longe est dominus

Prouer.15 ab impijs, Quærendus est ergo deus vt clarius agnoscatur, ardentius diligatur, firmius conseruetur, perfectius honoretur, vt ei per assimilationem propinquemus, eius bonitatem imitando, eiusque dona participãdo, qui est ante omnia, non solus, potest omnia, non põuentus, in omnibus, non inclusus, extra omnia, non exclusus, supra omnia non elatus infra omnia, non oppressus, manens æternaliter in sua super essentiali, infinitaque simplicitate ac luce incommutabiliter habitãs ac subsistens. ⌊In ipso enim⌋id est, diuina virtute, eiusque incessabili manutenentia ⌊viuimus, mouemur, & sumus⌋ita quod nec in momento subsisteremus, nisi ab ipso conseruaremur, quia indefinenter dependimus ab ipso in esse & permanere, multo plus quam riuus a fonte, dies a sole, aut splendor a luce. His autem verbis

Iohan.5. ostendit Apostolus deum in his quæ creauit indefinen-
Sapien.3. ter operari, secundum quod ait Saluator. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. In Sapientiæ quoque libro legitur. Attingit sapientia a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Deniq; his cõcordat quod in prima parte quæstione. 8. loquit Thomas. Res inquiens sunt in deo dupliciter. Vno modo si

cut in conseruãte vel continente, sicque res in se acceptę seu consideratæ, sunt in deo, sicut in virtute eas regente, & ita dicit apostolus, in ipso viuimus, mouemur & sumus. Alio modo sunt in ipso, sicut in exemplari principio, & sic omnia sunt vita in deo, in quo idealiter, vitaliterque consistunt, iuxta illud Iohannis. Quod factũ est in ipso vita erat ⌊sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt⌋ Hoc enim dixit Aratus poeta cum suis sequacibus Conuenienter autem apostolus contra gentiles disputans, non scripturas noui aut veteris testamenti, sed gentilis viri testimonium profert, quoniam contra diuersos fidei aduersarios, diuersis argumẽtandum est modis ac vijs, vtpote contra iudæos per scripturas legis ac prophetarum, contra hæreticos, etiam p̃ noui testamenti scripturas, contra gentiles, per naturalis rationis discursum. Oportet namque audientium considerare personas, & eas allegare cuique scripturas, seu documenta, quæ recipit. ⌊Ipsius enim⌋ videlicet dei ⌊genus sumus⌋ id est, genitura seu factura ipsius, ad eius imaginem & similitudinem conditi, non quasi de eius substantia, vel pars suæ substantiæ existentes, sed ab eo in esse naturæ producti, per dona gratiæ reformati, per dona gloriæ beatificandi. Vnde Beda fatetur. Genus dei sumus, non ex eius natura editi, sed ipsius spiritu voluntarie creati, & adoptiue recreati. Hinc Iacobus: Voluntarie (inquit) genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Prædicta autem verba, ipsius enim genus sumus, sunt verba ab Arato poeta prolata, Quæ Paulus cum sciret de Ioue gentilium deo maximo erronee dicta, subtiliter ad veri dei prædicationem assumit. ⌊Genus ergo cum sim⁹ dei⌋ sicut supra expositũ est, ⌊non debemus æstimare, auro aut argento, aut lapidi sculpturæ artis⌋ id ẽ, in q̃ per artem est exarata sculptura ⌊aut cogitationi hominis diuinum esse simile⌋ id est, esse diuinũ seu deum non debemus putare similem fore metallis aut saxis seu idolis manu factis, ¦aut humana comprehensibilem ratiõe. Si eñ ita sentimus, summo, supexaltato, incircũ

Iohan. 1.

Iacobi. 1.

scriptibili ac simplicissimo deo, iniuriam maximam irrogamus, & nosipsos vniter degeneram⁹. Iccirco tanquam nobiles creaturæ, nobiliter digne & vere de deo nostro creatore debemus sentire. His verbis apostolus idolatriam reprobat. ⌊Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens deus⌋ i. tempus quo idolatria viguit, imo potius ipsos idolatras, qui ante Euangelicã prædicationem fuerunt, deus iusto iudicio deserens & contemnens. Tempori quippe ascribitur, quod hominibus in tempore existentibus, competit seu contigit. Vnde dies mali dicuntur. Et crastinus dies sibiipsi solicitus erit. Et tempus quosdam iuuare asseritur. Hinc alibi dicit apostolus. In præteritis generationibus dimisit deus gentes ingredi vias suas ⌊ nunc annunciat hominibus⌋ p̃ prædicationẽ scilicet apostolorum discipulorumque Christi ⌊ vt omnes vbique pœnitentiam agant⌋ se conuertendo ad Christum per pœnitentiam
Eccle. 2.
Hiere. 18.
Matt. 3.
Lucę 3.
salutarem⌊ eo quod⌋ deus⌊ statuit diem in quo iudicaturus est orbem⌋ id est homines vniuersos⌊ in æquitate⌋ vnumquemque videlicet secundum quod meruit secundum diuinam procedendo iusticiam, in retributione mercedis⌊ in viro quem statuit⌋ id est, per Christum, quem secundum naturam assumptam ordinauit atque constituit iudicem vniuersorum, per iudicij̃ exequutionem, atque sententiæ prolationem, quæ Christo secundum quod homo est competit, quemadmodũ ait. Dedit ei potestatem & iudicium facere, quia filius
Iohan. 5.
hominis est. Porro in finali iudicio deus trinitas per autoritatem principaliter iudicabit. Christus autem vt homo ministerialiter iudicium exhibebit⌊ suscitans eum a mortuis tertia die. Cũ audissent ãt resurrectionẽ mortuoꝝ⌋ futuram in oĩbus ante iudiciũ, & iã in Christo completam⌊ quidam qdem⌋ incorrigibiles, quoꝝ corda non tetigit spiritus sanctus ⌊ irridebant eum⌋ scilicet Paulũ, tanq̃ irrationabilia ac impossibilia prædicãtem, non eñ ad dei oĩpotentiã, sed ad naturalẽ rationẽ, potestatem & ordinẽ aspiciebãt. ⌊Quidã vero dicebant, Audiemus te de hoc iterum⌋ vt diligẽtius

conferam⁹,& q̃d verũ est approbem⁹. ⌊Sic Paulus exiuit de medio eor̃.Quidam vero viri⌋ vigore virtutũ animiq; decore⌊ adhęrentes ei crediderunt, in qbus & Dionysius Ariopagita⌋q ab Ariopago,in q̃ ip̃e principalis fuit philosophus magister & doctor p̃clarus⌊ & mulier noĩe Damaris⌋ quam dicunt fuisse cõiugẽ eius ⌊& alĩ qdam cum eis.⌋Postremo dicendum nunc esset,q̃re in Athenis cõsecrata fuit ara ignoto deo.Quod qain legẽda diuini & magni Dionysĩ diffusius cõtinetur,hic non nisi breuiter est tãgendum.Videntes philosophi tpe passionis Chr̃i mirabilem illã eclipsim naturalem causam inuenire nequibãt,imo p naturalẽ suã sapientiam agnoscebãt illã eclipsim naturalem nõ esse, & multa supnaturalia in ea cõsistere, vehementissime mirabãt,cernentes cælestium corpor̃ solitum cursum,naturalẽq; legem ad ordinem variari. Hinc veluti in excessu q̃dammodo positi loq̃bantur.Aut deus naturæ patit,aut machina mũdi peribit,aut sydera fallunt. Propterea deo cuius ỹtute & causa mirabilia illa fiebant,aram cõstituerunt.Et qm̃ dei illius determinatam nõ habuerunt noticiam,p titulo affixerũt,ignoto deo,quem etiam genuflexionibus ac p̃cibus,nõ aĩalium oblationibus censebãt colẽdum. Cũ ergo Paulus Atheniẽsium altaria plustrasset,& causam, modũ,ac tẽp⁹ dedicationis altaris ignoti dei nouisset, dixit philosophis . Quem ignorantes colitis,ego annuntio vobis . Deinde specialiter principem philosophorum illorum Dionysium est affatus. Qui licet ad prædicationem Pauli faciliter crederet, non tñ nisi post acerrimam atq; longissimam disputationem se credere fatebatur. Porro quam mirabilis fuerit præfata eclipsis,sanctus Dionysius in epistolis ad Apollophanum,& itemad Polycarpũ describit. Nam sicut ad Polycarpum disseruit, quatuor mirabilia in illa eclipsi consyderata fueraut. Primum quia tunc fuit oppositio & plenilunium . Naturalis vero eclipsis fit tempore⌊ coniunctionis. Secundum quia cum luna fuisset soli supposita circa horam sextam in medio cæli tamen in vesperis restituta fuit

suo loco in oriente opposita soli. Vnde temporum or
iii do non fuit turbatus. Tertium, quia eclipsis natura
liter incipit ab occidente, & peruenit ad orientem, quo
niam motus lunæ in proprio orbe velocior est motu
solis in circulo proprio, sicque pertransit solem ab occi
dente accedens, sed tunc luna pertransijt solem distans
ab eo per circuli medietatem in oppositione existens,
iccireo oportuit, vt ab oriente reuerteretur ad solem,
& primo attingeret eum a parte orientali, illamq; pri
iiii mitus eclipsaret. Quartum quia in naturali eclipsi illa
pars solis primo apparet, quæ primo fuerat obscurata
tunc vero partem vltimo occupatam, primo reliquit.
Præterea Beda & Scholastica historia referunt hũc esse
Dionysiũ, quĩ a Paulo episcopus ordinatus Corinthi
orum, gloriose rexit ecclesiam, multaque ad vtilitatem
ecclesiæ pertinentia quæ hactenus manent, ingeniũ sui
reliquit volumina. Veruntamen in eius legenda habe
tur, quod ab Apostolo Athenienſium fuerit ordinatus
episcopus. Sed forsitan dici potest, quod successiue in
diuersis præfuerit locis. Hic est quem Gregorius vocat
antiquum & venerabilem patrem, Damascenus diuinis
simum, sacratissimum, theologisissimumque appellat.
Hugo theologum per antonomasiam, & principem the
ologorum affirmat. Postremo sicut in eius legenda asse
ritur Paulus ea quæ in tertium cælum raptus vidit, &
verba arcana quæ ibi audiuit, huic viro eximio credi-
tur reuelasse.

¶ Expositio capituli. xviij. Post hæc egressus ab Athenis. Art. xviij

POst hæc egressus ⌋Paulus ⌊ab Athenis venit Co
rinthum, & inueniens ⌋ibi ⌊ quendam Iudæum
nomine Aquilam, Ponticum genere⌋ id est, de
Ponto Asiæ pronuncia oriundum, vnde & primo capi-
tulo scriptum est, pontum & Asiam. Est autem Pontus
lata regio, complectens Colchum, Cappadociã, Arme-
niam, & alias prouincias, ⌊ qui nuper venerat de Ita-
lia & vxorem eius Priscillã ⌊. Horũ frequenter in suis

Apostolus epistolis, meminit ⌊ eo quod p̃cepisset Claudius ⌋ imperator ⌊ discedere omnes Iudæos a Roma ⌋ Hoc Iosephus narrat nono anno imperij Claudij contigisse. Cuius ratio in Scholastica historia fertur, quoniam vxor Claudij, tantam cum Iudæis familiaritatem contraxit, quod ad illorum ritum tracta fuit & iudaisare iam cœpit ⌊ accessit ad eos, & quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur ⌋ propr̃ijs manibus, victum sibi procurans, ne quenquam grauaret. Vñ in epistola ad Corin. p̃fitet Ad ea quæ mihi necessaria erant, ministrauerunt manus istæ ⌊ Erant enim scenofactoriæ artis ⌋ quia videlicet, tentoria seu papiliones fecerunt, vel vela picta quibus aulæ teguntur diutum & nobilium, vt dicatur ars scenotactoria, a scenos grẽco, quod interpretatur habitatio vel tabernaculum. ⌊ Et disputabat in synagoga ⌋ Paulus ⌊ per omne sabbatum ⌋ id est, quolibet sabbato ⌊ interponens nomen domini Iesu ⌋ vt paulatim disponerẽtur ad fidem ⌊ sua debatque Iudæis & Græcis ⌋ ex gentilitate ad Iudaismum conuersis, vel etiam adhuc in gentilitate manentibus, his rationabiliter suasit Euangelio credere. ⌊ Cũ venissent autem de Macedonia Syleas & Timotheus, instabat ⌋ verbo Euangelicæ prædicationis ⌊ Paulus, testificans ⌋ per miracula & scripturas ⌊ Iudæis esse Iesum Christum ⌋ id est, q̃d Iesus Nazarenus sit rex Messias. ⌊ Contradicentibus autem eis & blasphemantibus ⌋ id est, verba blasphema contra Christum Iesum loquentibus ⌊ excutiens vestimenta sua ⌋ quæ excussio fiebat eisdẽ de causis, quib⁹ & excussio puluerũ pedum, de qua dictum est supra ⌊ dixit ad eos. ⌋ zelo iustitiæ, nõ cõmotione ipatientię. ⌊ Sãguis vr̃, super caput vestrum ⌋ i. iniquitas vra redundabit in vos, & inexcusabiles eritis, apphendetq; debita ac districta dãnatio. Hic mod⁹ loquẽdi in Ezechiele potissime frequẽtat ⌊ Mund⁹ ego ex hoc ad gẽtes vadã. ⌋ i. ex tpe isto, ibo ad euãgelizandum gentibus, innocẽs de vro piculo, qa q̃ntũ in me fuit fategi vos ad salutẽ reducere. Sed cũ sitis idurati, ego vltra cãm nõ habeo. Vñ Ezechielis. 3.

2. corr. 12.

daniel. 13.

dominus ait. Si dicente me ad impium, morte morieris, non ānūciaueris ei, vt auertat a via sua impia, & viuat, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem aūt
Ezec.3.33. eius de manu tua requiram. Si autem annunciaueris impio, & ille non fuerit cōuersus, ipe qdem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. ⌊Et migrās inde, intrauit in domum cuiusdam nomine Titi iusti, colentis deum ⌋fuit enim de gentilitate ad Iudaismum conuersus, & in lege Moysi digne cōuersans ⌊cuius domus erat cōiuncta synagogæ ⌋videlicet ædificio illi materiali, quo congregabantur Iudæi in Corintho manentes. ⌊Crispus aūt archisynagogus credidit dño cum omni domo sua ⌋Iste fuit inter Iudæos Corinthios principalis atq; ad Christū cū domesticis suis cōuersus ⌊& multi Corithioꝝ audiētes ⌋p̄dicationem Pauli ⌊credebant & baptizabāt. Dixit autem dñs nocte per visionem Paulo. ⌋Hoc deus in somno per ministerium angeli in dei psona loquētis ac apparētis, imaMatt.10. ginaria visione loquutus est Paulo. ⌊Noli timere ⌋inordinato pauore eos qui corpus occidunt ⌊sed loquere ⌋prædicando ⌊& ne taceas ⌋a verbis prædicationis ⌊propter quod ego sum tecum ⌋id est, eo quod me habeas iugiter assistentem ac subuenientem. Simili modo confortat domin⁹ Hieremiam, primo capitulo. ⌊et nemo apponetur tibi, vt noceat te ⌋id est, me protegente te, nullus accedentium tibi, inferet nocumentum, læsionem, seu mortem ⌊quonim populus est mihi multus in ciuitate hac. ⌋ .i. multi sunt æternaliter prædestinati per te cōuertendi, & gratia mea saluandi, qui sunt populus meus, non creatione duntaxat, sed etiam prædestinatione. ⌊Sedit autem ibi ⌋id est, in Corintho fuit & mansit, iuxta communem modum loquendi, quo dicimus. Ille sedit Romæ tot annis. Et in
Deut.1. Deuteronomio Moyses filijs Israel loquens, sedistis inquit in Cades Barne multo tempore. Itaque sedit ibi ⌊annum & sex menses, docens apud eos verbum dei. Gallione autem proconsule ⌋id est, procuratore, & secundo a Consule ⌊Achaiæ ⌋regionis in

qua continetur Corinthus ⌊ insurrexerunt vno animo ⌋.i.in peccatis concordi ⌊ Iudæi in Paulum & adduxerunt eum ad tribunal ⌋ Gallionis ⌊ dicentes, quia contra legem ⌋ Moysi ⌊ hic ⌋ Paulus ⌊ psuadet hoibus colere deum ⌋.i.nouam seruare legem, veteri derelicta ⌊ Incipiente autem Paulo aperire os ⌋ ad satisfaciendū & exsufflandum, non veram, sed apparentem lucē mendacij ⌊ dixit Gallio ⌋ vir gentilis ⌊ ad Iudæos. Si quidem esset iniquum aliqd, aut facinus pessimum o virī Iudæi ⌋ in Paulo ⌊ recte vos sustinerem ⌋.i.iuste vestrā accusationem admitterem, & vestram molestiam ferrem ⌊ si vero sunt quæstiones de verbo & noibus legis vestræ ⌋.i.sermonibus & psonis, de qbus in vestra lege fit sermo ⌊ vosipsi videritis ⌋.i.inter vos discernite, quid de hoc vobis incumbat agendum. ⌊ Iudex hor̄ ego nolo esse ⌋ quia incerta sunt mihi, nec ad meum pertinent forum. ⌊ Et minauit ⌋.i.comminando recedere fecit ⌊ eos a tribunali. Apprehendentes autem oēs ⌋ puta gentiles qui aderant infideles ⌊ Sostenem principem synagogæ ⌋ Corinthi ⌊ percutiebant eum ante tribunal ⌋ tanquam capitaneum irrationabilis illius concursus, quod tanto audentius fecerant, quanto viderant proconsulem minus fouere partem Iudæorum.
Ideo subditur ⌊ & nihil eorum Gallioni curæ erat. ⌋ Paulo ante iam dictum est quod Crispus fuit archisynagogus, quomodo ergo nunc Sostenes princeps synagogæ illius vocatur? Ad quod puto dicendum, quod Iudæi increduli agnita Crispi conuersione, a principatu deposuerunt eundem. ⌊ Paulus aūt, cum sustinuisset adhuc dies multos ⌋ in Corintho, vel circiter ⌊ fratribus ⌋.i.Christianis qui erant ibidem ⌊ valefaciens nauigauit Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, qui ⌋ Paulus ⌊ sibi totonderat caput ⌋.i. pilos capitis sui abrasit ⌊ in Cenchris ⌋ portu Corinthio, de quo loco fuit Phœbes de qua ad Romanos vltimo scribit Apostolus. Commendo vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchris ⌊ habebat enim votum ⌋ quia fuit Nazaræus ex voto. Naza-

ræi quippe vsque ad tempus determinatum ex voto co
mam nutriebant, completoque tempore voti, pilos ra
debant, atque in sacrificij igne ponebant. Hæc Paulus
fecit, ne Iudæi conuersi & adhuc pusilli, scandalizaren-
tur. Fuit quoque id licitum pro tunc, scilicet legalia ob
seruare, Iudæis conuersis, vsque Euangelij publicatio-
nem sufficientem. Sic tamen, vt in illorum obseruan-
tijs non poneretur spes salutis, seu fides, quod scilicet si
ne eis fides & gratia Christi non sufficeret ad salutem.
⌊Deuenitq; Ephesum, & illos⌋ puta Aquilam & Pri-
scillam ⌊ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam,
disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, vt am
pliori tempore apud eos maneret ⌋pro pleniore infor
matione eorum ⌊non consensit⌋ omnium ardẽs amo
re, atque intendens bonum commune vbiq; ⌊sed vale
faciens⌋ eis ⌊& dicens. Oportet me⌋ .i. expedit mihi
⌊diem solemnem aduenientem⌋ qui hic non specifica
tur ⌊facere⌋ .i. celebriter agere secundum spiritalem
intelligentiam ⌊Hierosolymis, & iterum reuertar ad
vos⌋ per quod eos consolabatur ⌊deo volente.⌋ Quo
instruit nos, vt dum aliqua in futurum nos acturos, p-
ferimus, sobrie & modeste loquamur. Quippe qui igno
Rom. 12. ramus, an crastino die viuemus. Iccirco addamus, deo
1. Ioan. 5. volente, aut aliquid simile. Sic enim & Iacobus docet
Coloss. 3. in sua canonica. ⌊Profectus est ab Epheso & descendẽs
Cæsaream.⌋ Multæ in diuersis prouincijs constructæ
vel instauratæ ciuitates in honorem Cæsarum diuer-
sorum noscuntur, & dictæ Cæsareæ, vnde hoc loco nõ
facile arbitror definiendum, quænam hæc fuerit Cæsa
rea ad quam Paulus ab Epheso deuenit, cum in textu di
stincte non sit posita, & plures in Asia sint huius nomi-
nis ciuitates. Ego tamen puto eam esse, quæ vocat Dio
cæsarea, propter ea quæ in textu statim sequuntur ⌊a-
scendit & salutauit ecclesiam⌋ quæ ibi tunc fuit ⌊& de
scendit Antiochiam⌋ Pisidiæ, ad quam per Diocæsare
am ab Epheso rectum est iter ⌊& facto ibi aliquanto
tempore, profectus est, perambulans ex ordine Galatiã
regionem⌋ quæ coniuncta est Pisidiæ ⌊& Phrygiam,

confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidam Apollo nomine Alexandrinus genere ⌋ quia in Alexandria natus ⌊ vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis ⌋ veteris testamenti. ⌊ Hic erat edoctus viã domini ⌋ .i. Euangelicam Christi doctrinam ⌊ & feruens spiritu ⌋ .i. Christi flagrans amore, & zelo salutis proximorum ⌊ loquebatur & docebat diligenter, ea q̃ sunt de Iesu ⌋ q̃d scilicet ipse esset Christ⁹ filius dei sciẽs tantum baptisma Ioannis ⌋ quo & baptizatus fuit, non autem baptismo Christi pro tunc, sed postea, nondum quippe fuit plene instructus de sacramentis ecclesiæ, fideique mysteriis ⌊ Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga ⌋ fortiter prædicando Iudæis, quod Iesus esset Messias. ⌊ Quem cum audissent Priscilla & Aquila assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam domini ⌋ .i. de doctrina & sacramentis Christi distinctius docuerunt. ⌊ Cum autem vellet ire Achaiam ⌋ puta Corinthum vrbem Achaiæ ⌊ exhortati fratres ⌋ ab eo, vel eum, vt in bono cœpto persisteret ⌊ scripserunt discipulis ⌋ Corinthi ⌊ vt susciperent eum ⌋ tanquam fidelem, cum charitate & gaudio. ⌊ Qui cum venisset ⌋ Corinthum ⌊ contulit multum ⌋ .i. valde profuit ⌊ his qui crediderant ⌋ fidem eorum roborando ⌊ Vehementer enim Iudæos ⌋ incredulos ⌊ reuincebat ⌋ .i. iterum & frequenter conuicit ⌊ publice ostendens per scripturas ⌋ prophetarum ac legis ⌊ esse Christum Iesum ⌋ Ad hoc quoque eloquentia sua non parum deseruiuit eidẽ.

Matt. 1. Luc. 2. Ioan. 6

Iohan. 4

Explanatio capituli nonidecimi. Factum est autem.

Articulus nonus decimus

FActum est autem, cum Apollo esset Corinthi vt Paulus peragratis superioribus regionibus ⌋ in quibus discipulos confortauit, plurimosque conuertit ⌊ veniret Ephesum ⌋ a qua præcedenti capitulo scribitur recessisse ⌊ & inueniret quosdam discipulos ⌋ .i. quosdam in breui Christianos factos, sed in complete, dispositi vero fuerant ad credendum perfecte, dixit

que ad eos. ⌊Si spiritum sanctum accepistis⌋ in signo visibili per manuum impositionem⌊ credentes?⌋ plenarie.⌊At illi dixerunt. Sed neque si spiritus sanctus
1.Ioan.5. est audiuimus.⌋Asserunt quidam, quod isti iam audierunt & crediderunt, deum esse vnum & trinum, & p eō sequens spiritum sanctum, iccirco verba hæc ita exponunt. Sed neq; si. ss. est scilicet hoc modo datus seu dandus, audiuimus, Sed hoc textui non satis consonare videtur, & mirum, si audierunt quod deus sit vnus & trinus, quod non audierunt spiritum sanctum datum Apo
Actu.2 stolis in signo sensibili in die Pentecostes. Verius ergo putatur, quod non habuerunt adhuc distinctam de superbenedicta trinitate fidem, nec in articulis fidei fuerunt competenter instructi, sed Iesum esse Messiam credebant.⌊ Ille vero ait. In quo ergo⌋ .i. cuius baptismo
Mar .1. ⌊baptizati estis?⌋ At illi dixerunt. In Ioannis baptisma te. Dixit autem Paulus. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum⌋quia ad agendam pœnitentiam ille ordinabatur baptismus, non autem deleuit peccata imo protestatio fuit agendi pœnitentiam, ac præparandi se ad Christi baptismum ⌊dicens in eum qui venturus est post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum⌋ .i. Ioannes sub hac forma verborum baptizauit. Egote baptizo in nomine venturi, videlicet Christi, qui iam tunc venit in carnem, sed nondum venit prædicando, & miracula faciendo in publicum. Sic ergo baptizauit Ioannes, vt baptizatos induceret ad credendum in Iesum. Nam dixit. Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit spiritu sancto. Ideo eius baptismus nō fuit pleMat.21 narie sacramentum, sed eō suscepto, nihilominus susci-
Mar.11.&1 piendus fuit Christi baptismus. ⌊ His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu⌋ Cur & quomodo sub hac forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia, dictum est 2. capitulo. ⌊ Et cum imposuisset illis manum Paulus, venit spiritus sanctus super eos⌋ .i. per sensibi-
Mar.1. le signum, se gratiam illis infudisse monstrauit, & dona sua sensibiliter super eos effudit. Hinc subditur ⌊ & loquebantur linguis⌋id est, diuersis idiomatibus ⌊ &

ꝓphetabāt ⌋ sicque duo hæc dona gratiæ gratis datæ, videlicet genus linguarum, & spiritus prophetiæ, per suos actus sensibiliter innotuerunt. Et hæc reuera, fuit magna & admirabilis gratia. ⌊ Erant autem omnes viri ⌋ tanta gratia locupletati ⌊ fere duodecim ⌋ tempe rate loquitur ⌊ Lucas. Ingressus autem synagogā ⌋ Ephesi ⌊ cum fiducia loquebatur per tres mēses ⌋ oppor tunis scilicet horis. Videns enim viris illis tantum gra tiæ munus collatum, exhilaratus est spiritu, & ingenti impletus fiducia, quod & in aliis fructificaret ⌊ disputans & suadens de regno dei ⌋ .i. de statu & gratia ecclesiæ militantis, vel de felicitate & gloria ecclesiæ tri umphantis, & quomodo per fidem & Christi mysteria ad illud regnum pertingitur. ⌊ Cum autem quidam ⌋ audientium, præsertim Iudæorum ⌊ indurarentur ⌋ in sua malicia ⌊ & non crederent ⌋ Sicut enim electi & bo ni ex auditu verbi dei ad pœnitētiam emolliuntur, sic peruersi & reprobi, obstinantur ⌊ maledicentes viam domini ⌋ .i. Euāgelium Christi ⌊ coram multitudine ⌋ audientium prædicationem Pauli, vt sic eam a Paulo auerterent ⌊ discedens ab eis ⌋ tanquam incorrigibilibus ⌊ segregauit discipulos ⌋ separando credentes ab incredulis, sicut separantur agni ab hœdis, ne inficerē tur boni, ex verbis pessimorum blasphemis, quoꝝ sermo vt cancer serpit ⌊ quotidie disputans in schola tyrā ni cuiusdam ⌋ probabiliter dicitur, quod per tyrannum hoc loco intelligitur vir potens & nobilis, & forte satis rigorosus & ferus, a quo Paulus domum conduxit, faciens scholam de ea, in qua discipulos quotidie instruebat de fide atq; scripturis ac moribus, vt increduli formidarent eum in domo hac impedire timore eius cui domus attinebat. Aliqui tamen putant, quod tyrannus sit hic ꝓprium nomen. ⌊ Hoc autem factum est ꝑbiennium, ita vt omnes q habitabant in Asia andirent ꝟbum dei, Iudæi atq; gentiles. ⌊ De Asia minori est sermo. Et distributio ista qua dicitur, omnes qui habitabant in Asia, accipienda est pro generibus singulorum, ad innuendum quod ex omni genere indigenaꝝ tertæ

Mar. 4

Mat. 25. 13

illius, valde multi confluxerunt ad Paulũ, & conuertebantur non pauci. Virtutesque non modicas ⌊.i. opera miraculosa potentia non qualiacunque, non parua, neque communia, qualia per minores sanctos fieri solẽt,
2. Cor. 12. ⌊faciebat deus per manum Pauli⌋ ad confirmationem
Actu. 2 suæ doctrinæ, & conuersionem populi audientis ⌊ita vt etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria, vel semicinctia⌋ .i. vestes medietatem corporis tegentes, a semis quod est medium, & cingo⌊ & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur⌋ ab obsessis per talium pannorum contactum, quod fuit grande miraculum, & quodammodo maius
Mat. 9. 14. quam quod de Christo legitur, quod omnes qui tangebant fimbriam vestimenti eius sanabantur. Quo enim
Mar. 6. huiusmodi accidentalia corpori, remotius amouentur
Luc. 8. a corpore, eo præclarius est, si per ea fiũt miracula, quia per hoc virtus & sanctitas animæ latius se extendit, & in distantiora operatur atq; redundat. Vnde & Paulus in epistolis suis frequẽter tangit quemadmodum p̃dicatio sua nõ fuit in psuasibilibus humanæ sapientiæ ver
2. Cor. 12 bis, sed in ostensione signorum, virtutum, & prodigiorum, & in plenitudine multa. Et hoc scribit ad eos, quibus mentiri non potuit, quippe in quorum conspectu facta erant huiusmodi, vt & nos certissimi simus de veritate⌊ Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorcistis⌋ .i. dæmonum adiuratoribus ⌊inuocare super eos qui habebant spiritus malos⌋ puta obsessos⌊ nomen domini Iesu Christi, dicentes. Adiuro uos per Iesum quem Paulus prædicat.⌋ Refert Iosephus Salomonem excogitasse & docuisse populum suum modos exorcismi .i. adiurationis, quibus immundi spiritus expulsi ab homine vlterius reuerti non sunt ausi, & vt asserit Beda, fit hoc interdum etiam per reprobos, ad condemnationem eorum qui faciũt, vel ob vtilitatem eorum qui vident & audiunt, vt licet homines despiciant signa facientes, tamen deum honorent ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Verum sicut Scholasticã narrat historia, quidam per exorcismos

Salomonis eijcerent dæmones, non tamen absq; ue multo labore, sed quibusdam herbis & gemmis adhibitis, vt tradit Iosephus. Vt ergo facilius expellerent dæmones, adiurabant eos hoc modo. Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat, sicq; exibant dæmones ab obsessis. Erant autem cuiusdam Scenæ .i. viri sic dicti Iudæi principis sacerdotum inter suos in Epheso septem filij, qui hoc faciebant. Respondēs autem spiritus nequam dixit eis. Iesum noui cognitione informi, quia non diligo eum & Paulum scio .i. nomina, personas, virtutes, eorum agnosco. Vos autē qui estis? Quasi dicat. Non tales vos nosco, vt deceat vos adiurare nos per Iesum, quemadmodum Paulus, cum sitis increduli. Et insiliens homo in eos, in quo erat dæmonium pessimum .i. crudelissimum, & difficulter eijcibile & dominatus amborum .i. duorum filiorum præfati principis sacerdotum, inualuit contra eos, cæteris forte interim fugientibus, vel non præsentibus, quia non semper omnes simul hoc faciebāt ita vt nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque gentilibus qui habitabant Ephesi, & cecidit timor super oēs illos agnita Christi potentia. Vnde amplius talia attentare nullus eorum præsumpsit & magnificabatur nomen domini Iesu .i. ipse Iesus ab omnibus illis magnificus cognoscebatur & prædicabatur, tanquam dæmonum omnipotens refrenator. Multique credentiū veniebant ad Paulum confitentes & annunciantes actus suos culpabiles, quia compuncti sunt corde, & ore confessi. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa videlicet magicas artes sectati, contulerunt libros artium harum & combusserunt coram omnibus in signum quod talia nunc cordialiter abhorrerent, necamplius exercere intenderent & computatis precijs eorum scilicet quantum valuisse putabantur, seu quanti constitissent inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium q; scilicet tanti precij erant. Ex quo patet quod multi valde libri fuerunt ibi combusti, & ex

Mach. 26.

ingenti deuotione, quod etiam multi magi fuerunt ibi dem conuersi. ⌊ Ita fortiter crescebat verbum dei ⌋ .i. fructificabat Euangelica prædicatio Pauli, in conuersi one audientium ⌊ & multiplicabatur ⌋ numero meritoque credentium. ⌊ His autem expletis proposuit Paulus in spiritu ⌋ .i. instinctu spiritus sancti, non ppria ex cogitatione ⌊ transita Macedonia & Achaia ⌋ .i. discipulis in illis ꝑ uincijs demorantibus visitatis & confortatis ⌊ ire Hierosolymã ⌋ ob loci reuerentiã, sanctoꝝq; locorum, & primitiuæ ecclesiæ præsertim sancti Iacobi visitationem ⌊ dicens, qm̃ postq̃ venero ibi, oportet me & Romam videre ⌋ ad p̃dicandum ibidē, & qa a deo ꝑordinatum est hoc ad suiꝑsius honorem, mei meriti incrementum, & aliorum conuersionem. ⌊ Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi. Timotheum & Erastum ⌋ quos iccirco præmisit, vt eleemosynam in Hierusalem sanctis fidelibus deferendam ꝑ Paulum, colligerent, eamque Paulus adueniens inueniret paratam ⌊ ipse remansit ad tempus in Asia ⌋ adhuc enim mansit in Epheso, vt verba pandunt sequentia. ⌊ Facta est autem illa die turbatio non modica de via domini ⌋ .i. de fide religiõeq; Christi in Epheso ⌊ Demetrius enim quidam nomine, argentarius ⌋ .i. in argenti materia artificialiter operans ⌊ faciens ædes argenteas Dianæ ⌋ .i. imaginibus Dianæ, quæ in ædiculis illis speciosis ponebantur ⌊ præstabat artificibus non modicum quęstum ⌋ .i. magnum lucrum ⌊ quos conuocans, & eos qui eiusmodi erant opifices ⌋ .i. similes artifices ⌊ Dixit. Viri scitis quia de hoc artificio acquisitio est nobis ⌋ quia ædes imagineſq; formando, multa lucramur ⌊ & videtis & auditis, quia non solum Ephesi, sed & totius pene Asiæ ⌋ minoris ⌊ Paulus hic suadens ⌋ id est, varias persuasiones pro sua prædicatione adducens ⌊ euertit multam turbam ⌋ ab idolorum cultura ⌊ dicens, quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. ⌋ Homo enim cum sit fragilis & mortalis, deum formare non valet, quemadmodum in Esaia, Hieremia, & libro Sapientiæ demonstratur. ⌊ Non solum

autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionē venire ⌋ id est, non tantum periculose nobis opponetur quod non sint dij qui manibus fiunt humanis, & quod eis inaniter facimus ædes ⌊ sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur ⌋ id est, despicietur, omnibus ad Christum conuersis. Dicitur autem magna Diana, quia inter deas gentilium fuerat præfamosa ⌊ sed & destrui incipiet maiestas eius ⌋ id est, vilipendetur, quæ hucusque reputata est magna ⌊ quam tota Asia colit & orbis ⌋ Fuit enim cultus Dianæ vndique dilatat⁹. ⌊ His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes. Magna Diana Ephesiorum. Et repleta est ciuitas cōfusione ⌋ id est, ciues Ephesij inordinatione & turbatione impleti sunt ⌊ & impetum fecerunt vno animo in theatrum ⌋ Theatrum secundum Bedam est locus semicirculi habens figuram, in quo stantes populi ludos scenicos intus aspiciebant. Vel vt alij dicunt, theatrum fuit locus, in quo rei puniebantur, quoniam illic etiam conuenerant ad speculanda reorum supplicia. Nam theatrum Græce, Latine spectaculum significat. Forte vtrumq; istorum, fiebat in loco huiusmodi ⌊ rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus ⌋ .i. de Macedonia oriundis ⌊ comitibus ⌋ .i. socijs ⌊ Pauli. ⌋ Hos em̄ violenter traxerunt ad theatrum Paulum non inuenientes. ⌊ Paulo autem volente intrare in populum ⌋ vt falsitati resisteret, & quia pro veritate & æquitate mori paratissimus fuit ⌊ non permiserunt discipuli ⌋ propter commune bonum ecclesiæ, volentes eum conseruare in vita, quemadmodum ipse scribit, ad Philippenses primo. Manere in carne necessariū propter vos. ⌊ Quidam aūt & de Asiæ principibus ⌋ tunc in Epheso consistentes ⌊ q erant amici eius, miserunt ad eum rogātes ne se daret in theatrum ⌋ qa ex hoc aucta fuisset turbatio. Isti fuerunt ad fidem cōuersi. ⌊ Alij aūt aliud clamabant ⌋ .i. vnusqsq; furentiū scd̄m passionis suæ impetū vociferabat̄. ⌊ Erat enim ecclesia ⌋ .i. collectio hominū illoꝝ ⌊ cōfusa, & plures nesciebant qua ex causa

conueniſſent] .i. cur congregatus fuiſſet hic cœtus [De turba autem detraxerunt] aliqui [Alexandrum] vt a tumultu abſtractus redderet rationem, audientiamque haberet [propellentibus eum Iudæis] non enim faciliter egredi potuit in tanta caterua. [Alexander autem manu ſilentio poſtulato, volebat rationem reddere populo. Quem vt cognouerunt Iudæũ eſſe] & per conſequens idola reprobantem [vox facta eſt vna omnium, quaſi per horas duas clamantium. Magna Diana Epheſiorum.] Videntes enim aduerſarios ſui ritus, magis accenſi ſunt ſuæ religionis ac deæ amore ac laude. [Et cum ſedaſſet ſcriba turbas] fuit enim magiſter & doctor inter gentiles [dixit. Viri Epheſij, quis neſciat Epheſiorum ciuitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ Iouiſque prolis?] nam Iupiter fuit pater Dianæ. [Cũ ergo his contradici non poſſit] licite ſecundum noſtrã ſectam [oportet vos ſedatos eſſe & nihil temere agere Adduxiſtis enim homines iſtos] Pauli diſcipulos [neque ſacrilegos, neq; blaſphemantes deam veſtram.] Quomodo verum eſt hoc? Nonne idolatriam reprobabant? Et reſpondendum, quod vtique, ſed modus forte latuit ſcribam, vel fauorabiliter loquebatur pro illis violenter adductis, vt ſeditionem ſopiret. [Quod ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices habent aduerſus aliquem] horum [cauſam, conuentus forenſes agũtur] in foro & publico [& Proconſules ſunt] loco conſulum conſtituti [accuſent inuicem, ſi quid autem alterius rei quæritur] præter cauſam Demetrij [in legitima eccleſia poterit abſolui] .i. in congregatione ordinate collecta poterit a iudicibus ordinarijs terminari. [Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ] .i. periculum nobis imminet, quod forſitan a ſuperioribus redarguemur & puniemur ob ſeditionem præſentem [cum nullus obnoxius ſit, de quo poſſimus reddere rationem concurſus iſtius] .i. nullus hic ita exceſſit, vt ob id excuſari poſſit præſens concurſus. [Cum autem dixiſſet hæc, dimiſit eccleſiam] ſcilicet vnumquemque in ſua.

¶Expositio capituli vicesimi. Postquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus.

Articulus vicesimus.

POst q̃ aũt cessauit tumultus ⌋capitulo p̃cedenti descriptus ⌊ conuocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos ⌋vt vsque in finem in fide & sanctitate perseuerarent ⌊ valedixit & profectus est ⌋ab Epheso ⌊ vt iret in Macedoniam ⌋ causa admonendi ibidẽ discipulos. ⌊ Cum autem perambulasset partes illas ⌋ s. Macedoniam & vicinas ⌊ & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit Græciam ⌋ s. q̃dam Græcię partem, & vt in Scholastica historia dicitur, venit Athenas. ⌊ Vbi cum feciſſet ⌋ i. fructuose expendisset ⌊ menses tres ⌋ aliorum conuersioni & confortationi insistens ⌊ factæ sunt illi insidiæ a Iudæis ⌋ incredulis ⌊ nauigaturo in Syriam ⌋ versus Hierusalem ⌊ habuitque consilium vt reuerteretur p Macedoniam ⌋ ad euadendum insidias, & ne spoliaretur eleemosynis, seu collectis, quas detulit secum versus Hierusalem. An vero insidias illas agnouerit ab homine, aut ex reuelatione superna, ambigitur. Consequenter exprimuntur in textu qui ambulauerunt cum Paulo. ⌊ Comitatus est autem eum Sosipater Berœensis ⌋ i. de vrbe Berœa, & cæ. ⌊ Hi cum præcessissent ⌋ ex Pauli commissione ⌊ sustinuerunt ⌋ i. expectauerunt ⌊ nos ⌋ s. Paulum & existentes cum eo, quorum & vnus ego fui ⌊ Troade ⌋ i. in vrbe sic dicta, de qua dictum est supra. ⌊ Nos vero nauigantes post dies azymorum ⌋ i. post solemnitatem paschalem, in qua Iudæi azymis panibus vescebantur ⌊ a Philippis ⌋ ciuitate Macedoniæ ⌊ venimus ad eos Troadem in diebus q̃nq̃, vbi morati sumus diebus septem ⌋ ad consolationem & informationem credentiũ q̃ ibi degebãt. ⌊ Vna aũt sabbati ⌋ i. prima die post sabbatũ, seu prima die hebdomadæ, puta die dñica, scãm Bedam ⌊ cũ conuenissemus ad frangendum panem ⌋ i.

ad sacra mysteria celebranda, secundum eundem. Vnde supra dictum est, q̃d perseuerabant in communicatione fractionis panis. Vel ad frangendum panem, pro corporis refectione, & ita in Scholastica historia explanatur, cum dicitur. Vna sabbati cum cœnaremus ⌊ Paulus disputabat cum eis ⌋ de Euangelica veritate conferendo ac prædicando in Troade ⌊ profecturus in crastinum ⌋ ?deo ante suum recessum voluit eos diligenter instruere ⌊ protraxitque sermonem vsque in mediam noctem ⌋ In quo feruor eius ostenditur zelusque animarum. ⌊ Erant autem lampades copiosę in cœnaculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cũ mergeretur graui somno ⌋ id est, ab exterioribus reduceretur ad intima sicut qui mergitur, & rationis iam vsu priuaretur; obdormiendo ⌊ disputante diu Paulo, ductus somno ⌋ cui non restitit victus sopore ⌊ cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus, oblatus ⌋ id est, præsentatus ⌊ est ⌋ omnibus ⌊ mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eũ ⌋ sequens in hoc Heliam & Helisęum quorum primus ter secundus septies super defunctum incubuit. Paulus vero semel duntaxat, mox̃que impetrauit quod petijt, in quo eius excellentia declaratur ⌊ & complexus ⌋ defunctum ex amore & compassione ⌊ dixit. Nolite turbari ⌋ iam enim certus fuit Apostolus, se exaudiendum pro pueri suscitatione, ideo addit. ⌊ Anima enim ipsius est in eo ⌋ id est, tam prope est vt suscitetur, vt per idem sit, quasi nunc viueret, sic de homine agonizante mox morituro dicimus. Mortuus homo est.
⌊ Ascendens autem ⌋ ad cœnaculum tertium in quo ante disputauit ⌊ frangensque panem & gustans, satisque alloquutus eos vsque ad lucem, profectus est. Adduxerunt autem puerũ viuentem, & consolati sunt non minime. ⌋ Opportune deo disponente inter verba p̃dicationis occurrit occasio curationis tam miraculosæ, vt ostensione prodigij, confirmaretur prædicatio Pauli, arctiusque infigeretur mentibus discipulorum

memoria boni magistri ab eis mox discessuri. Innotes cit quoq; ex his solicitudo & feruor Apostoli pro proximorum salute. Nam profecturus in crastinum totam noctem duxit insomnem, prædicationi intendens, vsq; ad mediam noctem, & tunc iuuene suscitato, & modico cibo sumpto sermonem resumpsit ac continuauit vsq; auroram, sicq; recessit. ⌊ Nos autem ascendentes nauē, nauigauim⁹ in Asson, inde suscepturi paulum. Sic enim dispositum erat ipse, per terram iter facturus. ⌋ Itaq; comites & discipulos suos præmisit in Asson, vt ibi præstolarentur eius aduentum, qui forte volebat in terris intermedijs, aliquibus loqui verbum dei Porro Assos est ciuitas Asiæ maritima. ⌊ Cum autem inuenissemus nos in Asson, assumpto eo venimus Mitylenem ⌋ quæ vrbs est in Iesbo Egæi maris insula ⌊ & inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium ⌋ quæ item est insula Egæi maris, habens ad orientem Lydiam Asiæ prouinciam ⌊ & alia die applicuimus Samum ⌋ Samos etiam est insula in Egæo mari, in qua traduntur vasa fictilia primo inuenta, & vasa Samia appellata sunt. Vnde in Esaia habetur, Testa de Samo, & cætera. Est autem insula ipsa Epheso apposita, & vicina Andro, ⌊ & sequenti die venimus Miletum ⌋ ciuitatem Asiæ maritimam. ⌊ proposuerat enim paulus transnauigare Ephesum ⌋ id est, non accedere eam quamuis prope eam nauigaret ⌊ ne qua illi mora fieret in Asia ⌋ minori, cuius Ephesus vna metropolis erat, nempe Ioniæ Asiæ prouinciæ. Ideo si accessisset ad eam non tam cito dimississent eum discipuli Ephesij. ⌊ Festinabat enim si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret ⌋ id est, celebraret ⌊ Hierosolymis ⌋ potisse quia in eo datus fuit spiritus sanctus. Illa quoque celebritas solemnis fuit, propter legis dationem, cuius præcepta decalogi manent in Euangelio Saluatoris. ⌊ A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ ⌋ Ephesinæ ⌊ q cū veniissent ad eū & simul essent ⌋ in Mileto ⌊ dixit eis. Vos scitis a p̄ma die q̄

Esaiæ 45.

1. Cor. 16.

ingressus sum in Asiam] gratia prædicandi [qualis per omne tempus vobiscum fuerim, seruiens domino cum oĩ humilitate] iuxat illud . Quãto maior es, hu
Eccle.3. milia te in omnibus [& mãsuetudine] quæ tam decet prælatos, quam indecens eis est ira [& lachrymis multis] quibus vestra peccata deplanxi, gratiam vobis postulaui, ad patriam aspiraui [& tentationibus] id est persequutionibns [quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum, quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium] id est, non omisi vobis communicare, ea quæ animæ prosunt, expediuntque saluti, Nilq; de vestris substãtijs seu facultatibusad boni vtilis speciem pertinẽtibus abstuli vobis, quacumque industria mihi talia colligendo [quo minus ãnunciarem vobis] quæ salutem vestram concernunt [& docerem vos publice, & p domos] scilicet, in priuato [testificans Iudæis atq; gentilibus in deum pœnitentiam] id est, agendam esse pœnitentiam perducentem ad deum, seu per diuinam clementiam .
Hæc aliqui prælatorum subtrahunt subditis ex auari-
Ioann.10. cia palpando eorum peccata, ne eis offensis temporale damnum incurrant, qui non sunt veri pastores, nec digni appellatione prælati [& fidem in dominum nostrum Iesum Christum] id ẽ fidem catholicam tendentem in Christũ, & secundum eius doctrinã se habentem [Et ecce nũc alligat⁹ ego spũ] id est, spiritu sãcto me ad id astringente ac impellente [vado in Hierusalem, quæ in ea mihi ventura sunt ignorans, nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi] id est, in congregationibus Christianis per varias vrbes diffusis, sunt aliqui spiritu prophetico ornati, per quos spiritus sanctus mihi insinuat [dicens, quoniam vincula & tribulationes me manent] id est, expectant in Hierosolymis, sicque certus sum reuelatione illorum, ꝙd ibidem ligabor, captusque tenebor ac tribulabor. Quibus verbis ostendit Apostolus, non sibiipsi immediate a spiritu sctõ sed alijs fuisse reuelata, quæ in Hierusalẽ passurus fuit aduersa, quẽadmodum etiam deus p Na-
2.Reg.12 thã et Gad ꝓphetas multa reuelauit sancto Dauid de ꝓ

prio suo statu, cui imediate multa alia reuelauit, de mysteriis Christi, & statu ecclesię. ⌊ sed nihil horū vereor ⌋ i. aduersa, p Christo pati nō timeo, nec eos qui corpus occidunt formido qui iam ad tm̄ paciētiæ gradum culmenq; deueni, vt in omni tribulatione læter ex animo, & incōcussus mēte pmaneo ⌊ nec facio animā meam ⌋ i. vitam corporalem ac sensitiuam ⌊ pciosiorem q̄ me ⌋ totum, seu quo ad id quod sum secundum interiorem superioremq; hominem, puta sup̄mam animę partem, videlicet, intellectiuā. Intellectus em̄ dicit homo, dicente philosopho, q̄ homo maxime est suus intellectus, iuxta modum loquēdi, quo totū a pte principaliori denominatur. Itaque vitam corporalem pro nihilo ducit, qui in futuro q̄rit vitam æternam. Ideo subditur. ⌊ Dūmodo cōsumem cursum meū ⌋ id est, peregrinationē & conuersationem meam ad finem felicem perducam ⌊ & ministerium verbi ⌋ id est, officium prædicandi ⌊ quæ accepi a domino Iesu testificari videl. ⌋ id est, cum protestatione & maxima affirmatione pronunciare ⌊ Euangelium gratiæ dei ⌋ quia in Euangelio Christi, gratia dei potissime cōmendatur, docetur, refulget, & ipsum ex diuina pietate ac gratia hominibus est collatum. Sed & lex Euangelica gratiam confert, secundum quod sacramenta sua incluit. ⌊ Et nunc ecce ego scio ⌋ inspiratione diuina ⌊ qa amplius nō videbitis faciē meam ⌋ in p̄senti vita ⌊ oēs vos ⌋ Ephesij ⌊ per q̄s transiui p̄dicans ✠ bum dei ⌋ Sciebat namq; Apostolus se ad illas partes amplius non venturum ⌊ Qua propter conteſtor vos hodierna die. quia mundus sum a sanguine omnium vestrum ⌋ id est, si quid periculi aię icideritis, ego īmunis sum. ⌊ Non enim subterfugi ⌋ q̄ minus ānūciarem vob̄ omne consiliū dei ⌋ i. ea q̄ diuina sapiētia circa humani gñis redemptionem īstituit & effecit, p̄cepta q̄q; & documenta ipsius vobis notificaui, mysteria demum fidei Christianæ, q̄liter æterno summę trinitatis consilio seu decreto pactū est, vt per vnius diuinę creatæ p̄sonæ puta p ✠ bi incarnationem et passionē saluatū est genus humanū. Sed cū alibi scri-

Matt. 10.

Rom. 6.

Roma.xi. pbum sit, quis consiliarius eius fuit, & sapiẽtiæ. 9. quis hominũ poterit scire consilium dei, qũo potuit Paulus omne consiliũ dei annunciare hominib⁹? Et respondendum q̃d non simpliciter de oĩ consilio dei intendit, sed de omni consilio dei, q̃ntũ ad humanã spectat salutem. Quẽadmodum etiam ait Saluator. Omnia quæ audiui a p̃re meo, nota feci vob. Præterea cum in ratione consiliꝝ includat inquisitio quæ nescientiam quãdam supponit, certum q̃ consilium, pprie sumptũ non competit deo, sic enim est ignorãtis naturę, scd'm Damascenum, sed ideo deo ascribitur, qa nil agit improuide. ⌊Attendite vob & vniuerso gregi⌋ Primo inquit attendite vob. i. circũspectein omnibus vos habete, coram deo solicite ambulate, oĩ diligentia cor vestrũ in puritate seruate, deinde similiter vestris subditis p̃estote ac, puidete. Charitas em̃ incipit a seipa. Et q̃ sibi
1. Cor. ij. neq̃ est cui bonus est? Qui aũt seipsum in oĩbus rationabiliter dirigit, alios quoque gubernare poterit esse idoneus ⌊in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos⌋ Si soli Christiani de vrbe Epheso ibi fuerunt, non erant ibi multi Episcopi, nisi episcopi pro sacerdotibus accipiantur. Vnde aliqui dicunt conuocasse Apostolum oẽs maiores natu de diocœsi Ephesina, & alĩs fortassis, Nam id superiorib⁹ verbis innuitur vbi ait, omnes vos, per quos transiui prædicans verbum dei, Neq; enim pertrãsiuit solã Ephesinam diocœsim ⌊regere⌋ id est, ad regendum ⌊ecclesiam dei⌋ id est, congregationem fidelium Christi. Nam hic nomine dei persona filij designatur, quia subiungitur ⌊quam acquisiuit⌋ id est, de manu inimici eripuit & sibi incorpauit ⌊sanguine suo⌋ videlicet, suæ dignissimæ passionis virtute ac merito. Quo vtique testimonio diuinitas Christi euidenter probatur. ⌊Ego scio quoniam intrabũt post discessionem meam⌋ corporalem a vobis ⌊lupi rapaces in vos⌋ Jhęresiarchæ, et falsi Apli, dona gratiæ a fidelium mentibus rapientes ⌊non parcentes gregi⌋ sed spiritaliter eam, letaliterq; lædẽtes, diuersis erroribus et peccatis. ⌊Et ex vobisipsis exurgent viri loquentes

peruersa]id est, aliqui vestrum seu eorum qui prodibunt ex vobis a fidei synceritate recedent, & contraria fidei atque iustitiæ affirmabunt [vt abducant]ab ecclesiastica vnitate [post se] id est, ad inhærendum eorum erroribus [discipulos] Hæretici enim libidine dominandi, docēdi, & apparendi, suos confinxeerūt erro
.2.petri.2. res. De talibus ī prima sua canonica ait Ioannes. In no
1.Ioan.1. bis erant, sed non erant ex nobis. [Propter q̄d vigilate]id est, diligentes estote in custodiendo vosipsos ac subditos, iuxta illud Abacuk.2. Sup custodiam meam stabo [memoria retinentes, quoniam per triennium] quo prædicaui in Asia, præsertim in Epheso [nocte ac die non cessaui] tempore congruo [lachrymis monēs vnumquemq; vestrum] nunc in generali nunc in speciali, & vnumquemq; secundum suam capacitatem, voca
psal.26. tionem & statum informans. [Et nunc commēdo vos deo]. Etenim nisi dominus custodierit ciuitatem fru-
Ioannis.6. stra vigilant, q custodiūt eam. Diuinæ igit̄ protectioui ac pietati omnem quem diligimus iugiter commendemus [& verbo gratiæ eius] id est, promissionibus diuini eloquij, quibus misericordiam suam confugientibus ad ipsum, pmisit, vt illæ effectum sortiātur in vobis. Vel verbo, id est, effectui gratiæ eius. Sæpe equidem in scripturis, verbum pro facto accipitur [q potens est ædificare] id est, corda virtutibus confirmare & vnum per alium ad meliora prouehere [& dare hæreditatem] id est, dona gloriæ in futuro [in sanctificatis omnibus] qui in baptismo, & in actibus virtuosis sanctificati sunt. [Argentum & aurum, aut vestem
Ezec.34. nullius concupiui, ipsi scitis] Hoc cōtra pastores et prędicatores auaros, q̄ palia spiritalib⁹ p̄ferunt, q̄ lana ouiū operiunt, & lacte earū reficiuntur, ipas vero perire permittunt [quoniam ad ea quæ opus mihi erant, & his qui mecum sunt, ministrauerūt manus istæ] id est, pprijs manibus necessaria corpori tam mihi q̄ existētibus mecum, pcurauī, labori manuū insistēdo ne quem-
2.Cor.11. quam grauarem. Vnde Corinthijs scribit. In omnibus sine onere me vobis seruaui & seruabo. [Omnia]

ad perfectionem pertinentia [ostendi vobis] verbo & exemplo [quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos] id est, corporaliter languidos, de labore propriarum manuum sustentare. Vel infirmos vtpote imperfectos, pusillos, ad virtutes inducere. Istud est perfectionis non necessitatis, nisi in casu [ac memini]se [mente & operis exhibitione [verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit. Beatius est magis dare quam accipere] Hoc verum est secundum se cæteris paribus, & iuxta intentionem apostoli. Etenim cæteris paribus amplioris est meriti eleemosynam dare, quam sumere, si sumens eiusdem sit facultatis ad dandum vt ille a quo accipit. Porpter quod Beda ait. Nõ illis qui relictis omnibus sequuti sunt dominum, diuites & eleemosynari os præfert, sed illos quam maxime glorificat, qui cunctis quæ possident semel renunciatis, nihilominus laborant operando manibus quod bonum est, vt habeant vnde tribuant necessitatem patienti. Hinc tanquam hæretici reprobantur dicentes, quod maioris perfectionis est, diuitias proprias in sæculo erogare, quam in religione mendicare. Propter quod libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur. Bonum est cum dispensatione bona pauperibus erogare, sed melius est intentione sequendi Christum, totum simul donare, & absolutum a solicitudine cum Christo egere. Præterea constat ex his

Iohan. vlt. multa esse dicta documentaque Christi, quæ nullus Euãgelistarum descripsit, quia verbum nunc allegatum in Euangelio non habetur. [Et cum hæc dixisset, positis] id est, flexis [genibus orauit cum omnibus illis] vt deus vniuersos misericorditer conseruaret. [Magnus autem fletus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur cum dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniã amplius faciem eius non essent visuri.] Et vtique ingens omnino fuit causa plorandi, & triste diuortium a tam dulci magistro, tam præclaro doctore, tam liberalissimo ac vtilissimo benefactore, tam charitatiuo & affectuosissimo patre sine reuisendi spe separari. [Et deducebant eum

ad nauem ⌋iuxta quã, valefecerunt ſibi inuicem, non ſine grandi dolore. q ex præcordiali proceſſit amore.

Expoſitio capituli viceſimi primi.

Cum autem factum eſt.

Articulus viceſimus primus.

CVm autem factum eſt vt nauigaremus, abſtracti ab eis ⌋.i. ab Epheſijs illis ſeparati ⌊ recto curſu ⌋nauis ⌊ venimus Choum ⌋ inſulam oppoſitam Aſiæ ⌊ & ſequenti die Rhodum ⌋ inſulam claram in Carpatio mari oppoſitam Lyciæ ⌊ & Pateram ⌋ q̃ eſt ciuitas Lyciæ prouinciæ in Aſia, deinde Mirream Iſtud non eſt de textu vt dicitur, vnde nec Beda nomen huius loci exponit in libello, quem de expoſitione nominum locorum quæ in hoc libro exprimuntur cõpilauit. Beda

⌊ Cũ apparuiſſemus autem Cypro, relinquentes eam ad ſiniſtram nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum. Ibi enim nauis expoſitura erat onus ⌋ideo applicare oportuit ⌊ Inuentis autem diſcipulis ⌋ id eſt, Chriſtianis illic manentibus, quos diligenter tanquam fratres noſtros quęſiuimus ⌊ manſimus ibi diebus ſeptem ⌋ad eorum conſolationem, & noſtram refocillationem. ⌊ Qui Paulo dicebant per ſpiritum ne aſcenderet Hieroſolymam. ⌋ Capitulo prȩcedenti dixit ſe Paulus a ſpiritu ſancto agi ad eundum Hieruſalem, q̃modo ergo iſti prophetæ, per ſpiritũ prophetiæ ſuaſerunt oppoſitum? Nunquid ſpiritus ſanctus verbis propriis contradicit? Ad quod reſpondendum, quod vnum & idem ſecundum diuerſas conſyderationes, ſuadetur & diſſuadet. Aliqui quoque reſpondent, quod iſti per ſpiritum ſanctum nouerunt & prædixerunt Paulum ſi aſcẽderet Hieruſalem ibi plura paſſurum. Quod vero ſuaſerunt ne illuc aſcenderet, ex ſuo ſpiritu, pia quadam compaſſione protulerunt. ⌊ Et expletis diebus ſeptem ibamus ⌋a Tyro ⌊ deducentibus nos omnibus ⌋ Tyrijs Chriſtianis ⌊ cum vxoribus & liberis ⌋ id eſt, filijs ⌊ ſuis, vſque foras ciuitatem ⌋ in quo patet, quantus fuerit ſanctæ dilectionis ardor in primitiua eccleſia ⌊ & po-

Iacobi.5. fitis genibus in littore orauimus ⌋ pro inuĕic, pro omnium noſtrũ communi ſalute, & vt deus omnia in melius ordinaret, noſque ſpiritaliter adunatos conſeruaret, & ad patriam tandem perduceret. ⌊ Et cum valeſe ciſſemus inuicem, aſcendimus nauem, illi autem redierunt in ſua. Et deſcendimus Ptolomaidam ⌋ Ptoloma is ciuitas eſt terræ ſanctæ maritima, in tribu Aſer, alio nomine Acon dicta. Eſt autem & altera Ptolomais in Pentapoli prouincia Aphricæ ⌊ & ſalutatis fratrib⁹ ⌋ Chriſtianis ibidẽ ⌊ manſimus die vna apud illos. Alia die profecti venimus Cæſaream ⌋ Paleſtinæ, de qua dictum eſt ſupra ⌊ Et intrantes domum Philippi Euangeliſtæ, qui erat vnus de ſeptem diaconis ⌋ ad inſinuandũ quod non fuit Philippus Apoſtolus. Dicitur autẽ Euangeliſta, non quia Euangelij deſcriptor, ſed fructuoſus valde continuus ac feruidus prædicator, vt conſtat ex his quæ ſupra de ipſo contenta ſunt ⌊ manſimus apud eum ⌋ ad reuerentiam tanti patris, viri Apoſtolicæ perfectionis ac poteſtatis in ſignis. Huic autem erant quatuor filię virgines prophetantes ⌋ quæ ſicut in Scholaſtica fertur hiſtoria, prædixerunt Paulo quod eiũ Hieruſalem erat venturum. ⌊ Et cum moraremur ibi per dies aliquot, ſuperuenit quidam a Iudæa nomine Agabus. Is cum veniſſet ad nos tulit zonam Pauli, & alligans ſibi pedes ac manus dixit ⌋ Quod ait, ſibi, ad quem referatur, an ſcilicet ad ipſummet Agabum, vel ad Paulum, incertum videtur, niſi quod Gregorius in quadam Homilia refert ad paulum, quod & probabilius reor. ⌊ Hæc dicit ſpiritus ſanctus. Virum cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Hieruſalem Iudæi, & tradẽt in manus gentium. ⌋ Agabus iſte in modo loquendi & opere imitatus eſt veteris legis prophetas, qui dicere conſueuerunt. Hæc dicit dominus. Interdum etiam verbis facta ſeu ſigna ſenſibilia ac viſibilia adhibebant, ad prænunciandum quod incumbebat, Quemadmodum

Ezech.12. Ezechiel in caligine vaſa ſua efferens, parietemq; pfodiens, oculos q̃q; velauit. ⌊ Quod cũ audiſſemus rogabamus ne aſcenderet Hieroſolymam. Et dixit. Quid fa

citis flentes & affligens cor meum? ⌋quod vestro dolo lori compatitur, & non sine afflictione audit verba q̄ contrariantur instinctui spiritus sancti in me, quamuis vos pia moueamini ratione. ⌊Ego enim non solū alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum, ꝑ nomine dñi Iesu⌋Ecce vere strennuus miles, ardens amator, fortis pugnator, imperritus præco. ⌊Post dies āt istos, ascendebamus Hierusalem. Venerunt autem q̄dam & ex discipulis a Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur Iasonē quendā Cypriū genere, antiquum discipulum⌋qa iam diu fuit fideliter fixus in Christianismo. Vbi āt hospitauerit paulum & suos non dicitur. ⌊Et cum venissemus Hierusolymam libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat paulus nobiscum ad Iacobum⌋ Hierosolymitanæ ecclesiæ primum episcopum, de quo dictum est sæpe ⌊omnesq̄ collecti sunt seniores ⌋ Christiani audito pauli aduentu, Et forte a Iacobo conuocabant⌊. Quos cum salutasset paulus, narrabat per singula, quanta fecisset deus in gentibus ꝑ ministerium illius⌋ q̄ta vide licet signa atq̄ miracula q̄tam gentiliū conuersionem, quanta gratiarum charismata & immensæ suæ clementiæ opera. ⌊At illi cum audissent magnificabant de⌋ gratias referendo pietati diuinæ⌊ dixeruntq̄ ei⌋ scilicet paulo. ⌊Vides frater quot milia sunt in iudæis q̄ crediderūt deo⌋fidē Christi suscipiendo⌊ & oēs æmulatores sunt legis⌋.i. amatores, & imitatores legis Mosaicæ, ne illā subito spernere videant, tanq̄ nō esset data a deo, Veruntamen isti non posuerunt spem salutis in legaliū obseruatiōe. ⌊Audierūt āt de te, q̄d discessionem doceas a Moyse, eos q̄ qui per gentes sunt iudæorum⌋.i. q̄d iudeos inter gentiles dispsos informes dimittere obseruantiam legis Mosaicæ ⌊ dicens non debere eos circumcidere filios suos, neq̄ secundum consuetudinē legis ingredi⌋.i. conuersari. Quidā īfideles iudæi paulū mēdaciter accusauerūt q̄si doceret legalia etiā ꝑ tēpe illo esse mortifera, q̄d falsū fuit, qa vt patuit ipsemet Timotheū circūcidit & ꝑpriū caput totūdit in Actuū. 15. Actuū. 16.

Cenchris. Gentilibus vero conuersis talia prohibebat, sed Iudæis ea concessit, vsq; ad pleniorem Euangelij diuulgationem, ob commendandam veteris legis authoritatem, & sacramentorum illorum propheticam sanctitatem. Hæc autem superius tacta sunt sæpe. ⌊Quid ergo est?⌋ agendum ⌊vtique oportet conuenire multitudinem⌋ Iudæorum in Hierusalem credentium de te sinistre informatã, vt veritate agnita contentẽtur. ⌊Audierunt enim te superuenisse⌋ non hi tantũ sed & infideles Iudæi. ⌊Hoc ergo fac quod tibi dicim⁹. Sunt nobis⌋ .i. inter nos ⌊viri quatuor⌋ Iudæi ad Christũ conuersi ⌊votum habentes super se, quia aliquid deo vouerunt. ⌊His assumptis sanctifica te cum illis⌋ .i. secundum legem deo te exhibe sicut & illi ⌊& impendi in illis⌋ oblationem seu exhortationem ⌊vt radant capita sua⌋ secundum legis traditionem ⌊& scient omnes, quia quæ de te audierant⌋ de legalium abolitione ⌊falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem⌋ etiam ad ceremonialia, dum tempus, causa, & locus id exigunt ad vitandum scandalum infirmorum, atq; ob alias rationabiles causas frequenter prætactas. ⌊De
Act. 15. his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus iudicantes, vt abstineant se ab idolis immolato⌋ .i. ne edant sacrificia illis oblata ⌊& sanguine & suffocato, & fornicatione⌋ Quomodo factum & intelligendum sit hoc supra capitulo. XV. diffuse tractatum est ⌊Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis⌋ secundum ritum legalem ⌊intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis⌋ obseruandæ secundum legem circa tales quales isti quibus iunxit se Paulus fuerunt ⌊donec offerretur pro vnoq; ꝑ
Beda. eorum oblatio. Cum autem septẽ dies consummarẽtur⌋ vel ab ingressu Pauli in Hierusalem, vt aliqui dicunt, vel potius secundum Bedam & glossam, nondum in toto consummati erant hi septem dies, sed eor̃ cursus & consummatio agebatur. Vnde expressius in græco habetur. Cum autem incipiebant septem dies consummari, alioquin non potest stare quod Paulus post

quinque dies aduentus sui in Cæsaream præsidi ait. Quia non sunt mihi plus quam duodecim dies ex quo ascendi adorare in Hierusalem. Si ẽ his septem, & illis quinque diebus adiiciantur dies consilij quo Paulus pharisæos & Saducæos dissociauit, itemque dies, quo se deuouerunt Iudæi paulum occisuros, quatuordecim erunt dies. ⌊ Hi qui de Asia erant Iudæi ⌋ in sua infidelitate obstinati ⌊ cum vidissent eum in templo concitauerunt omnem populum ⌋ tunc præsentem ⌊ & iniecerunt ei ⌋ scilicet paulo ⌊ manus dicentes. Viri Israelitæ adiuuate. Hic est homo, qui aduersus populum ⌋ Iudæorum ⌊ & legem ⌋ Moysi ⌊ & locum hunc ⌋ vtpote templum ⌊ omnes docet ⌋ quasi populus iudæorum sit totaliter reprobus, lexque eorum abolita, & templum violandum ⌊ insuper & gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locum istum ⌋ quia a templi ingressu prohibet lex gentiles. Cur autem de gentilium inductione in templum id dixerint, subdit. ⌊ Viderant enim Trophimum Ephesium ⌋ discipulum pauli ⌊ in ciuitate ⌋ Hierusalem ⌊ cum ipso, quem æstimauerunt quoniam in templum induxisset paulus ⌋ sicq; ex sola suspitione in certam sententiã pruperunt. Affectu namque corrupto, ratio prorsus inficitur, & modica orta occasione turbat. ⌊ Commotaq; est ois ciuitas ⌋ Hierusalem hoc rumore audito ⌊ & factus est concursus populi. Et apprehendentes paulum trahebant eum extra templũ, & statim clausæ sunt ianuæ ⌋ templi, nec ab aliq̃ gentilium amplius violaretur, & ne paulus in illum refugeret. Quærentibus autẽ eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis ⌋ videlicet Claudio Lysiæ misso a Felice præside ⌊ quia tota confunditur Hierusalem ⌋ id est, vniuersus populus eius turbatur. ⌊ Qui statim assumptis militibus & centurionibus ⌋ quoꝝ qlibet prętuit cẽtũ militibus ⌊ decurrit ad illos ⌋ q propria autoritate se vindicare vsurpauerũt. ⌊ Cum vidissent ãt Tribunũ & milites cessauerunt pcutere Paulum. Tunc tribunus apprehendit eum ⌋ videlicet paulũ ⌊ & iussit ligari catenis duabus ⌊ putans eũ multũ fore fecisse, contra quẽ

cota plæbs iudaica ita furebat. ⌊ & interrogabat eum quis esset, & quid feciſſet ⌋ vt ſi proprio teſtimonio conuinceretur, non puniretur per alios ad extorquendam noticiam ſuorum exceſſuum, ſed per tribunum iudicaretur ⌊ Et cum non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit eum duci in caſtra ⌋ in turrem regiam qua ponebantur captiui ⌊ Et cum veniſſet Paulus ad gradus ⌋ forte turris illius ⌊ contigit vt portaretur a militibus propter vim populi ⌋ volentis eum diſcerpere. ⌊ Sequebatur enim multitudo clamans tolle ⌋ id eſt, aufer ⌊ eum ⌋ a vita. ⌊ Et cum cœpiſſet duci in caſtra, Paulus dicit tribuno. Si ⌋ id eſt, an ⌊ licet mihi loqui ad te aliquid? Qui dixit, Græce noſti? ⌋ id eſt, ſcis græcum idioma. Loquutus enim fuit paulo tuibunus græce, ne Iudæi intelligerent, vt ſcholaſtica narrat hiſtoria. Cũque eadem lĩgua reſponderet paulus, mirabatur tribunus quod linguam hanc noſceret, Iccirco adiecit. ⌊ Nõne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitaſti, & duxiſti in deſertum quatuor milia virorꝫ ſicariorum? ⌋ Quemadmodum Beda & Scholaſtica hiſtoria ex verbis Ioſephi recitant, Aegyptius quidam tempore Fœlicis præſidis, de quo paulo poſt ſermo eſt, magica arte prophetam ſe fecit putari, congregatiſq; triginta milibus circiter iudæorꝫ, duxit eos per deſertum vſq; ad montẽ Oliueti, volens ſup Hieruſalem repente irruere vt caperet cã. Cui occurrens Fœlix p̃ſes cum multis militibus fugauit eum cũ paucis, & alios ĩterfecit. Nec obſtat q̃d tribunus efficit mentionem de q̃tuor milibus qa fortaſſe primo pauciores deinde plures fuerunt. Dicunturq; viri ſicarij, qm̃ ſicas, .i. gladios breues manu geſtabant, qbus populos clam letaliter vulnerauerunt, ita vt mors p̃ueniret q̃relam, & lateret pcuſſor ⌊ ⌊ Et dixit ad eum paulus. Ego quidem ſum homo iudæus ⌋ nõ a tribu Iuda ſed prout oẽs iſraelitæ tunc iudæi dicebantur ⌊ a Tarſo ⌋ vrbe ⌊ Ciliciæ ⌋ vt dictũ eſt ⌊ non ignote ⌋ .i. obſcuræ ⌊ ciuitatis municeps ⌋ .i. ciuis ⌊ Rogo ãte permitte me loqui ad populum. Et cum ille permiſiſſet, paulus ſtans in gradibus innuit manu ad plebẽ ⌋

Beda.

vt eum aduerteret [& magno silentio facto] nō ob reuerentiam pauli, sed auiditate sciendi, quid excusationis prætenderet [alloquutus est eos Hebræa lingua dicēs.] Circa hunc locum Scholastica ait historia. Distinguę quatuor synodos in primitia ecclesia celebratas in Hierusolymis. Primam de substitutione Matthiæ pro Iuda. Secundam de electione septem diaconorū. Tertiā q̄d gentilibus conuersis non esset imponendum onus legalium. Quartā de q̄ hic agitur, q̄ statutum est non phiberi iudæos a legalibus obseruantijs, tempe primitiuæ ecclesiæ, dummodo spem non constituerent sibi in eis. Postremo qa in præinductis frequenter iā habitum ē, legem Moysi q̄tum ad aliqua, puta præcepta moralia in lege Euangelica obseruandā, non autem q̄ ad præcepta ceremonialia, vt illud plenius innotescat sciendum, q̄d sicut in prima secundæ Thomas edocuit, triplicia erant legis præcepta, videlicet moralia, ceremonialia, & iudicialia. Moralia sunt decem p̄cepta decalogi, qa ad bonos pertinent mores, & immediate de virtutum actib⁹ conferuntur. Lex enim diuina ad dei amorem homines ordinare intendit, quod fieri nequit, nisi per actus virtutum. Diuinæ quoque legis intentio est homines conuenienter disponere, tam ad seipsos, quam in ordine ad deum, & horum vtrumque in communi est de lege naturali seu naturalis rationis dictamen, oportuit autem vtrumq; determinari in speciali, videlicet q̄tum ad modum colendi deum, & item quo ad modum obseruā di iusticiam inter homines. Illa ergo præcepta, quæ determinant præcepta moralia quo ad deum, assignando speciales modos & ritus cultus diuini, ceremonialia nominantur, quæ vero determinant præcepta moralia quantum ad homines, assignando speciales modos seruandi iustitiam inter homines, iudicialia appellantur. Ad ceremonialia autem præcepta ptinebant oblationes & sacrificia legis, Cum autem præcepta moralia sint imediate de actibus iustitiæ ad charitatē dei & proximi ordinatis manent & obligant in Euāgelica lege.

Actuum 1.
Act. 7.
Act. 15.
Moralia.
Lex diuina.
Ceremonialia.
Moralia.
Ceremonialia.

præcepta vero ceremonialia quoniam figuratiua erãt Christi & mysteriorum ipsius ac cultus noui testamenti, in noua lege non obligant, nec Euangelio diuulgato fuerant obseruanda. Nam veritate veniente ac patefacta cessat figura. & si adhuc obseruarentur, hoc esset ipso facto asserere Christum nondum venisse. Præcepta demum iudicialia non erant sic figuratiua, iccirco in lege noua possent seruari, si ab aliquo cuius est leges cõdere instituerentur.

Expositio capituli vicesimi secũdi.

Viri fratres & patres.

Articulus vicesimus secundus.

VIri fratres & patres audite nunc, quam ad vos reddo rationem. Cum audissent autem quia hebræa lingua loqueretur, magis præstiterunt silentium. Et dixit. Ego quidem sum vir iudeus natus in Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ciuitate ista secus pedes Gamalielis eruditus iuxta veritatẽ paternæ legis ⌋ .i. legis Moysi, quam pater meus & prædecessores mei seruauerunt. porro secundum Bedam, parentes pauli de oppido quodam Galilææ fuerunt, quo a Romanis capto per dispsionem venerunt & habitauerunt Tharsum Ciliciæ, Filium autem suum paulum miserunt Hierusolymam ob studia legis. Qui a Gamaliele viro doctissimo ibidem instructus est ⌊ æmulator legis sicut vos omnes hodie ⌋ sicut, notat hic similitudinem aliq̃lem non totalem, imo nec magnam. Siquidem ante conuersionem suam paulus dum psequeretur credentes in Christum, habuit æmulationem zelumq; legis indiscretum & excęcatum, sicut & isti infideles iudæi, sed quando hæc dixit, æmulator fuit legis secundum spiritalẽ ipsius itelligentiam, non sc̃m literam occidentem, iuxta quam isti æmulabantur eã ⌊ qui hanc viam ⌋ scilicet euangelicam fidem ac legem ⌊ psequutus sum vsq; ad mortem ⌋ q̃rundam q me procurante occisi fuerunt pro fide hac, q̃rum Stephanus fuit vnus ⌊ alligãs & tradens in custodiam ⌋ .i. in carcerem ⌊ viros ac mulieres, sicut

princeps sacerdotum testimonium reddit mihi. Factū est autem appropinquante me Damasco, media die subito de cælo circumfulsit me lux copiosa, & decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi. Saule Saule, quid me psequeris? & c. Ista capitulo .9. exposita sunt & descripta. ⌊ Et qui mecum erant, lumen quidem viderūt, vocem autem eius qui loquebatur mecum, non audierunt ⌋ Vnde quod .9. capitulo ait paulus, vocem qdem audientes expositum ē ibi de voce pauli, non Christi, Beda tamen hoc loco innuit vtrunq; de voce Christi intelligendum, ita quod sonū confusum audierunt. ¶ Ideo supra dixit paulus. Vocem quidem audientes, non autē vocis seu verborum distinctionem. Estq; simile de voce quæ Ioannis .12. legitur facta. Cum enim Christus dixisset, pater clarifica filium tuum, venit vox dicens Et clarificaui, & iterum clarificabo. Cuius sonum qdā confuse audientes, dixerunt, tonitruū factum esse. Alij qui distinctius perceperunt, dixerunt quod verum est. Angel⁹ ei loquutus est. ⌊ Et cum non viderem p̄ claritate luminis illius ⌋ sicut q soli intendit, impedit in visu alteriusrei ⌊ ad manus deductus veni Damascum. Ananias autem, & c, dixit mihi. Deus patrum nostrorum p̄ordinauit te, vt agnosceres voluntatem eius ⌋ qua vult homines fidem Christi suscipere ⌊ & videres iustum ⌋ id est, Christum inspiceres siue cognosceres, quando apparuit tibi in via, & maxime infra triduum, quo in Damasco cæcus fuisti, non comedens neque bibens. Tunc enim raptus fuit ad tertium cælum ⌊ & audires vocem ex ore eius, quia testis eris illius ad omnes homines eorum quæ vidisti & audisti, & c. Factum est autem reuertenti mihi in Hierusalem & oranti in templo, fieri me in stupore mentis ⌋ i. extasim quandam incidere p̄ eleuatione mentis in deum, sicut in propheticis visionibus fit alienatio a sensu exteriori. Istud contigit paulo cum a Damasco rediisset in Hierusalem, de quo reditu dictum est supra ⌊ & videre illum ⌋ scilicet Christū ⌊ dicentem mihi. ⌋ Visio ista fuit in spiritu, & imaginaria erat, angelico famulatu exhibita, sicut & illa quam si-

Apoc.1. bi in Apocalypsi factam describit sanctus Ioannes ⌊Festina & exi cito de Hierusalem, quoniam non recipient⌋habitatores eius ⌊testimonium tuum de me. Et dixi. Domine ipsi sciunt, quia ego eram concludens in carcerem & cędens⌋per manus aliorum⌊per synagogas eos qui credebant in te. Et cum funderetur sanguis Stephani, ego astabã⌋ quasi dicat· Ista possunt eis sufficere ad credendum, quod non nisi a deo cõuersus et missus sum. ⌊Et dixit⌋ Christꝰ⌊ad me. Vade quoniã ego ad nationes longe, mittam te. Audiebant autem⌋iudęi ⌊eum⌋scilicet paulum⌊vsq; ad hoc verbum⌋ cum silẽtio, quo audito impatientia superati, eo quod diceret se diuinitus missum ad gentilium conuersionem, reprobatis obstinatis & derelictis ipsis iudæis qgentiles velut canes spernebant ⌊& leuauerunt vocem dicentes⌋ Feruor & impetus animi, facit in magnã prorumpere vocem, nam causa aucta, augetur effectus. ⌊Tolle⌋o tribune⌊de terra⌋ id est, de hominum communione ⌊eiusmodi⌋deceptorem. ⌊Non enim phas est eum viuere⌋ Isti incorrigibiles verba pauli verificauerunt, qbus iam dixit sibi a Christo prænunciatum, quod testimonium suum nequaquam reciperent. ⌊Vociferantibus autem eis, & proijcientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aerem⌋ ꝑ quæ omnia animorum suoꝝ turbulentiam & furorem monstrarunt ⌊iussit tribunus induci eum in castra⌋ videlicet in turrem, de q̃ ꝑcedenti capitulo dictum est ⌊& flagellis cędi & torqueri eum, vt scirent propter quã causam sic acclamarẽt ei.⌋ Suspicabatur enim tribunus, quod non nisi ob grauem excessum, tam impetuose contra paulum moueren tur ⌊Et cum astrinxissẽt eum loris⌋seu funibus, vel catenis⌊dixit astanti sibi Centurioni paulus. Si hominem Romanum⌋vtpote ciuem vrbis illius⌊indemnatum⌋ .i. de nullo excessu, scd'm ꝓcessum & ordinẽ iuris conuictum⌊licet vobis flagellare?⌋ Quasi dicat, neq̃q̃. Magnis em̃ priuilegijs gaudebant vbiq; ciues Romani, inter q̃ vnum fuit, ne ante iudiciariam culpę ostensionem aliqua pœna afficerẽt. ⌊Quo audito centurio accessit

Actuũ.7.

ad tribunū dicens. Quid acturus es? ⌋ Quasi dicat. Magno te exposuisti piculo, qm̄ Romani Imperatoris incides irā, si quæ egisti pcepit. ⌊ Hic enim hō ciuis Romanus est. Accedens autem tribunus dixit. Dic mihi, si ciuis Romanus es? At ille dixit. Etiam. R̄ndit tribunus Ego multa summa ⌋ pecunię ⌊ ciuilitatem hanc assequutus sum ⌋ .i. cum magna eam emi pecunia. ⌊ Et ait Paulus. Ego autem & natus sum ⌋ Non quod Paul⁹ natus sit Romæ, sed quia pater eius Legatis Romanorum honorifice obuiauit, tam reuerenter se & sua eis exhibuit, quod ciuilitatem hāc sibi largiti sunt, pro ipso & pro filijs suis antequam Paulus esset natus. Idque diuina factum est ordinatione pro commodo Pauli, q hanc ciuilitatem allegauit, non quod pro Christo pati & mori paratus non fuerit, sed quia humana industria potuit vti ad excutiendum se de hostium manibus, vt amplius fructificaret in mundo. ⌊ Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum erant torturi. Tribunus quoque timuit postquam resciuit ⌋ .i. vere cognouit, inquisitione diligentiore peracta ⌊ quia ciuis Romanus esset, & quia ligasset eum ⌋ timens de hoc apud Romanos accusari. ⌊ postera autem die volens scire diligentius, qua ex causa accusaretur a Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire, & omne consilium Iudæorꝝ, & ꝓducens Paulum, statuit inter illos.

¶Elucidatio capituli. XXIII. Intendens autem in concilium Paulus.

Articulus vicesimus tertius.

INtendens autem in concilium paulus ⌋ .i. Iudæorꝝ principes consulesque aspiciens ⌊ ait. Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum, vsq; in hodiernum diem ⌋ Conscientia scām Thomam non potentiam aut habitum nominat, sed actum. Sicq; in vno hoīe est cōscientia vna in gñe, sed multæ in specie, secundum quod homo in varijs actibus virtuosis, diuersas in eis conscientias habet bonas.

Itaque ait sanctus Apostolus, quod a tempore quoad Christum conuersus est, non fuerit sibi conscius de aliquo mortali peccato, imo in omnibus conscientiam bonam sortitus est, non tamen per hoc asserit se interim venialiter nõpeccasse, nec ista p̃sumptuose siue vane loquutus est, sed opportune ad gloriam dei veritatisq; ostensionem, & aliorum ædificationem. Nam & alibi fassus est. Nihil mihi cõscius sum. Sic nãq; & alij sancti iusticias suas professi leguntur, vt patet de Samuele, Dauid, & Ezechia, in libris Regum, quia & Christus ait. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Princeps autem sacerdotũ Ananias præcepit astantibus sibi subditis suis percutere os eius tamq̃ organum per quod verba præsumptuosa ac blasphema dixisset, & forsitan indignabatur occulte, quod Paulus non exhibuisset sibi maiorem reuerentiã in loquendo, sed solum dixisset, viri fratres. &c. Spiritaliter em superbi, libenter patres & domini appellantur, & nomina quæ æqualitatem prætendũt abominãtur. Tũc Paulus dixit. Percutiet te deus paries dealbate. Secundum Bedam & Rabanum, verbum istud prophetia est, non maledictio. Et in hoc Augustinum sequi videntur. Etenim Beda ait. Nõ perturbatione animi Paulus commotus hoc dixit, sed vtique prophetando loquutus est. Qua figura pontificium illud legale quod erat in similitudine parietis dealbati compositum percutiẽdũ esset ac destruẽdum, cum iã verũ sacerdotiũ Apostolis Euangelium Christi prædicantibus aduenisset, & inde est quod ait, percutiet te deus, non ait percutiat, indicatiuo modo, hoc ipsum futurum significans, non optatiuo maledicens. Vnde in Scholastica historia dicitur. Forte prophetauit Paulus de abolitione sacerdotij Iudæorum dicens, percutiet te deus paries dealbate, quasi dicat. Destruet sacerdotium tuum. Verum his obijci posset, quod si Paulus prophetando hæc protulit, tunc vtique sensum verborum suorum intellexit.

,1.corin4.

Matt.5.

Intelligentia enim est opus in visione, vt Danielis decimo scribitur, nisi omnino improprie dicatur, hæc prophetice, ptulisse, quomodo Cayphas, pphetauit de Christo, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Ioann.11. Paulus autem in verbis his præfatum sensum propheticum non videtur intellexisse, non enim sciebat, quod vir ille pontifex esset, sicut verba statim sequentia contestantur. Quomodo ergo loquendo ad eum, percutiet te deus, intellexit aut insinuauit pontificium Iudæorum destruendum? Hoc tangendo non reprobando fit dictum. Puto ergo beatum Apostolum, Apostolica auctoritate protulisse zelo iusticiæ, futuram punitionem illius reprobi nunciando, tamquam dicat. Percutiet te, id est, tuam impietatem vindicabit. Denique hoc modo Hieremias & alij sancti frequenter contra aduersarios suos loquuti noscuntur. Videam ait Hieremias vltionem tuam ex eis. Vocando autem pontificem parietem, notat eum fuisse hypocritam, quia & foris æquitatem prætendebat, & intus passionibus pessimis extitit plenus: Iuxta quem etiam modum Christus in Euangelio scribis Pharisæisque ait. Vę vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris pulchra apparent, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. ⌊Et tu sedens⌋ in cathedra q̃si episcopus ⌊iudicas me secundum legē⌋ vt dicis, quamuis ita non sit, cum lex non dicat innocentem cędendum, Hinc subditur ⌊& contra legem iubes me percuti?⌋ cum in lege dicatur, innocentem non condemnabis. Vel sensus est, secundum legem iudicas me esse blasphemum, & tamen non iubes mihi pœnam infligi blasphemiæ, quia secundum legem blasphemi sunt extra castra ducendi ac lapidandi. ⌊Tunc qui astabant dixerunt. Summum sacerdotem dei maledicis?⌋ quasi dicant, in hoc præsumptuosissime facis, & contra legem quam te perhibes æmulari, & contra propria verba quibus dixisti te omni bona conscientia cõuersatum. ⌊Dixit autem Paulus. Nesciebam fratres quia princeps esset sacerdotum.⌋ Quasi diceret. Si hoc Matt.23. Exod.22. Daniel. 13. Deut.13

sciuissem ad vitandum scandalum pusillorum modera
Rom.13. tius essem loquutus, propter eum a quo est omnis po-
testas, non tamen peccauit verba prædicta loquendo
Nam æquitate instigante hæc dixit, & in quantũ Apo
stolus, altioris fuit episcopat⁹ ac dignitatis, q̃ anstis-
tes legalis. Apostoli namque fuerunt primi pontifi-
ces Euangelicæ legis, & sicut sacerdotium noui testa-
menti præferendum est sacerdotio veteris legis, et põ-
teficium istud, illi est pontificio anteponendum. ⌊ Scri
ptum est enim ⌋ Exodi vicesimo secundo. ⌊ Princi-
pem populi tui non maledices ⌋ Blande se excusauit
Apostolus, ne illi in vicia laberentur, Sed pontifex iste
principatum non habuit super Paulũ, nec super quem-
quam credentium, qui Christi potestati subiecti a le-
gali dominatione fuerunt erepti. Porro his dictis cer
nens Apostolus quod omnes isti de concilio concordes
essẽt ad faciẽdũ ipetũcontra eum, cũ tamen inter se plu
rimum discordarent, decreuit malam eorum concor-
diam dissipare, & vtilem inter eos diuisionem conse-
rere, quemadmodum enim bonorum pax & vnio bo-
na est, & plurimum vtilis, sic impiorum concordia no
cet, præsertim dum bono contrariãtur communi, aut
vnus alteri cooperatur. Itaque sequitur. ⌊ Sciens aũt
Paulus, quiapars vna eorum esset ⌋ de secta & numero
⌊ Saducæor̃, & altera Pharisæorum, exclamauit i con
cilio. Viri fratres, ego Pharizæus sum filius Pharisæo
philip.3. rum ⌋ non mendose hoc dixit, , nam ante conuersionẽ
secundum Pharisæorum religionem sine querela est
conuersatus. Conuersus vero ad Christum, adhuc
obseruantias sectæ istius tenebat, pro loco causa & tem
pore, quantum Euangelica lex permisit, sicut iam pa-
tuit. ⌊ De spe & resurrectione mortuorum ego iudi
Matt.22. cor ⌋ .id est, a vobis condemnor, quonãi resurrectionẽ
Lucæ.20. ex mortuis prædico, & futuram beatitudinem cre-
Marc.12. dentibus euangelizo. Et hoc iterum verum est, alle-
gauitque causam suæ diiudicationis in genere, nõ i sin-
gulari. N õ enim dixit, de resurrectione & glorificatiõe
Lucæ.20. Chri iudicor: sed de spe & resurrectiõe mortuorum
quorum & Christus fuerat vnus, cuius resurrectionem

prædicando, Iudæorum incurrit offensam. Ex quibus elicitur, quod vicissim liceat vti honesta industria, & veritatem sapienter velare, vt mala maiora vitentur. ⌊ Et cum hæc dixisset facta est dissentio inter Pharisæos & Saducæos, & soluta⌋ id est, diuisa & disgregata⌊ ẽ multitudo⌋ concilij. ⌊ Saducæi enim dicunt non esse resurrectionem ⌋ quia & animas hominum asserebant mortales ⌊ neque angelum, neque spiritum ⌋ id est, immateriales substantias, in quo eorum maxima ruditas innotescit, cum & in libris Moysi toties fiat de angelis mentio. ⌊ Pharisæi autem vtrumque confitentur⌋ videlicet, resurrectionem mortuorum & angelos. Erant autem inter Iudæos tres sectæ. Videlicet Saducæi q libros Moysi tantummodo receperunt, & Pharisæi qui etiam libros prophetarum susceperũt, & Essæi, qui fuerunt cæteris religiosiores ac meliores. Vnde nec Christum in Euangelio persequuti leguntur. ⌊ Factus est autem clamor magnus ⌋ quibusdam vociferantibus contra Paulum, & alijs inter se corrixantibus ⌊ & exurgentes quidam Pharisæorum pugnabãt⌋ gladio oris sui pro Paulo contra Saducæos ⌊ dicentes. Nihil mali inuenimus in homine isto ⌋ Et hoc verum fuit, quamuis non eo mõ quo ipsi putabant. ⌊ Quid si spiritus ei loquutus est, aut angelus? ⌋ Quasi dicant, Non absurdum est hoc, spiritum autẽ & angelum, vel pro eodem accipiunt, vel spiritum pro anima defuncti vel pro spiritu dei, quamuis fidẽ trinitatis non habuerit vt apparet. ⌊ Et cum magna dissentio facta esset, timens tribunus ne Paulus discerperetur ab eis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eũ in castra⌋ puta ī turrẽ custodię captiuoꝝ ⌊ Sequẽti aũt nocte astãs ei dñs ⌋ Christus q post fletũ consolatiõem infundit⌊ ait. Cõstans esto ⌋ Qualis fuerit visio ista n õ dicit, sed puto q imaginaria fuit atq; somno, ãgelo in psona Chri apparẽte ac admonẽte. ⌊ Sicut enim testificatus es de me ī Hierusalẽ, sic te oportet & Romæ testificari ⌋ Hoc enim a diuina prouidentia est decretum, ideirco per comparationem ad eam, necesse est adimpleri, quamuis in se cõtingẽs fit. Tibi quo

Matt. 22.

Matth. 22.

que & aliis plurimis expediet testificatio seu prædicatio tua in Roma. Consequenter Lucas describit quemadmodum quadraginta circiter Iudæi, voto se astrinxerunt, quod nec biberent nec comederent, donec occiderent Paulum, ideo consuluerunt pontifici, vt faceret eum adduci ad se ad inquirendum de veritate. Et ipsi in via interficerent eum. Nec est difficultas in textu ⌊Quod cum audisset filius sororis Pauli ⌋puta⌊ insidias ⌋istas⌊ venit & annunciauit Paulo⌋Qui per centurionem direxit nepotem suum ad tribunum, vt hæc insinuaret eidem. Quo facto, tribunus commisit cognato Pauli ne alicui proderet, quod hæc sibi intimasset. ⌊Et nunc parati sunt ⌋Iudæi, suscipere Paulum insidiose⌊ expectãtes promissum tuum ⌋quo eis dixisti, quod adhuc mitteres eis Paulum ad examinandum: Quemadmodum vero Beda hic ait, non est sapientia, non est
Prou. 21. prudentia, non est consilium contra dominum. Nam & supra quamuis Paulus hostias obtulerit, caput raserit, nudipedalia exercuerit, & Iudæus factus sit, vinculata men quæ prædicta fuerant, non euasit, Et isti quamuis consilia cogitent, voueant, insidias tendant, seruatur ramen Paulus, quatenus Romæ sicut dictum erat, Christo testimonium reddat. Sciendum quoque, quod sicut iuramentum seruandum non est, si desint comites eius, veritas, iustitia, atque iudicium seu discretio, ita & de
Zac. 8. voto rite tenendum. ⌊Tribunus ergo conuocatis duobus centurionibus dixit eis. Parate milites ducentos, vt eant vsq; Cæsaream ⌋forte pedestres ⌊& equites septuaginta, & lancearios ducentos a tertia hora noctis ⌋incipiendo, tribus scilicet horis iam euolutis, seu tertia hora post mediam noctem, vel sumitur horarũ istarum distinctio secundum diuersas vigilias noctis ⌊& iumenta præparate ⌋videlicet equos seu alia bruta ad ferendos homines apta⌊ vt imponentes ⌋ milites⌊ Paulum ⌋iumento forte & socios ac discipulos eius aliis iumentis ⌊saluum cum perducant ad Felicem præsidem ⌋Tot quippe homines pugnatores misit tribunus cum Paulo, ne ei quid fieret a Iudæis. Quod etiã

nocte peregit, vt lateret, & seditio vitaretur ⌊ scribens ⌋ tribunus ⌊ epistolam ⌋ præsidi ⌊ hæc verba continentem. ⌊ Claudius Lysias optimo præsidi Felici salutem ⌋ Videtur tribunus iste binomius fuisse. ⌊ Virum hunc ⌋ scilicet Paulum ⌊ comprehensum a Iudæis, & interfici incipientem ⌋ tam grauiter enim inceperunt eũ affligere, quod mors mox secutura videbatur ⌊ eripui cognito quod Romanus esset ⌋ Quando tribunus eripuit primo Paulum nondum sciebat quod esset Roman⁹, imo putauit quod esset Aegyptius. Veruntamen ita scribit, quasi tunc id nouisset, ad ornandum tenorem epistolæ, & vt videatur honorare Romanos, apud quos timuit accusari, quod Paulum ciuem Romanum indemnatum ligasset ac flagellari iussisset. ⌊ Volensque scire causam quam obiiciebant illi ⌋ Iudæi ⌊ deduxi eum in consilium eorum. Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum ⌋ videlicet an legalia essent seruanda an Messias venisset, & an Iesus Nazarenus esset Messias ⌊ nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis. Et cum mihi perlatum esset de insidiis quas parauerunt ei, misi eum ad te, denuncians & accusatoribus ⌋ eius Iudæis ⌊ vt dicant apud te ⌋ ea quæ sibi obiiciunt. ⌊ Vale. Milites ergo per noctem duxerunt Paulũ in Antipatridem ⌋ Antipatris ciuitas est Palestinæ nũc diruta, quam Herodes Ascalonita rex Iudææ ex patris sui nomine appellauit. ⌊ Cum venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam prẽsidi, statuerunt ante illum & Paulum. Cui ⌋ præses ⌊ dixit: Audiam te cum accusatores tui venerint. Iussitque in prætorium Herodes custodiri eum. ⌋ Prætorium est domus maiorum, vbi ad tractandum conueniunt. Est enim domus prætorum. i. ꝓceptorum, secundum Bedam. O Felix præses, quam vere felix fuisses, si agnouisses qualis & quantus fuerat iste tibi directus, & manibus tuis ad tempus subiect⁹, quam humiliter eum suscepisses, quam reuerenter tractasses, sicut Cornelius centurio Petrum. Et nunc quia id non nouisti, neque per Paulum conuerti meruisti, quem tamen pro tua conuersione vicissim orasse non

Act. 16.

Actu. 16.

Beda.

ambigo, miser potius quam felix fuisti.

¶Expositio capituli. XXIIII. Post quinque autem dies.

Articulus vicesimusquartus.

POst quinque autem dies descendens princeps sacerdotum Ananias cum senioribus ⌋ quibusdam Iudæis⌊ & Tercullo quodam oratore⌋ .i. viro eloquente seu rethore qui esset aduocatus, & verbis ornaret materiam, vt causa eorum rationabilior videretur. Eloquentia enim animum mollit, & ad consentiendum aures inclinat, nisi sapientia audientibus assit atque iusticia⌊ qui adirent præsidem⌋ Felicem, in Cæsarea ⌊ aduersus Paulum. Et citato Paulo cœpit accusare Tercullus dicens. Cum in multa pace agamus p te⌋ .i. valde pacifice tuo viuam⁹ regimine⌊ & multa corrigantur per tuam prouidentiam⌋ Præsidentis enim est bona conseruare, imo & vicissim in melius commutare, mala corrigere, & collapsa in pristinum reformare ⌊ semper⌋ .i. omni tempore quo nobis præfuisti ⌊ & vbique⌋ in nostra prouincia⌊ suscipimus te optime Felix cum omni⌋ .i. plena⌊ gratiarum actione⌋ In primis rethor iste iudicis beneuolentiam captat, eumque vehementer commendat, vt blandis alliciatur sermonibus, nec ab eis dissentiat, quos suis beneficijs conspexerit adeo gratos. ⌊ Ne autem diutius protraham te⌋ .i. ne longiori te proœmio occupem, quamuis multo amplius sis laudandus, nempe cum iudex sis multa habes peragere, nec vacat tibi vacare prǫludijs⌊ oro breuiter audias me pro tua clementia⌋ id est, propter tuam pietatem, si non ob merita nostra. ⌊ Inuenimus hũc hominem pestiferum⌋ id est, animarum infectorem in cathedra pestilentiæ residentem ⌊ & concitantẽ seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe⌋ auertendo quosdam eorꝫ a lege patrum suorꝫ ad nouam legẽ. Propter quod inter eos & alios in pristina lege manentes seditio oritur⌊ & authorem seditionis sectæ Nazaræorum⌋ id est, vnum de principalibus prædicatoribus

Euangelicæ nouæq; legis, quam non arbitramur nisi seditionis originem, sectam seu hæresim Nazarænorꝫ. i. Christianorum, qui tunc a Iesu Nazaræno, Nazareni a Iudæis quodam vocabantur opprobrio. Postea vero in Iudæa hæresis consurrexit quorundam qui Iesum esse Christum & dei filium de virgine natum credentes, cum Euangelio simul legalia obseruarunt. Vnde cum Iudæi voluissent esse & Christiani, nec Iudæi fuerunt nec Christiani. Et isti hæretici vocati sunt Nazareni ⌊ qui etiam templum violare conatus est ⌋ inducendo in illud gentiles. Quod sibi mendaciter imposuerunt, quanquam conuersi gentiles digniores fuerunt ingredi templum, quam infideles Iudæi ⌊ quem apprehensum ⌋ .i. tentum & captum a nobis ⌊ secundum legem nostram iudicare voluimus ⌋ damnando eum, tanquam legis diuinæ violatorem atq; blasphemum. ⌊ Superueniens autem Lysias tribunus cum magna vi eripuit eum de manibꝰ nostris, a quo ⌋ Lysia ⌊ poteris ⌋ tu ⌊ ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere veritatẽ ⌋ Quasi dicat. Ipse attestabitur verbis nostris ⌊ Rñdens autem Paulus annuente sibi præside dixit. Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo, pro me satisfaciam. ⌋ Non præmisit Apostolus verba mulcentia sicut Tercullus, sed ipsa veritate fuit contentus. ⌊ Neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem populi, neque in synagoga, neque in ciuitate. ⌋ Et quamuis ista fecisset Apostolus prædicando de Christo, non vtiq; offendisset, quia & alij Apostoli præsertim Petrus & Ioannes ante eum ista fecerunt, quibus & Christus præcepit. Eritis mihi testes in Hierusalem. ⌊ Confiteor autem tibi, quod secundum sectam ⌋ id est, Euangelicam legẽ, & fidem ab alijs diuisam ⌊ quam dicunt hæresim sic deseruio deo patri meo ⌋ qui per gratiam singularem & deuotissimum cultum est specialiter deus & pater meus ⌊ credens omnibus quæ in lege & in prophetis scripta sunt ⌋ tanquam verbis diuinitus reuelatis aut scriptis ⌊ spem habens in deum quam & hijpsi ex-

Actu. 3

Actu. 1.

Iob.19. pectant ⌋ videlicet ⌊ resurrectionem futuram ⌋ in die nouissimo ⌊ iustorum & iniquorum. ⌋ Ex quo elicitur istos de pharisæorum secta fuisse, non Saducæorum, & quod pharisæi instantius persequuti sunt Paulum q̃ Saducæi. ⌊ Post annos autem plures ⌋ a mea ad Christum conuersione ⌊ eleemosynam facturus in gentem meam ⌋ id est Christianis in Hierusalem habitantibus allaturus collectas, eis a gentibus cõuersis missas ⌊ veni in Hierusalem, & oblationes & vota facturus ⌋ ibidẽ in templo, secundum quod Iacobus & seniores Christiani cum ipso, mihi suaserunt ⌊ in quibus inuenerũt me purificatum in templo ⌋ quia in hoc legalia obseruaui, & dies purificationis prædicaui, vt dictum est supra. ⌊ Et apprehenderunt me ⌋ in templo ⌊ clamantes ⌋ co-

Sup. c.21 ram tribuno. ⌊ Tolle inimicum nostrum quidã ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse ⌋ si accusatio ista deberet reputari idonea. Quoniam accusator & accusatus simul coram iudice debent consistere ⌊ aut ipsi ⌋ .i. Iudæi isti hic stantes ⌊ dicant si quid inuenerũt in me iniquitatis ⌋ Nam quæ mihi obiiciunt ex Asianorum habuerunt relatu ⌊ cum starem in concilio eorũ ⌋ Hierusalem ⌊ nisi de vna hac solum modo voce, quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. Distulit autem illos Felix ⌋ non statim expediendo Iudæos ⌊ certissime sciens de via hac ⌋ quia iam nomen Christianorum sibi innotuit, & multos esse Christianos cognouit ⌊ dicens. Cum Lysias tribunus descenderit audiam vos ⌋ o Iudæi ⌊ Iussitque centurioni custodiri eum ⌋ videlicet Paulum ⌊ & habere requiem ⌋ vt libere ingredi posset & egredi ⌊ nec quenquam prohibere de suis ⌋ puta discipulis Pauli ⌊ ministrare ei. Post aliquot autem dies veniẽs Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa. ⌋ Fuit quoque vt in Scholastica fertur historia, pulcherrima, & relicto viro priori, nupsit huic Felici. Et quoniam fuit Iudæa, Paulum libenter audiuit ⌊ vocauit Paulum & audiuit ab eo fidem q̃ est in Christum Iesum. Disputante autem Paulo de iustitia & castitate, & iudicio futuro, tremefactus Felix

respondit. ⌋De his tribus Paulus differuit, quoniam contra iusticiam ex incontinentiã Felix coniugem istã adeptus fuit. Quod & ipse cognoscens non immerito contremuit, audito quod a deo esset iudicandus, sed nõ tetigit eum spiritus sanctus complete, nec conuertebat ad fidem, sed dixit. ⌊Quid nunc attinet loqui? ⌋de his Quasi dicat. Non ideo te vocaui vt tractaremus de istis ⌊Vade: Tempore enim opportuno accersiam te. Simul & sperans quia pecunia daretur a Paulo⌋ quem vidit tot spiritalem hominum patrem, a quibus putauit eũ plurima collegisse ⌊propter quod & frequenter accersiens eum, loquebatur cum eo⌋ vir cupidus & voluptatibus deditus, atq; ob id ad Euangelicæ sapientiæ susceptionem indispositus & indignus. ⌊Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum ⌋Hoc de biennio conuersationis Pauli in Cæsarea, non præsidentiæ Felicis Beda exponit, in Scholastica tamen historia dicitur quod nondum fluxerant duo anni ex q̃ Paulus venit Hierusalem, iccirco ibidem exponitur de biennio ab accusatione, qua Iudæi accusauerunt Felicẽ apud Neronem imperatorem, & biennio ab accusatione ista expleto, amotus est a præsidatu, & substitutus est ei Festus. ⌊Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum ⌋vt per hoc in fine põsidatus sui placeret Iudæis.

¶Expositio capituli. XXV. Festus ergo.

Articulus vicesimusquintus.

¶Festus ergo cum venisset in prouinciam ⌋Iudææ, seu Syriæ Palestinæ cui põses fuit directus ⌊post triduum ascendit Hierosolymam ⌋videre regiam vrbem atque metropolim Iudæorum, & forte ob alias causas ⌊a Cæsarea⌋ Palestinæ de qua sæpe dictum est ⌊adieruntque eum principes sacerdotum⌋ vt Paulũ ad eos transmitteret, volentes eum in via extinguere. ⌊Festus autem respondit seruari Paulum in Cæsarea, se autem maturius profecturum⌋ id est, tempore op-

portuno ad Cæsaream descensurum. Deinde ⌊ descendit Cæsaream & sedit pro tribunali, & iussit Paulũ adduci ⌋ Quo adducto ⌊ circumsteterunt eum Iudæi ⌋ qui cum Festo contra eum a Hierusalem descenderũt ⌊ multas & graues causas obijcientes, quas non poterant probare. Paulo autem rationem reddente, dixit ei Festus: Vis Hierosolymãascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus. Ad tribunal Cæsaris sto ⌋ qa & tribunal Festi fuit imperatori subiectum, & vt alig dicunt Paulus stetit apud quandam sedem quam Herodes parauerat Cæsari, si quando ibi veniret, vt resideret ea, vel iudices mitteret ⌊ vbi ⌋ vtpote apud Cæsarem ⌊ oportet me iudicari. Cæsarem appello ⌋ q̃d ideo fecit Apostolus, vt prædicationi Romæ insisteret, et qa id Christus sibi prænunciauit. ⌊ Tunc Festus cum concilio locutus, respondit. Cæsarem appellasti, ad Cæsarẽ ibis. Et cum dies aliqui transacti essent Agrippa rex ⌋ filius Herodis Agrippæ ab angelo percussi vt dictum ẽ ⌊ & Beronice ⌋ quam Beda vocat sororẽ Agrippæ, q̃d secundum Hebræũ idioma accipiendum esse dicit Scholastica historia, quia fuit cognata Agrippæ, & aliqui asserunt quod fuit vxor ipsius, vel quasi vxor, qa maxime diligebat eam, habuitque nomen quod ea abuteretur ⌊ descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum. Qui indicauit regi de Paulo dicens. Adierunt me principes sacerdotũ i Hierosolymis, postulãtes aduersꝰ illũ dãnationẽ. Ad quos respondi, quod non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina ⌋ quæ ei obijciuntur. Lex ista valde rationabilis fuit & pia, non enim leuiter damnandus est aliquis, nec omni credendum spiritui, sed audienda est altera pars, & causa vtriusque diligenter tractanda, responsio quoque partium aduertenda. ⌊ Quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum ⌋ scilicet, Paulum ⌊ & de q̃dã Iesu defũcto, quẽ Paulꝰ affirmabat viuere ⌋ Festus iste tanq̃ hõ gentilis legem seu ritum Iudæorũ

superstitionem quandam putauit. ⌊ Paulo autem appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem ⌋ id est viuus mitteretur ad imperatorem, & audiretur ab eo ⌊ iussi seruari eum ⌋. Romani autem imperatores ab Octauiano potētissimo īperatore qa rem publicā maxime auxit, atque ob id Augustus vocatus est, nomen Augusti sortiti sunt. ⌊ Agrippa dixit. Volebam & ego hominem audire. Altera die cum venisset Agrippa & Baronice cū multa ambitione ⌋ id est, cum grādi apparatu & fastu ⌊ iubente Festo adductus est Paulus. ⌋ &c. ⌊ De quo ⌋ Paulo ⌊ quidcertum scribam ⌋ ego Festus ⌊ domino ⌋ imperatori Neroni ⌊ nō habeo. ⌋ &c. ⌊ Sine ratione enim ⌋ id est, irrationabile ⌊ mihi esse videtur, mittere vinctum ⌋ ad iudicem ⌊ & causam eius nō significare ⌋ verbis aut scriptis.

Explanatio capituli XXVI. Agrippa vero ad Paulum ait.

Artic. XXVI

AGrippa vero ad Paulum ait. Permittitur tibi loq pro temeti pso ⌋ id est, damus tibi licentiā te excusandi veridice. ⌊ Tunc Paulus extenta manu ⌋ more concionantium, & vt verba eius diligentius auscultarentur ⌊ cœpit rationem reddere dicens. De omnibus quibus accusor a Iudæis rex Agrippa me æstimo beatum ⌋ id est, innocentem, vel beatitudinem quandam adeptum ⌊ apud te, cum sim defensurus me hodie ⌋ Quia cum sis noticiam legis habens, coram te tamq̄ viro perito libentius respondeo ⌊ maxime sciēte te omnia ⌋ saltem in gn̄e ⌊ quæ apud Iudæos sunt consuetudines & quęstiones. Propt̄ q̊d obsecro pacienter me audias. Et qdem vitā meā ⌋ &c. i. q̄liter a iuuentute inter Iudęos ī Hierusalē vixi. ⌊ sciūt Iudęi, qm̄ secundū certissimā sectā nr̄ę religionis vixi Pharisæus. ⌋ Secta aūt Pharisæorꝝ famosa atq; notissima fuit. Connumerat quoq; Apl̄us se Iudęis, dicēdo, nostræ religionis, videl. Iudaismi seu veteris testamenti, loquēs de se ꝓ tpe iuuentutis suæ. ⌊ Et nunc in spe repromissionis ⌋

æternæ hæreditatis, seu Christi & beneficiorum ipsius [quæ ad patres nostros facta est a deo] qui ista patriarchis & prophetis, reuelauit atque promisit [in qua duodecim tribus nostræ] i. aliqui de duodecim tribubus Israel, nocte ac die seruientes deo sperant deuenire] vt bona promissa obtineant, Quod de conuersis Iudæis certum est veritatem habere. De incredulis quoque quodammodo verum est, quamuis inordinate deseruiant, & in modo expectandi bona promissa multipliciter errant. [De qua spe accusor a Iudæis o rex.] Nam mihi imponunt, quod mendaciter assero spem istam in Iesu Nazaræno partim impleram, pleniusque complendam, quando electi per ipsum corporis & animæ glorificationem plenariam consequentur. Gratia namque & veritas per Iesum Christum facta est, & credentes in Christum, hæreditatem cælestem suscipiunt, a reatu originalis peccati eruuntur, ac varia gratiæ dona nunc capiunt. [Quid incredibile iudicatur apud

3. Reg. 17 vos, si deus mortuos suscitat?] id est, inter eos q Moysi
4. Reg. 4. legem suscipiunt, non debet incredibilis reputari suscitatio mortuorum, cum quidam in lege potestate diuina id egerint, vt Helias & Helizeus. Iccirco quod ego assero Iesum a deo resuscitatum non debet incredibile iudicari: [Et ego quidem existimaui me] &c. Hic resumit Apostolus modum suæ conuersionis, patetq; litera ex præinductis. [Et per omnes synagogas puniens eos] Non absolute per omnes, sed per omnes, circa vel

Actu. 9. intra Hierusalem. [Vidi super splendorem solis circũ fulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant] ita ꝺ claritas illa cælestis videbatur splẽdore solis lucidior, eo modo quo stella magis apparens cæteris stellis fertur fuisse micantior, quia sic apparebat his, quorum visui fuit propinqua. Deniq; claritas illa desuper fusa fuit splendidior claritate solis recepta in terrenis corporibus, eisque subiectiue inhærente. Ex quo tamen non sequitur, quod fuit maior luce solis qui soli inhæret. [Omnesq; nos cum decidissemus in terram] Superi

Act. 9. us dictum est, quod Paulus in terram corruerit, hic ve

ro adiscitur, quod omnes comites eius in terram colla psi sint, vtique præ timore & admiratione [audiuiuo cem dicentem mihi Hebraica lingua.] Quod vocem au dierit supra iam dictum est, non autem quod fuit He-braica. [Saule Saule, quid me persequeris?] &c. [Ex urge & sta supra pedestuos.] Hoc quoq; Ezechielis. 2. dominus loquitur Ezechieli. Fili hominis, sta supra pe des tuos & loquar tecum. Per quod designatur, quod intellectu atq; affectu mentali erigi debet ad deum, qui diuinarum reuelationum secreta percipiet [Ad hoc e-nim apparui tibi] ego Iesus Nazarænus [vt constitu am te in ministrũ] .i. euangelizatorem [& testem eo-rum quæ vidisti, & eorum quibus] .i. in quibus [appa rebo tibi] .i. procedente tempore tibi reuelabo [eripi ens te de populis & gentibus] s. Iudæis atq; gentilibus [in quos ego nunc mitto te. aperire oculos] .i. illumi-nare corda [eorum, vt cõuertantur de tenebris] igno rantiæ & peccati, præsertimque idolatriæ [ad lucem] quæ Christus est, qui ait. Ego sum lux mundi. Ad lucẽ Ioann. 8. quoque Euangelicæ veritatis [& de potestate Sata-næ] cuius serui fuerunt impie conuersando [ad deũ] Pœnitendo enim, & in Christum credendo taliter con uertuntur [vt accipiant remissionem peccatorum & sortem] .i. partem [inter sanctos] videlicet dona gra tiæ in præsenti, & dona gloriæ in futuro [per fidem quæ est in me] .i. tendit & ducit ad me, & meam diui-nitatem sub ratione primæ veritatis habet pro obie-cto. [Vnde non fui incredulus cælesti visioni] putan do eam phantasticã [sed omnibus annunciabam vtpœ nitentiam agerent, & conuerterentur ad deum] con-temptis bonis variabilibus & caducis [digna pœniten tiæ opera facientes] vt .s. tanto maiora ac strenuiora essent pœnitentiæ opera, atque ex præcordialiori con tritione prodcũtia, quãto plura & enormiora fuissent peccata. Sic & Ioannes baptista hortatur, facite (inqui-ens) dignos pœnitentiæ fructus. [Auxilio autem dei Luc. 3. adiut , sto] in culmine virtutum immobilis [vsque in[aternum diem testificans minori atque maiori]

Matt. 3 Luc. 3 & 15 Ioan. 1.

Mar.16 quod Iesus sit Christus, & sine conuersione ad ipsum,
Ioan.6 nulli sit salus ⌊nihil extra dicens, quã ea q̃ prophetæ
sunt locuti⌋.i.in nullo ab illis discordans, imo ea dico
impleta,quæ ipsi prænunciauerunt implenda⌊ si⌋pro
Tren. 4 quia⌊passibilis Christus⌋fuit.Nam eum pro mundi sa
Danie.9 lute passurum dixerunt prophetæ⌊ si primus ex resur-
rectione mortuorum⌋.i.inter mortuos suscitatos pri
mus non tempore,sed dignitate & causalitate, & quia
propria virtute seipsum suscitauit,quamuis non secun
dum idem conuenerit ei mori & suscitare a mortuis.
Luc. 2. Verbũ istud supiori plenius fuit expositũ capitulo⌊lu
Ioan. 1 men annunciatus est populo⌋Iudæorum⌊ &gentib⁹⌋
Hoc enim prænunciauerunt prophetæ, hoc prædicaue
runt Apostoli,quod Christus sit lumen hominum vni
uersorum,lumen,utique corda illuminans, Euangeli-
cam sapientiam docens,ad felicitatem verã pducens.
De quo Symeon iustus professus est, viderũt oculi mei
Lucæ. 2. salutare tuũ.Qd parasti añ faciem oĩm populoꝝ.Lumẽ
Esai.9. ad reuelationem gentium.Et Esaias:Populus q ambula
Ioann.1. bat in tenebris,vidit lucem magnam.Itemq; Ioannes.
Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venien
tem in hunc mundum⌊ Hæc loquente eo⌋s.Paulo ⌊Fe
stus voce magna dixit.Insanis Paule: Multæ te literæ
ad insaniam conuertunt.⌋Quemadmodum stultã fecit
1.Cor.1. deus sapientiam huius mundi, ita & filiꝰs huius seculi
stultitia videtur sapientia dei. Rursus irrationabilis
excessus visus est Festo viro gentili,q̃d Paulus tot sup
naturalia p̃dicauit, q̃d captiuitatis & vinculoꝝ suoꝝ
quasi immemor factus de puritate conscientiæ suæ co-
ram deo,de resurrectione mortuorum, de communi
hominum salute,fecit sermonem.⌊ Et Paulus. Non in
sanio inquit optime Feste,sed veritatis & sobrietatis
verba loquor.⌋Mirum videri potest,quod sanctus ve
ridicusque apostolus,virum infidelem,gentilem opti-
mum nominat.Sed optimus, id est, valde bonus erat,
loquendo de bonitate morali,quantum ad virtutes ac
quisitas ac naturales sicut & multi gentilium eminen-
ter boni fuisse leguntur,vt Hector & Iulius. Vnde de

Hectore refert philosophus, quod potius videbatur filius dei quam hominis. ⌊ Scit enim de his rex, ad quē & constanter loquor ⌋ non pauens vt moris est aliquibus qui si cum aliqua eminenti persona loqui debeant, contremiscunt. ⌊ Latere enim eum nihil hoꝝ arbitror. Neq; enim in angulo quicq̄ hoꝝ gestum est. ⌋ Non adulatorie, sed veraciter loquutus est ista Apostolus, quia Agrippa imbutus fuit lege & ritibus Iudæorū. Rumor quoq; miraculorum, documentoꝝ, mysteriorūq; Christi & discipulorū ipsius ad eum copiose peruenit. Et vt refert hic Beda, Agrippa rex in contione quadam ad Iudæos habita fertur dixisse. Si de religionis auxilio p̄ sumitis, cum vrbem iam Romanam discipuli Iesu repleuerint, haud sine nutu dei, putamus illam crescere religionem. ⌊ Agrippa autem dixit ad Paulum. In modico ⌋ .i. pro parte ⌊ me suades fieri Christianum. Et Paulus. Opto apud deum, & in modico & magno, non tantum te, sed & omnes qui audiunt ⁊, tales fieri qualis & ego ⌋ s. Christianos omnino ⌊ exceptis vinculis his ⌋ .i. dempto quod non essent vinculati vt ego. Sed cum vinculatum esse vt fuerat Paulus fuerit maxime meritorium, quare id excepit Apostolus? Est rñdendum, quod illud excepit, non quia in se malum, aut qa non meritorium, sed sub ratione pœnæ duntaxat, vt s. quid pœnale secundum se, sic enim optandum non fuit sed per relationem ad fructum multiplicem. ⌊ Agrippa autem Festo dixit. Dimitti poterat homo iste, si non appellasset Cæsarem.

Iohan. 18

Beda.

¶Expositio capituli XXVII. Vt aūt Articulus vicesimus septimus.

VT autem adiudicatum est ⌋ id est, postea quam Agrippa & Festus iudicauerunt ⌊ eum ⌋ s. Paulū ⌊ nauigare in Italiā ⌋ puta ad Romā & imperatorem ⌊ tradidit Paulū ⌋ Festus p̄ses ⌊ cū reliqs custodiis ⌋ .i. cæteris captiuis ⌊ centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ ⌋ quia hic Iulius fuit magister atque centurio super cohortem seu turbam militum, quos

imperator Romanus misit, qui etiam Augustus nominat⁹ est, ratione præhabita. ⌊Ascendentes autē Adrumetinam⌋ Adrumes Adrumetis nomen est ciuitatis in Aphrica, inde dicitur nauis Adrumetina, quasi de oppido illo ⌊incipientes nauigare, cum Asiæ loca sustulimus, sequēti die venimus Sydonem⌋ quæ olim insignis fuit vrbs Phœnicis. ⌊Humane autem⌋ id est, vrbane, charitatiue, & pie⌊tractans Iulius Paulum⌋ cuius sapientiam & virtutes fuerat sępe expertus ⌊permisit ad amicos⌋ suos ⌊ire & curam sui agere⌋ ad necessitatem, non in voluptatem in his quæ corpus requirit. ⌊Et inde⌋ vtpote a Sydone ⌊cum sustulissemus subnauigauimus Cyprum⌋ contra propositum ⌊propterea quod essent venti contrarij⌋ nostro optato processui. ⌊Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ⌋ de quibus locis dictum est supra ⌊nauigantes venimus Lystrā⌋ ciuitatem ⌊quæ est⌋ vrbs prouinciæ ⌊Lyciæ, & ibi inueniens centurio nauem Alexandrinam⌋ de Alexandria ciuitate Aegypti ⌊nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde nauigaremus, & vix veniſſemus contra Gnidum⌋ quæ ciuitas est, vel promontorium Doridæ prouinciæ minoris Asiæ Cretam respiciens ⌊vento nos prohibente adnauigauimus Cretæ⌋ ciuitati, seu insulæ ⌊iuxta Salmonem⌋ ciuitatem maritimam illius insulæ. ⌊Et iuxta⌋ Salmonem ⌊nauigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa. Multo autem tpe⌊ibi peracto, cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod ieiunium iam præteriſſet⌋ id est, fames magna præteriſſet & fatigaſſet nautas in naui, reddens eos ad laborem infirmos, vt quidam exponunt, quod tamen non videtur competere, quia vt infra habetur, in naui erat copia rerum. Vnde quidam exponūt de quodam ieiunio legis circa hyemem vel in hyeme. In hyeme autem non est tutum nauigare ⌊consolabatur eos Paulus dicens. Viri video.⌋ id est, ex signis tempestatum consydero, seu deo reuelante cognosco ⌊quoniam cum iniuria & multo damno, non solum

Ioelis, 1.

oneris] id est, rerum quæ vehuntur in naui[& nauis, sed etiã animarum nostrarum, incipit esse nauigatio] id est, cum periculo vitæ nostræ. Anima enim hic pro vita animali, sensitiua accipitur. [Centurio autem gubernatori & nauclero] id est, rectori & domino nauis [magis credebat quam Paulo] sequẽs in hoc sensum humanum quo vnicuique in sua arte experto, amplius creditur. Quod & ideo fecit, quia portus in quo erant non fuit ad hyemandum idoneus, ideo ad naucleri consilium cõtra consilium Pauli transnauigauerunt. Ideo subditur. [Et cum aptus portus non esset ad hyemandum] quamuis cõparatiue loquendo aptus fuisset, prout Paulus consuluit [statuerũt consilium nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicen] alium quendam portum Cretæ sic dictũ [hyemare, apud portum Cretæ respicientem ad Aphricum & ad Chorum] ventos sic dictos. [Aspirante autẽ Austro] id est, vento australi [æstimantes propositum se tenere] id est, portum aptiorem attingere [cum sustulissẽt de Asson] Superius dictum est Thalassam vocari vrbem Cretæ, vbi centurio cum nautis & captiuis multum tempus pegerunt, a quo loco, non leguntur soluisse. Quomodo ergo hic dicitur, cũ sustulissent de Asson, cum Asson superius cõmemorata sit esse ciuitas Asiæ maritimæ? Ego opinor (saluo doctiorum iudicio) eundem locum q̃ prius Thalassa dictus est, nunc dici Asson, quod forte scriptorum vicio accidit. Alias viderentur hic a Luca multa omissa, quod non patitur consequentia historiæ [legebant Cretam] hoc est littus illius insulæ præternauigabant. [Non post multum autem] id est, post breue tempus [misit se contra ipsam] Cretam seu nauem [ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquila] Dicitur ventus Typhonicus, qui inflat & intumescere facit mare, maxime nauigantibus infestus, non solum antemnas, sed etiam nauigia ipsa confringens. Generat autem hic ventus, dum exhalatio terrestris, vnctuositatis non omnino expers, in nube conclusa per foramen egreditur, & pars egressa a terra resiliens,

ratione caloris reascendens parti alteri descēdētis circulariter inuoluitur. Arbores qñq; eradicat, tecta atq; ædificia alta deiicit. Dr aūt Typhonicus, a ῦbo Græco Typho. i. accendo. ⌊ Cumq; arrepta esset nauis ⌋ impulsu venti istius ⌊ & non posset conari in ventum ⌋ .i. resistere ei ⌊ data naue ⌋ .i. pristina directione cessante ab ea, & incerto euentui commodata ⌊ flatibus ferebamur ⌋ s. in incertum, quia colligere vela cœperūt. ⌊ In insulam aūt q̄dam decurrentes, q̄ vocatur Cauda ⌋ q̄ tñ occupare non potuerunt ⌊ vix potuimus obtinere ⌋ .i. comp̄hendere seu attrahere ⌊ scapham ⌋ q̄ de naue deposuerunt in mare in adiutorium nauis. Scapha namque impetu fluctuum pene rapta fuit. Et dr scapha leuis naucula, ex vna tm̄ arbore excauata, vel nauis modica ex vimine facta, & crudo corio tecta. Est autem nomen a Græcis sumptum, apud quos scaphe alueus, concauitas, fossura dicitur. Deferuntur huiusmodi nauiculæ in nauibus, & imminente naufragio, deponuntur in mare ad succurrendum naui, vt accingatur & in procinctu tempestatis armetur. Hinc subditur. ⌊ Qua sublata, adiutorijs vtebantur accingentes nauem ⌋ ne vi vētorum ac fluctuum læderetur. ⌊ Timentes autem ne in Syrtim inciderent, submisso vase ⌋ , id est, aliquo ponderoso in aquam dimisso ad retardandum cursum nauis ⌊ sic ferebantur. ⌋ Porro Syrtes vocantur arenosa loca in mari valde horrenda, in fine Aphricæ sita, quæ inaccessa reddit vadosum ac reciprocum mare, suntque periculosa valde propter æstus, id est, motus inquietos, & arenæ copiam. ⌊ Valde autem tempestate nobis quassatis, sequenti die iactum fecerunt ⌋ vtensilia eiiciendo de naui pro releuamine eius ⌊ & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neque sole autem ⌋ in die ⌊ neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam sublata erat spes salutis nostræ ⌋ corporalis videlicet euasionis de mari, ita quod desperauimus nos posse mortem euadere. Et hoc verū est q̄tum ad illos gentiles, & q̄ ad naturalē potentiā ac spē. Paulus tamen & eius discipuli diuina virtute crediderunt

se euasuros, eo quod sæpius paulo fuisset diuinitus reuelatum, quod Romę foret prædicaturus. ⌊& multa ieiunatio fuisset⌋id est, cũ diu ieiunassemus, vel pro euasione periculi, vel ex victualium inopia, vel ex desolatione qua cibus vertebatur in nauseam⌊tunc stans paulus in medio eorum dixit, Oportebat quidem o viri audito me non tollere a Creta⌋id est, contra consilium meũ non debuissetis a loco illo præfato nauigasse⌊lucrique facere iniuriam hanc & iacturam⌋id est, non incurrere tantum damnum rerum vestrarum ⌊ Et nunc suadeo vobis bono animo esse. Amissio enim nullius animæ⌋id est, personæ seu vitæ⌊erit ex vobis⌋ sæpe enim ponitur pars pro toto⌊præterquam nauis⌋quæ destruetur⌊ Astitit enim mihi hac nocte angelus dei⌋ vel in imaginaria visione tempore somni, vel in vigilia manifeste⌊ cuius⌋dei veri ac omnipotentis⌊ sum ego⌋non tm̃ per creationem, sed & per præcipuãdilectionẽ, acdeuotionẽ, puidentiãq; specialẽ circa me⌊& cui deseruio⌋in actibus latriæ⌊dicens, Ne timeas paule. Cæsari te oportet assistere. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum⌋id est, meritis tuæ sanctitatis omnes illos ab imminenti prẽseruabit periculo tempestatis. ⌊ Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo meo⌋ qui licet sit omnium deus creatione & gubernatione, ac remuneratione, specialiter tm̃ deus me⁹ est, per singularem quam ad ipsum habeo, charitatem & cultum, ⌊quia sic erit quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos deuenire⌋Hoc eis prædicit quatenus id impleri cernentes de veritate verborum pauli non dubitent. Deinque paulus ista dicendo, non seipsum iactabat, sed illos ad fidem prouocabat. Nam & ideo pelagus turbari permissum est, vt & per id quod paulus auditus non est, & per id quod auditus est, specialis eius gratia panderetur. ⌊Sed postea quam quartadecima die nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctẽ suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem, & submittentes⌋id est, in aquam dimittentes ⌊boli-

Matt. 8.

dem] hoc est pondus plumbi aut similis rei, qua maris profunditas inuestigatur [inuenerunt passus viginti] profunditatis maris vbi erant, [Et pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim] ita quod profunditas cœpit minor inueniri. [Timentes autem ne in aspera loca incideremus] vbi nauis progredi non valeret, [de puppi mittentes ancoras quatuor] in aquã ad nauem figendam [optabant diem fieri] vt cautius sibi prouiderent. [Nautis vero quærentibus fugere de naui] non enim credebant verbis pauli, quibus asseruit sibi diuinitus affirmatum quod meritis suis omnes euaderẽt [cum misissent scaphã in mari] Quid sit scapha prædictum est [sub obtentu quasi inciperent a prora ancoras extendere, dixit paulus] intentionem nautarũ deo reuelante cognoscens [centurioni & militibus. Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis] non qd deus vnum illorum sine alio non posset eripere, sed qa ab eo decretum fuit, vt omnes pariter de periculo pelagi saluarentur. Nec tamen prouidentia aut prænuntiatio dei imponit rebus absolutam necessitatem. [Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eã excidere] id est, perire seu perdi. [Et cum lux inciperet fieri rogabat paulus omnes cibum sumere dicens. Quartadecima die hodie expectantes, ieiuni permanetis, nihil accipientes] Non est verisimile, quod infra quatuordecim dies nihil comederint, & quod parum est pro nihilo computatur. Vel quartadecima die qua paulus hæc dixit nihil de cibo sumpserunt. [Propter quod rogo vos cibum accipere pro salute vestra] id est, corporis sanitate & confortatione, seu etiam animæ salute, ne inordinate ieiunando, seipsos interemisse iudicarentur [quia nullius vestrũ capillus de capite peribit] hac vice, præsentiue tempestate. [Et cum hæc dixisset sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium. Et cum fregisset cœpit manducare. Animæquiores aũt facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. Eramus autem vniuersæ animæ] id est, homines [in naui, ducenti septuaginta sex. Et saciati cibo, alleuiabant nauem iactan

Lucę 21.

tes triticum in mare. Iam enim & paulus eis prædixit nauem periclitandam. Ponit autem hoc loco Lucas partem hominis, scilicet animam pro toto homine, sicut in Genesi legitur Iacob in Aegyptum descendisse in animabus sexaginta sex. Gene. 46. Cum autem dies factus esset, terram non cognoscebant, sinum vero, id est, portum seu alium locũ consimilẽ quẽdã consyderabãt habẽtẽ littus in quem cogitabãt si possent eijcere nauem. Et cũ ancoras sustulissent quas paulo ante in aquam miserant committebant se mari, sine conatu nauigij videntes quod seipsos iuuare multum non possent, simul laxantes iuncturas gubernaculorum nauis, & leuato artemone, id est, modico velo, directioni potius quam celeritati nauis accommodato secundum auræ flatum, tendebant ad littus, Et cum incidissemus in locum bita lassum, idẽ, concursum duorum mariũ, vel isthmum id est, linguam quandam terræ in mare protensam, mari vtrinque circundatam impegerunt nauem quæ in hunc locum offendit. Et prora quidem fixa manebat immobilis vtpote ipso æquoris fundo violenter infixa & solo retenta, poppis vero soluebatur a vi maris, id est, maris impetu frangebatur. Puppis autem ẽ posterior pars nauis. Militum autem consilium fuit vt custodias, id est, vinctos & captos occiderent, ne quis cum enataret, effugeret. Centurio vero volens seruare paulum prohibuit fieri quia & paulus vnus fuit vinctorum. Iussitq; qui possent natare, mittere se in mare primos, & euadere vt eorum euasione conspecta, aliorum augeretur fiducia & alios in tabulis ferebant. Et sic factũ est, vt omnes animæ id est, homines euaderent ad terrã vt paulus veridicus monstraret.

Expositio capituli vicesimioctaui. Et cum euasissemus.

Articulus vicesimusoctauus.

ET cum euasissemus periculum tempestatis marinæ tunc cognouimus ab habitatoribus loci illius qa Mytilene insula vocabatur Nautragiũ

tamen hoc vt quibusdam placet in Adriatico mari accidisse videtur. Nam proxime præcedenti capitulo scriptum est, nauigantibus nobis in Adria. Adria autem (vt dicunt) non solum vrbs est Italiæ ad mare quod vocatur ab ea adriaticum vel Adriacum, sed ponitur etiã Adria ꝑ ipso mari Adriatico. Vnde hoc loco haud esse legendum Metilene insula vocabatur, sed legendum eis apparet Miligina insula vocabatur. Nam Meligina vel vt alĩ appellant Militine est insula in Adriatico mari, Dalmatiæ adiacens, non longe a Corsyra nigra distans, & Garganum Apuliæ montem ex opposito conspectans. Sunt alĩ qui putant legendum esse Melite insula vocabatur. Namque Pachino Siciliæ promontorio insula Melite versus meridiem adiacet. Ex hac insula post naufragium esse nauigatum, hoc illis est argumento, quod post egressum de insula immediate in textu subditur. Et cum venissemus Syracusas. ⌊ Barbari vero prestabant non modicam humanitatem nobis ⌋ id ẽ multum benigne se habuerunt ad nos, cum tamen Barbari soleant esse crudeles & inhumani, sed tunc ad misericordiam moti sunt, consyderatione grauissimę tribulationis, quæ tam diu afflixerat istos. Porro præter Hebræos Latinos & Græcos, cæteri Barbari appellantur. ⌊ Accensa enim pyra ⌋ id est, lignorum strue ⌊ reficiebant nos omnes ꝑpter hymbrem qui inminebat & frigus ⌋ vnde deficcatione vestium, & corporis calefactione indiguimus. ⌊ Cum congregasset autem paulus sarmentorum aliquantulam multitudinem ⌋ id est, lignoꝝ fasciculum ⌊ & imposuisset sup ignem ⌋ pro eius fomento & incremento ⌊ vipera ⌋ occulte latens inter sarmenta ⌊ a calore cum, ꝑcessisset ⌋ .i. calorem fugiens erupisset ⌊ inuasit manum eius. Vt ergo viderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, ad inuicem dicebant. Vtiq; homicida est homo hic. ⌋ In hoc non multũ errabant, quod eum homicidam dicebant, licet manu ꝑpria non interemerit quemq̃, quamuis in iudicando de causa errauerunt. Non enim in peccati vltionem, sed ad sanctitatis suæ ostensionem, diuineque potestatis decla

Act. 7.

rationem ista res contigit. Vnde quod subdunt verum non est ⌊ quia cum euaserit de mari, vltio eum nõ sinit viuere. Et ille quidem excutiens bestiam ⌋ venenosam ⌊ in ignem, nihil mali ⌋ pœnalis ⌊ passus est ⌋ ab ea. ⌊ At illi æstimabant eum in tumorẽ conuertendum ⌋ instar eorum qui veneno infecti sunt ⌊ & subito casurum & mori ⌋ & naturaliter ita fuisset, nisi supernaturalis virtus actionem naturalium impediuisset causarum. ⌊ Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se ⌋ .i. mutuo se aspicientes ⌊ dicebant eum esse deum ⌋ Et hoc aliq̃liter verũ fuit, q̃uis non eo modo, vt illi putabant. Fuit autem deus qdam per gratiam excellentem, modo quo scriptum est. Ego dixi dij estis, Et item. Dij fortes terræ vehemẽter eleuati sunt. Natura eqdem operantis quodãmodo transformatur in id cuius operationibus præcipue cõformatur, iugiterq; insistit. Ideo sicut carnalis homo dicitur porcus, sic spiritalis ac virtuosus, ac contemplatiuus, dicitur deus, Iudices q̊q; & p̃lati in scripturis dij vocãtur, secundum quod Moyses ait. Seruus applicabit ad deos. Et rursus, Ad deos causa p̃ueniet. Itemq; : Dijs non detrahes. Rursus propter eminentiam potestatis pauli ad facienda miracula, deus quodammodo fuit, Sic enim ad Moysen dominus ait. Constitui te deũ P haraonis. Iuxta hos modos, etiã secundum philosophos, homo solus, dicitur deus vel bestia. Præterea gentilium stulta cæcitas deum putauit quicquid vltra communem cursum aut seriem, magnum atq; insolitum aliqd peragebat. ⌊ In locis ãt illis erant prædia insulæ principis nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit. ⌋ Publius iste postea factus est vir eximiæ p fectionis & sanctitatis. ⌊ Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria ⌋ id ẽ, profluuio ventris ⌊ vexatum iacere ⌋ & hoc ordinatione diuina, vt per eius curationem multi conuerterentur ad Christum. ⌊ Ad quem Paulus intrauit, & cum orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eũ ⌋ .i. sanum effecit, & deinceps cõuertit ⌊ Quo facto & oẽs q in insula habebãt ĩfirmitates ac

Psalm. 81.
Psalm. 4.
Exodi. 22.
Exodi. 7.

cedebant ⌋vel per se, vel adducti per alios ⌊ & curaban tur ⌋in quo diuinæ sapientiæ dispensatio est pensanda quemadmodum miracula ad aliorum cõuersionem seu admonitionem fiunt, & iniustis quandoq; potius quam iustis impenduntur. Vnde paulus Timotheum stomacho languidum prece nõ curat. Trophimum quoque discipulum suum Mileti infirmum reliquit, qui tamen gentibus conuertendis tot signa exhibuit. ⌊ Qui etiã multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant. ⌋Dignum etenim fuit, vt apostolo eiusque discipulis atque comitibus de corporalibus prouiderẽt, a quo tot spiritalia beneficia susceperunt, & p quẽ ad fidem fuerunt conuersi. Vnde & ipsum tanquam Apostolum, spiritalemque patrem venerabantur, & propter eum & eius discipulos. ⌊ Post menses autem tres ⌋ infra quos paulus prędicationi ibidem fuit intentus ⌊ nauigauimus in naui Alexandrina q̃ in insula hyemauerat cui insulæ erat insigne castrorũ ⌋ quia adhuc apparebant vt dicitur in insula antiquorũ castrorum vestigia. Vel cui naui erat insigne castrorum, quia in modum castrorum erant insignia vel intexta. Porro secundum Bedã verior translatio habet, nõ cõstrorum, sed Castorũ, ita quod vitio scriptorum in secunda syllaba adiuncta est litera .r. quia videlicet Castor & Pollux gemini fratres fuerunt, quos gentiles p̃cipue in periculo maris inuocabant, maxime autem a piratis mare tueri putabantur. Vnde in littore maris eis tẽpla struxerunt. Alia translatio cõtinet cui erat insigne filiorum Iouis. Fabulantur namque gentiles, præsertim poetæ Castorem & Pollucem, fuisse filios Iouis, ex Leda Thesei coniuge, quam constuprauerit Iupiter. ⌊ Et cum venissemus Syracusas ⌋ vrbem pulcherrimam Siciliæ, beatissimę Luciæ virginis martyrio famosam ⌊ mansimus ibi triduo, & inde circumlegentes deuenimus Rhegyum ⌋Rhegyum in vltimo Italiæ seu Calabriæ (quo loco Sicilia ab Italia dirupta est) situm est oppidum, a quo & Rhegyni habitatores vocantur. Et Rehgynẽsis ecclesia diuũ Brunonem Carthusiani or

dinis initiatorem in archiepiscopum dum adhuc viueret elegit. Sed episcopatui eremiticam vitam præferens, in vltimo Calabriæ solitariam vitam lęto fine terminauit. Illic in domo .s. Stephani a se constructa sepultus. ⌊ Et post vnum diem affiante austro sequenti die venimus P uteolis ⌋ quæ est ciuitas colonia Campaniæ secundum Bedam, tamen in Scholastica historia legitur, quod nomen sit insulæ. Fertur quoque in glosa quod sit locus vbi Virgilius inuenit balnea medicinalia⌊ vbi inuentis fratribus⌋ scilicet Christianis, qui tunc se mutuo omnes fratres vocabant, dei & proximi charitate in omnibus æstuante cum omni humilitate ⌊rogati sumus⌋ ab eis ⌊manere apud eos diebus septem⌋ ad nostram refocillationem, & ipsorum informationem ac consolationem. Iam enim fama pauli apud vniuersos Christianos celeberrima fuit⌊ Et sic venim⁹ Romam. Et inde⌋ puta a Roma ⌊cum audissent fratres⌋ id est, Christiani Romani nostrum aduentum siue ab homine siue ab angelo ⌊occurrerũt nobis⌋ ex charitate & reuerentia sua ad nos, præsertim ad paulum, ⌊vsque ad Appij forum, & tribus tabernis⌋ Secundum quosdam vnum vocabulum est Appijforum, estque nomen fori Romæ ab Appio quõdam consule constitutũ, a quo Appio & via Appia cognominata est. P ræterea in Scholastica recitatur historia, quod forum hoc fuit ab Appio, in maris littore constitutum, vt de nocte applicantes ibi inuenirent victualia. Ibidem quoque constituit Appius tres tabernas, vtpote tres domus in quibus cibi exponerentur venales, Vnde tribus tabernis, est hic vnum nomen indeclinabile significans locum illum, seu tres domos præfatas. ⌊ Quos⌋ fratres ⌊ cum vidisset paulus⌋ nam ex habitu, occursu & apparatu pẽ sauit q̃d essent fideles, timorati & iusti⌋ ⌊gratias agens deo⌋ quod iam Romæ conuersi essent nonnulli ad Christum, & quod hi tam charitatiue sibi occurrerent ⌊ accepit fiduciam ⌋ maiorem quam ante, seu fiduciæ incrementũ. q̃d aduentus suus ad Romam fieret fructuosus. ⌊ Cum autem venissemus Romam permissum est

Paulo permanere sibimet ⌋id est, ad suum libitum libere ambulare in vrbe⌊ cum custodiente se milite ⌋ ita q̃d vnus miles fuit a centurione deputatus ad eius custodiam, de cuius fuga timendum non fuit: Nempe cũ Romam venissent, nondum fuit Nero in imperio confirmatus, nec innotuit eius crudelitas, audiensque controuersiam esse de lege Christianorum ac iudæorum, paruipendit negocium, nec Paulum reclusit. ⌊Post tertium autem diem conuocauit Paulus primos iudæorum ⌋q Rome manebant, scilicet principaliores.⌊ Cũque venissent dicebat eis. Ego viri fratres, nil aduersus plebem faciens ⌋id est, contra iudæos, quorum comparatione gentiles increduli, durante cursu legis, reputati sunt canes, imo non Moyses tantum, sed & Christus ita eos appellat. Non est, inquiens, bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus ⌊aut morem paternum ⌋id est, legis ritum seu iudaismum ⌊ vinctus ab Hierosolymis, traditus sum in manus Romanorum⌋ videlicet tribuni ac p̃fidis centurionis ac militis ⌊ qui cum interrogationem de me habuissent ⌋causam meam ingrendo & discutiendo⌊ voluerunt me dimittere, eo q̃d nulla causa mortis esset in me. Contradicentibus ãt iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam ⌋iudaicam de cuius semine ego sum⌊ habẽs aliqd accusare. Propter hanc ergo causam rogaui vos videre & alloqui ⌋ne forte contingat vos informari siniſtre. ⌊ Propter spem enim Israel ⌋ .i. propter bonum speratũ, Israeli ꝓmissum, videlicet ꝓpter testimoniũ seu p̃dicationem, q̃ dico hanc spem esse impletam, quantum ad primum Christi aduentum, passionem ac resurrectionem⌊ catena hac circumdatus sum.⌋ Quo cõstat q̃d apostolus vinctus seu catenatus incessit tempore tã to, cuius exemplo patientiam addiscamus. ⌊ Dixerunt, nos neq; literas accepimus de te a Iudæa⌋ .i. nulla nobis a iudæis terræ promissionis scripta est accusatio cõtra te⌊ neq; aduenies aliquis fratrum ⌋de populo iudæor;⌊ loquutus est qd de te malum. Rogamus autem audire a te quæ sentis ⌋ de Christi aduentu atq; myste-

Mar .7.
Matt.15.
Mar .7.

riis ⌊ Nam de secta hac ⌋.i.Christianorꝫ lege ⌊ notum est nobis, qa vbiq; ei contradicitur ⌋ a multis tam gentilibus q̃ iudæis, qui & particulares ꝑsequutiones contra Christianos mouerunt ⌊ Cum constituisset ãt eis diem conuenerunt ad eum in hospicium plures, qbus exponebat ⌋ testimonia Christi ⌊ testificans regnum dei ⌋ id ẽ, statum & regionem ecclesiæ militantis, beatitudinẽq; patriæ cælestis, cũ testificatione affirmans nunc aduenisse Christũ ⌊ suadensq; de Iesu ⌋ q̊d esset verus Messias rex Israel ⌊ ex lege Moysi & ꝓphetis a mane vsque ad vesperã ⌋ in q̊ feruor apostoli innotescit. ⌊ Et qdam iudæorum ⌋ illorꝫ ⌊ credebant his q̃ a paulo dicebãtur, & qdam non credebãt. Cumq; inuicem non essent consentientes, discedebant, dicẽte paulo vnum ꝟbum ⌋.i.allegante vnum testimonium ꝓphetale ⌊ qa bene loquutꝰ est spiritꝰ sanctus per Esaiã ꝓphetã ⌋.6.cap. ⌊ Vade ad populum istũ & dic ad eos ⌋ o tu Esaia. ⌊ Aure ⌋ corpali ⌊ audietis ⌋ o iudæi ꝟba Christi, discipulorũq; eiꝰ ⌊ & non intelligetis ea ⌋ ꝟtutem & veritatem eorꝫ percipiendo ac intuendo ⌊ & videntes ⌋ visu carnali ⌊ videbitis ⌋ opa Christi ac apostolorꝫ ⌊ & non ꝑspicietis ⌋.i.ex hoc non penetrabitis acie mentis vim operum horum, q̊modo scilicet non nisi deo agente fieri queant, & qualiter Euangelicæ legis veritas, ꝑ ea monstratur, quẽadmodum ait Saluator. Opera quæ dedit mihi pater, testimoniũ ꝑhibent de me. ⌊ Incrassatum est em̃ cor populi huius ⌋.i. mẽs iudæorum obtusa & obtenebrata est nebula ꝓpriæ ꝑuersitatis, sicut & Moyses ait: Incrassatus ẽ dilectus, & recalcitrauit. Crassitudo hæc cordis iudęorum fuit eorum carnalitas, qua terrenis potissime inhæserunt. Propter quod Christi documenta ad omniũ terrenorum contemptum hortantia aspernabantur dicẽtes. Insanit, quid eum auditis? Præterea sicut crassitudo corporalis efficit corpus minus agile, minusq; mobile, sic crassitudo cordis, reddit animam veritatũ cælestium ĩcapacẽ, accidiosam ac tenebrosam ⌊ & auribus ⌋ mẽtis & corpis ⌊ grauiter audierunt ⌋ qa & verba Christi indignanter atque inuite corporaliter audierunt, ad

Mat.3.4 & 10. Mar.1. Lucæ: 10. Iohan.1. & 4.

consyderandam quoque eorum efficaciam fuerunt tardissimi, qbus dixit Saluator. Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis ⌊ & oculos suos ⌋ mentales ⌊ compresserunt ⌋ id est, ab intuitu Euangelicæ theoriæ spontanei auerterunt, spiritui sancto obicem ponentes ⌊ ne forte videãt oculis ⌋ interioribus, quæ sunt veræ salutis ⌊ & auribus audiant ⌋ diligenter quæ dei sunt ⌊ & corde intelligant ⌋ ea quæ fidei sunt, ꝑ donum intellectus penetrando ⌊ & conuertantur ⌋ per cordialem agnitę veritatis amorem ad deum ⌊ & sanem eos ⌋ ab infidelitate ac cæteris vicijs, animarum languoribus, secundũ q̊d Hieremiæ. 3. dico. Cõuertimini ad me, & sanabo auersiones vestras Hanc autem scripturam allegat Lucas, secundum translationem septuaginta interpretum, Hieronymus autẽ quantũ ad tenorem seu formam verborum, aliter trãstulit, sensus vero redit in idem, quemadmodum Esaiæ 6. ostendi. Iohannes quoq; Euangelista allegat hæc verba, pro tempore Christi prædicta atque impleta. Vbi etiam quædam verborum istorum asserit in persona filij dei esse ad Esaiam prolata, videlicet ne forte conuertantur & sanem eos. Paulus vero primum horum verborum dicit a spiritu sancto prolatũ, sicut nunc patuit, ex quo Didymus (quem Beda hoc loco beatum appellat) in libro de spiritu sancto, diuinitatam spiritus sancti probauit. Quod enim nunc paulus ait a spiritu sancto dictũ, id Esaiæ 6. a domino dictum perhibetur, Et ibi per dominum intelligit verus deus. Ex quibus omnibus sanctus Hieronymus durissime increpat Origenem, qui Esaiæ. 6. per dominum sedentem in solio eleuato, istaq; verba Esaiæ loquentem, intelligit deum patrem. Per seraphim vero filium & spiritum sanctum. Nunc enim ostensum est per dominum ibi signari spiritum sanctum, imo deum absolute seu vnamquamq; diuinam personam. Ex quo liquido demonstratur vnam esse & voluntatẽ & naturã dei & spiritus sancti. Quod & Didymus subtilissime docet ⌊ Notum ergo sit vobis quoniam gentibus missum est hoc salutare dei ⌋ id est,

Christus mundi saluator, ad gentium conuersionem & gloriã a patre per incarnationis mysterium missus est, & p apostolos deportatus, despicientibus Christum Iudæis, quemadmodum .13. capitulo plenius dictum est, ⌊ipsi & audient⌋ auribus mentis & corpis, prædicationem Euãgelij Christi, iuxta illud. Notũ fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium, reuelauit iusticiã suam⌊ Mãsit añt biennio toto in suo cõductu⌋ .i. in hospicio q̃d ipse sibi conduxerat⌊ & in custodia libera, & suscipiebat ⌋ .i. ad audiẽtiã suæ p̃dicationis pie & charitatiue admisit⌊ omnes qui ingrediebantur ad eum⌋ iudæos ac gentiles. ⌊prædicans regnum dei⌋ .i. statum & gratiam ecclesiæ militantis, quæ frequenter a Christo regnum cælorum, & regnum dei vocatur, statum q̃ q̃ & gloriam, ecclesiæ triumphantis ⌊ & docens quæ sunt de domino Iesu Christo⌋ vtpote præcepta, consilia, documenta, & testimonia Saluatoris⌊ cum omni fiducia⌋ assistentiæ dei, conuersionisq; plurimorum⌊ sine prohibitione⌋ Nam ante aduentum pauli ad Romã Nero annis regnauit duobus, nondũ tñ fuit confirmatus in regno. Propter q̃d dimisit apostolum toto biennio infra Romam in suo conductu liberaq; custodia. Postea vero p̃ decennium, scilicet decem annis dimisit eum in libertate maiori, vt etiam extra Romam in occidentalibus partibus p̃dicaret. Postea quartodecimo anno imperij Neronis, paulus ab ipso martyrio coronatur pro fide catholica, quæ radius est primæ & inuiolabilis veritatis, omni admiratione gratiarum actione, honore & gloria superdignissimæ, cum ipsa sit super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Finis commentariorum Dionysij Carthusiensis viri illuminatissimi in Actus Apostolorum apud celebrem Gelriæ Tetrapolim Ruremundam

Anno. 1531.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI

Summariũ siue Epitome, nõ in Acta tm̃ Apostolorum, sed & reliqua vtriusq; instrumenti oracula: q̃ qcqd in ijs nobilium est sentẽtiarũ, quas vulgo authoritates dicunt, miro artificio ob oculos ponitur.

PROLOGVS.

TOta sacræ Bibliæ scriptura distinguit in duo Testamẽta, Vetus videlicet & Nouum. Testamentũ vetus diuidit in libros, Legales, historiales, Sapientiales, & ꝓphetales. Legales vocant in qbus leges iudiciaq; ore dei ædita, ꝓmulgant. Et sunt numero qnq;, videlicet Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri & Deuteronomium. Quibus rñdent in nouo Testamento Euangelium scd̃m Matthæum, Marcum, Lucam & Iohannem. In quibus lex noua a Christo tradita, continetur. Historiales dicuntur in quibus historiæ rerum gestarum narrant. Et sunt numero .12. Ioſue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor. Paralipomenon lib. duo, Esdræ lib. duo (nam Esdræ tertius & quar-

tus Apochryphi sunt scdm Hieronymum) Tobiæ, Iudith, Hester Iob & Machabæorum lib. duo. Quibus in nouo Testamẽ. rñdet liber Actuum apostolorum, in q̃ res per Chri apostolos gestæ & decursus nascentis ecclesiæ describuntur. Sapientiales vocanť in quibus ♆a prudentia & sapiẽtia docetur. Et sunt quinq; numero, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientiæ & Ecclesiasticus Quibus in nouo Testamento rñdent Pauli apostoli Epistolæ. 14. ad Romanos. 1. Corinthios duæ, Galatas. 1. Ephesios. 1. Philippenses. 1. Colossenses. 1. Thessalonicẽses ñ. Timotheum duæ, Titum, 1. Philemõem. 1. Hebræos. 1. Iacobi apostoli Epistola. 1. Petri apostoli duæ, Iohannis tres & Iudæ vna: quæ septem posteriores canonicæ appellantur. Prophetales nuncupanť in quibus ventura p̃dicuntur, & sunt numero. 18. puta Psalterium, Esaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel Osee Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abachuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Quibus in nouo Testamento Apocalypsis Iohannis apostoli rñdet in q̃ libro p̃dicuntur multa de Christo & ecclesia, de reproborum & electorum statu futuro.

¶Genesis habet cap. L. Et agitur in eo de mundi & oĩm creaturarũ exordio. De diluuio & Arca Noe, atque linguarũ confusione, De electione populi dei, & de descensu eiusdem in Aegyptum.

Caput. I.

IN principio creauit de⁹ cælũ & terrã, &c. Prima die facta est lux (.i. substãtia de q̃ q̃rta die factus ẽ sol) Secunda die factum est firmamentum, q̃d diuidit inter aquas quæ supra cælos sunt, & inferiores. (Firmamentum est cælum stellatum)

Tertia die congregatæ sunt aquæ inferiores ĩ locum vnũm, & ptulit q; terra herbã virẽtẽ & lignum pomiferũ

(Nam tota terra aquis erat operta)

Quarta die facta sunt sol & luna ac stellæ, vt essent in signa & tempora & dies & annos . Et præessent diei ac nocti.

Quinta die produxerunt aquæ reptile animæ viuentis & volatile sup terram, id est, pisces & aues, Creauitq; deus cete grandia, & benedixit eis dicēs. Crescite &c. (Benedictio dei, est collatio munerum dei, & multiplicatio eorundem, secundum Gregorium)

Sexta die factæ sunt de terra bestiæ, ipse quoq; homo de limo terræ ad imaginem dei est formatus . ¶Ca. II

¶Septima die compleuit deus opus suum quod fecerat & requieuit in eo, & sanctificauit illū , quia in ipo cessauerat ab omni opere quod creauit (id est, a nouis rerum speciebus creandis)

Fluui⁹ egrediebatur de paradyso, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison (& nunc dicitur Ganges) & currit per terrā Euilath (id est, Indiā) vbi nascit optimum aurum, ibiq; inuenitur bdellium, & lapis Onychinus. Nomen secundi fluuij Gyon, (& nunc dicitur Nilus) & currit per omnem Aethiopiam Nomem tertij Tigris vadentis p Assyrios . Fluuius quart⁹ Euphrates, (q ex Armenia iuxta Mesopotamiam decurrēs , eam a Syria disterminat.

Tulit deus hominem (id est, Adam) & posuit eum in paradyso voluptatis (Adam fact⁹ est extra paradysum videlicet, in agro Damasceno . Eua autem in paradyso facta est:)

Adduxit deus ad Adam vniuersa animātia terræ, vt videret quid vocaret ea: Appellauitq; Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, et bestias terræ: ¶Ca. III

¶Dixit dominus ad serpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierē, Ipsa cōteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius: (Hoc in Maria virgine impletum ē, q̄ sua humilitate dæmonem supplantauit, dum Christum effudit.)

Dixit dñs ad mulierē. Multiplicabo ærūnas tuas et cō

cept9 tuos: In dolore paries. et sub viri potestate eris, et ipe dñabt tui.

Adę dixit deus. Quia audisti vocē vxoris tuę, maledicta terra ī ope tuo, &c. In sudore vultis tui vescēris pane tuo donec reuertaris ī terrā tuā, qa puluis es, & in puluerē reuerteris. Fecit dñs deus Adę & Euæ vxori eius tunicas pelliceas:

Emisit dñs de9 Adā de paradyso voluptatis, vt operet terrā de q̄ sumptus ē: Eiecitq; eū, & collocauit añ paradysum voluptatis Cherubin & flāmeū gladiū atq; versatilē, ad custodiendā viā ligni vitæ ¶Ca.iiij

¶Respexit dñs ad Abel & ad munera eius: (Primogenit9 Adę Cayn: Deinde Abel, Postea Seth. Cuius filij, dicti sunt filij dei, qa in eis pmansit diuinus cultus:) Nōne si bene egeris, recipies? Si aūt male, statim peccatū tuū in foribus aderit: Sed sub te erit appetitus eius & tu dñaberis illius: (Ratio em̄ dñari debet appetitui cōcupiscibili & irascibili, atq; vniuersis inferioribus viribus animæ)

Lameth (de genere Cayn) accepit vxores duas. Quarū Ada genuit Iabel, qui fuit pater habitātium in tentoriis atq; pastorum: Fratrem quoque eius Tubal, qui fuit pater canentium in cythara & or̄gano. Seth genuit Enos. Iste cœpit inuocare nomen domini ¶Ca.V

¶Vixit Adā nongentis triginta ānis, & mortuus est: Facti sunt autem omnes dies Seth nongentorū & duodecim annorū, & mortuus est.

Porro Enoch genuit Matusalē. Et ambulauit Enoch cum deo & nō apparuit, quia transtulit illum dominus (scilicet in paradysum terrestrem

Facti sunt aūt omnes dies Matusalē nongēti septuagīta nouē ānī, & mortu9 ē. (Iste Matusalē oīb9 senior extitit) Matusalē genuit Lamech, et Lamech genuit Noe dicens Iste cōsolabit nos ab operibus et laboribus manuū nostrarū in terra cui maledixit dñs ¶Ca.VI.

¶Noe cū quīq; ētorum esset ānorū genuit Sem, Cham, et Iapheth. Cūq; cœpissēt homines multiplicari sup terrā & vidissent filij dei, filias hominum, &c.

Non ꝑmanebit ſpūs meus in hoīe inæternum qa caro eſt. Eruntq; dies vitæ illius centum viginti annorum. Gygantes ꝙq; erant ſup terram illis diebus. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filiꝫ, &c.

Noe vir iuſtus atq; ꝑfectus in gñationibus ſuis genuit tres filios Sem, Cham, & Iaphet, &c. ¶Cap. viꝫ.

¶Erat aūt Noe ſexcentorū annorum qñ inundauit diluuium: Aperticq; ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerūt arcā in ſublimi.

Quindecim cubitis altior fuit aqua montibus excelſis obtinueruntq; aquæ diluuiꝫ terram quadraginta diebus, Et requit arca ſup montes Armeniæ ¶Cap. viiꝫ

¶Dixit dñs: Nequaq; vltra maledicā terræ, ꝑpter hoīes Senſus eīm & cogitatio cordis humani, ꝑni ſunt in malū ab adoleſcentia ſua. ¶Cap. ix.

¶Quicunq; effuderit ſanguīnē humanum, effundet ſanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus eſt homo.

Impleti ſunt omnes dies Noe nongentorū qnquaginta annorū, & mortuꝰ eſt. ¶Cap. xi

¶Sem cū centū eſſet annorū genuit Arphaxat bieñnio poſt diluuiū. Vixitq; poſt hæc qngentis annis, & genuit filios & filias (Dicunt Iudæi hunc Sem fuiſſe Melchiſedek, q vſq; tpa Iſaac vixit.) ¶Cap. xiꝫ.

¶Dixit dñs ad Abram. Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā q̄ monſtrauero tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, &c. atque in te bñdicentur omnes cognationes terræ (.i. in Chriſto ex te orituro.)

Ne q̄ſo ſit iurgium inter me & te: Fratres eīm ſumus: (Verba ſunt Abrahæ ad Loth.) ¶Cap. xiiꝫ.

¶Melchiſedek rex Salē, ꝑferens, &c. ¶Cap. xiiiꝫ.

¶Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis

Credidit Abrahā deo, & reputatū eſt ei ad iuſticiam.

¶Nondū cōpletæ ſunt iniqtates Amorræorum, &c. ¶Cap. xv

¶Cap. xvi.

¶Ego dominus deus omnipotens, Ambula coram me

& esto pfectus, ponamq; fœdus meum inter me & te, & inter semen tuum post te. ¶Cap.xvii
¶Nunquid deo quicq̃ est difficile?
Nunquid perdes iustum cum impio? Non est hoc tuũ qui iudicas omnem carnem:
Quia semel cœpi, loquar ad dominum meum, cũ sim puluis & cinis. ¶Cap.xix.
¶Noli respicere post tergum, sed in monte saluũ te fac:
Igitur dominus pluit sup Sodomã & Gomorram sulphur & ignem a dño. (Hic innuitur pluralitas psonarum in deo. Quis eñ est dominus pluens sulphur. &c. a domino, nisi filius aut spũs sanctus?) ¶Cap.xxi.
¶Eĩce ancillam hanc & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. ¶Cap.xxii.
¶Nunc cognoui (.i. cognoscere feci) q̃d timeas dñm & nõ pepceris filio tuo vnigenito, pter me. ¶Cap.xxiii.
¶Domine deus Abraham, occurre obsecro hodie mihi, & fac misericordiam
Ingredere benedicte dñi, cur foris stas?. ¶Cap.xxv.
¶Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro inclinata iam die:
Fuerũt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta. quinque ãni, & mortuꝰ est in senectute bona plenus dierꝝ: Et sepelierũt eũ Isaac & Ismael filii eiꝰ ¶Cap.xxvi.
¶Factus est Esau vir gnarus venãdi & hõ agricola Iacob aũt vir simplex, habitabat ĩ tabernac. ¶Cap.xxviii
¶Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram. & cacumen eius tangens cælum. Angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scalæ & dicentem sibi. Ego sum dominus deus. &c. Dilataberis ad orientem & occidentem, septemtrionem & meridiem, & ero custos tuus quocumque per r exeris.
Cumque euigilasset Iacob de somno ait. Vere dominus est in loco isto & ego nescieb am. Pauensque, quã terribilis est (inquit) locus iste.
Nõ ẽ hic aliud, nisi domus dei & porta cęli: ¶Cap.xxix
¶Seruiuit Iacob pro Rachel septẽ annis, videbant illi

pauci dies, præ amoris magnitudine ¶Ca.xxxij
¶Iacob abijt itinere quo cœperat: Fuerunt q̃ ei obuiã angeli dei; Quos cum vidisset ait. Castra dei sunt hæc.
¶Cap.xxxv
¶Erant autem filij Iacob duodecim: Filij Lyę, primogenitus, Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Isachar, & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph, & Beniamin: Filij Bale ancillæ Rachelis, Dan & Neptalim: Filij Zelphã ancillæ Lyæ, Gad & Aser ¶Ca.xxxvi.
¶Completi sunt dies Isaac centum octuaginta annoꝝ, & consumptus ætate mortuus est, & appositus ad populum suum senex & plenus dieꝝ, & sepelierunt eum Esau & Iacob filij eius ¶Ca.xxxvij
¶Vendiderunt Ioseph fratres eius Ismaelitis triginta argenteis. (Ioseph figura est Christi, & venditio eius, Christi venditionem significat) ¶Ca.xl
¶Nunqd non dei est interpretatio?
¶Cap.xli.
¶Vocauit Pharao nomen Ioseph, saluatorem mundi. Obliuisci me fecit deus oĩm laboꝝ meorum, & dom⁹ patris mei Crescere me fecit de⁹ ĩ terra pauptatis meæ
¶Cap.xlij
¶Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum. ¶Ca.xliij
¶Dixit Ioseph fratribus suis. Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis ad me. (Nota Ioseph est figura Christi. Christus ergo ait prælatis, quod nisi minimum eis subiectum adducant, non sint faciem eius visuri.) ¶Ca.xlv
¶Dimisit Ioseph fratres suos dicens eis: Ne irascimini in via. ¶Ca.xlvi
¶Dixit dominus ad Iacob. Ego sum fortissimus deus patris tui, Noli timere. ¶Ca.xlvij
¶Respondit Iacob Pharaoni. Dies peregrinationis vitę meæ, centum triginta annorum sunt parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum q̃bus pegrinati sunt sup terrã. Et bñdicto rege, egressus est. Dixerũt Aegyptij ad Ioseph. Salus nostra ĩ manu tua

est. Respiciat nos tantum dominus noster, & lęti seruiemus regi.

Vixit Iacob in terra Aegypti .17. annis: Factique sunt omnes dies vitæ eius centum quadraginta septem annorum. ¶Ca. xlix

¶In concilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum.

Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.

Iuda te laudabūt fratres tui. Manus tuæ in ceruicib⁹ inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iudā.

Ad prædam fili mi ascēdisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leęna. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi asinam suam, lauabit vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes lacte candidiores: (Nota benedictionem Iudæ, quæ in Christo maxime adimpleta agnoscitur)

Vidit requiem quod est bona, & terram quod optima & suppposuit humerum suum ad portandum.

Fiat Dā coluber in terra, cerastes in semita, mordēs vngulas equi. (Hæc prophetia de Antichristo dicitur, qa ipse de tribu Dan creditur nasciturus.)

Salutare tuum expectabo domine.

Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi.

Finitis Iacob sermonibus quibus instruebat filios suos, collegit pedes suos super lectulum, & mortuus est.

Quod cernēs Ioseph irruit super faciem patris sui, flēs & deosculans eum. ¶Ca. L.

Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrū tuorū, & peccati, atq; maliciæ quam exercuerūt in te.

Num dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum & deus vertit illud in bonum.

Cū adiurasset Ioseph ffes suos atq; dixisset, post mor tē meā deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscū, mortuus est, expletis centū & decē vitæ suæ annis, & cō ditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

¶Exodus habet cap. XL. Et agitur ī eo de multiplicatione, & afflictione & egressu filiorū Israel ex Aegypto De decem plagis Pharaonis, De decem præceptis ac iudicijs & instructi one populi dei, De arca fœderis domini, tabernaculo & altari ac vestibus Aaron.

Caput. I.



Vanto Aegyptij plus opprimebant filios Israel, tantomagis multiplicabantur & crescebant. ¶Cap. ii.

¶Cumq; minasset Moyses gregem ad interiora deserti, venit ad mōtē dei Oreb, apparuitq; ei dñs in flamma ignis.

Vidit Moyses q̄d rubus arderet & non cōbureretur, & dixit. Vadam & videbo visionem hanc magnā.

Abscondit Moyses faciem suam, non em̄ audebat aspi cere contra deū: Dixit Moyses ad dñm. Qd̄ est nomen tuum? Dixit dñs, Ego sum q sum. Sic dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos. Dixitq; iterū ad Moysen. Hæc dices filiis Israel. Dñs deus p̄m vrorū, deus Abrahā, de us Isaac, & deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomen mi hi est inæternum, & hoc est memoriale meum in gene rationem & generationem. ¶Cap. iiij.

¶Hæc dicit dominus. Filius (per adoptionem) meus pri mogenitus Israel.

Quis fecit os hominis, aut q̄s fabricatus est surdum & mutum, cæcum & videntem? Nonne ego?

¶Cap. v.

¶Dixit dominus ad Moysen. Ego dominus qui apparui Abraham & Isaac,& Iacob ī deo omnipotēti & nomen meum Adonai non indicaui eis. (Adonai, id est, tetragrammaton.

Filiꝫ Leui,Gersan, Chaat,& Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem.

Chaat genuit Amram,cuius vxor Iocabeth nomine,peperit ei Aaron Moysen,& Mariam.

Porro Isnar frater Amram,genuit Chore.

Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Amīnadab,sororem Naason. Cap.vi.

Dixit dominus ad Moysen. Ecce constitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus, erit propheta tuus. Tu loqueris ei oīa quæ mādo, ille loq̄t̄ ad Pharaonem. Erat aūt Moyses annorum.80,& Aaron.83.annorum quando loquuti sunt ad Pharaonem. Cap.viꝫ.

Nota primum signum Moysi coram Pharaone erat,q̄ Aaron proiecit virgam & versa est in colubrum. Sed & malefici Pharaonis proiecerunt virgas suas,& vertebantur in dracones,sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. [Nota plagas Aegypti]

Prima plaga Aegypti ē, quod extēdente Moyse virgam sup fluuios Aegypti, versæ sunt omnes aquæ Aegypti in sanguinem:

Fecerūt autem & magi Pharaonis incantationibus similiter Cap.viiꝫ.

Secūda plaga est, q̄ ranæ ascenderūt & operuerūt terrā Aegypti, implentes domus & cibos, Et fecerūt magi Pharaonis similiter.

Tertia plaga ē,q̄d oīs puluis terræ Aegypti ỹ sus est in cyniphes. Et nō potuerunt malefici Pharaonis similiter facere,sed dixerunt. Digitus dei est hic.

Quarta plaga,q̄d venit musca grauissima(.i. multitudo earum) in domū Pharaonis, & in omnem terram eius. Cap.ix.

Quīta plaga, mortua sunt oīa aiantia Aegypt.peste.

Sexta plaga, Facta sunt vulnera vesicaꝫ turgētium in hominibus& iumentis, nec poterant malefici stare

coram Pharaone propter vulnera quæ in illis erant.
Dixit dominus ad Pharaõem: Iccirco posui te, ut ostẽderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

Septima plaga est, quod maxima grãdo cecidit in terra Aegypti, & ignis simul cadebat, & tonitrua. & coruscantia fulgura, & destructa sunt, quæ erant in agris. ¶Ca.x.

¶Octaua plaga est, quod venerunt innumerabiles locustæ in terram Aegypti, omnia deuorantes quæ remãserunt grandini.

Indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel

Nona plaga Aegypti, est, q̃d factę sunt horribiles atque palpabiles tenebræ in terra Aegypti, Tribus diebꝰ nemo vidit proximum suum nec mouit se de loco in q̃ erat. In terra autem Gessen non erant tenebræ (vbi habitauerunt filiꝰ Israel.) ¶Ca.xi

¶Fuit Moyses vir magnus valde coram seruis Pharaonis, & omni populo. ¶Ca.xiꝰ

¶Dixit dominus. Sic comedetis agnum. Renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Est enim phase. i. transitus domini.

Decima plaga est, quod dominꝰ media nocte percussit omne primogenitum in Aegypto, in hominibus & iumentis.

Profecti sunt filiꝰ Israel de Aegypto sexcenta fere milia peditum virorum, absque paruulis & mulieribus. Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.

Habitatio autem filiorum Israel in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egressi sunt.

Nec os illius (scilicet agni paschalis) confringetis. (Nota Hoc est figura de Christo, cuius ossa in cruce contracta nõ sunt.) ¶Ca.xiiꝰ

¶Lex domini semp sit in ore tuo.

Dominus autem præcedebat filios Israel ad ostendendam viam per diem in columba nubis, & per noctē in columna ignis.

¶Cap. xiiij.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Fugiamus Israelem. Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

Filij Israel ambulauerunt per medium ficci maris, aquæ eis erant & quasi p muro a dextris & a sinistris. Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris.

¶Cap. xv.

Cātemus domino, glorioſe enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare, & c.

¶Cap. xvi

Dixit Moyses ad populum. Non contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum.

Manè ros iacuit per circuitum castrorum. Et apparuit in solitudine manna minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram, & appellauerūt filij Israel illud, man, quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi similę cum melle.

¶Cap. xvij.

Tentauerunt dominum dicentes. Est ne dominus in nobis, an non?

Cumque eleuaret Moyses manus vincebat Israel, si autem paululum remisisset, vincebat Amalech. Manus autem Moysi erant graues. Sumentes ergo lapidem posuerunt subter eum. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lessarentur, vsque ad occasum solis.

¶Cap. xviij.

Egressus Moyses in occursum Ietro cognati sui adorauit, & osculatus est eum.

Nunc cognoui quoniā magnus dominus super omnes deos.

¶Cap. xix.

Contestare populū ne forte velint transcendere p positos terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes qui accedunt ad do-

minum sanctificentur, ne percutiat eos, Non poterit vulgus ascendere in montem. ¶Cap.xx.

Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes visitans iniquitatem fratrum in filios in tertiam & quartã generationem, eorum qui oderunt me, misericordiam faciẽs in milia his q̃ diligũt me & custodiunt p̃cepta mea.

Non assumes nomen domini dei tui in vanum, non enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra.

Dixit populus ad Moysen, loquere tu nobis & audiemus, nõ loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Et ait Moyses. Nolite timere. Vt enim probaret vos venit deus, & vt terror illius in vobis esset.

Stetit populus de longe, Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.

¶Cap.xxiĳ.

Non accipias munera quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum.

Non apparebis in conspectu meo vacuus, ait dñs

Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via & introducat ad locum quem parau. Obserua eum, & custodi viam eius, quia non dimittet cum peccaueris. Quod si audieris eum, inimicus ero inimicis tuis, & affligentes te affligam.

¶Cap.xxiiĳ.

Ascenderunt Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus de Israel, & viderunt deum Israel. Et sub pedibus eius quasi opus lapidis sapherini, & quasi cælum cum serenum est. Viderunt q̃ deum, & comederunt ac biberunt. ¶Cap.xxv.

Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. ¶Cap. xxxiĳ.

Sedi populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Dixit dñs ad Moysen. Cerno q̃d populus iste dure ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos ac deleam eos, faciamq̃ te in gentem magnam. Moyses autem orabat, &c.

Vlulatus pugnæ auditur in castris, dixit Iosue.

Si quis est domini iungatur mihi.

Dixit Moyses ad dñm, Aut dimitte populo hanc noxã aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti

Dixit dominus Moysi. Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo

¶ Cap. xxxiij

¶Dixit dominus ad filios Israel. Iam nunc depone ornatum tuum vt sciam quid façiam tibi.

Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum.

Dixit Moyses ad dñm. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos.

Dixit Moyses ad dominum. Si non tuipse præcedas nos, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum.

Dixit dñs ad Moysen. Inuenisti gr̃am coram me, & te ip̃m noui ex noie. Qui ait: Oñde mihi gloriã tuam. Rñdit. Ego oñdam tibi omne bonũ, & vocabo in noie dñi coram te. Et miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Rursumq; ait. Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo & viuet.

¶ Cap. xxxiiij

¶Dñator dñe, misericors & clemens, patiens & multæ misericordiæ ac verus, q̃ custodis misericordiã in milia, q̃ aufers iniqtatem & scelera atq; pcta, nullusq; ap̃te p se innocens est, q̃ reddis iniqtatem p̃m filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.

Fuit Moyses cum domino quadraginta dies, & quadraginta noctes.

Panem non comedit & aquam non bibit.

Ignorabat Moyses quod cornuta esset facies eius ex consortio dei.

¶Leuiticus habet Cap. viginti septem. Et agitur in eo de rituholocaustorum, de sacrificijs & hostijs

offerẽdis, de vrna & veſtibus Aaron de ordine & miniſterio Leuitarum.

Caput ſecundum.



Vicquid obtuleris ſacrificij ſale condies, nec auferes ſal fœderis dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal.

¶Cap.vi.

Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunq̃ deficiet in altari. (Per hunc ignem ſignificatur charitas, q̃ ſemper in ara cordis ardere debet.)

¶Cap.vij.

Anima polluta quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum quæ oblata eſt domino, peribit de populis ſuis (Quantomagis qui corpus Chriſti comederit immundus?)

¶Cap.x.

Dixit dominus ad Moyſen. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor.

Dixit dominus ad Aaron. Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibes tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculũ teſtimonij, ne moriamini, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum inter pollutum & mundum, doceatiſque filios Iſrael legittima mea.

Cap.xij.

Nolite contaminare animas veſtras. Ego enim ſum dominus deus veſter, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.

Cap.xvij.

Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Vnde dixi filijs Iſrael. Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis,

Cap.xix.

Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ, nec remanentes ſpicas colligetis, neq; in vinea tua racemos & grana tua decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nec morabitur opus mercenarij apud te vsque mane.

Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum. Iuste iudicabis, nec consyderes personam pauperis, neque honores vultum potentis.

Non eris criminator, nec susurro in populo.

Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, nec habeas super illo peccatum.

Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

Vestem quæ ex duobus contexta est, non indueris.

Non augurabimini nec obseruabitis somnia, neque in rotundum attundebitis comam, nec radetis barbam

Corã cano capite consurge, & honora psonã senis.

Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Cap. xxi.

Sacerdotes sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes dei sui offerunt & ideo sancti erunt.

Dixit dominus ad Aaron. Homo de semine tuo quĩ habuerit maculam, non offeret panes domino deo suo. (Nota, Per hoc significatur, quod sacerdos carere debet omni peccato.)

Omnis alienigena non comedet de sanctificatis.

Cap. xxiiij.

Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit sic fiat ei. Fracturam pro fractura, oculũ pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.

Cap. xxv.

Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam & vnuquisque reuertetur ad familiam pristinam, quia iubileus est.

Terra non videtur in perpetuum, quia mea est. & vos aduenæ & coloni mei. Vnde cuncta regio possessio

nis vrę sub redemptionis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vēdiderit possessionē suam, ppinquus eius potest redimere. ¶Cap.xxvi.
Si non obedieritis mihi, cōteram duritiam superbię vestræ. Daboq; vobis cælum desuper sicut ferreum, & terram æneam.

Numeri continet Cap. xxxvi. & agitur in eo de numeratione & murmuratione populi siue tribuum Israel, de prophetia Balaam, de mãsionibus populi in deserto, & victoria contra reges citra Iordanem. Ca. I.



Verunt simul omnes filij Israel a vicesimo & supra quos numerauerunt Moyses & Aaron in deserto, sexcenta tria milia virorum, quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati cū eis.
¶Cap.iij.
Alij nulla curiositate videāt quæ in sanctuario sunt priusquam inuoluantur. Alioquin morientur.
¶Cap.vi.
Loquut⁹ est dñs Moysi & Aaron dicens. Sic bñdicetis filijs Israel. Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostēdat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Cōuertat dñs vultum suum ad te, & det tibi pacem.
¶Cap.viij.
Dixit dñs. Hæc est lex Leuitarum. A viginti quinq; annis & supra, ingrediēt vt ministrēt in tebernaculo fœderis. Cūq; quinquagesimū ætatis annum impleuerint seruire cessabūt. Eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiāt quæ fuerint sibi commendata. Opera autem ipsa non faciant.
¶Cap.xi.
Ortū est murmur populi q̄si dolentium, p labore. Quod cū audisset dñs iratus est, & accēsus ē in eos ignis dñi. Flagrabant desyderio carnium & dicebant. Quis

dabit nobis ad vescendum carnes? In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porri & allia. Anima nostra arida est. Nihil respiciũt oculi nostri nisi man.

Nunqd manꝰ dñi inualida est? ¶Cap.xij.

Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines q morabantur in terra,

Dixit dominus ad Aaron & Mariam. Si quis fuerit inter vos prophetа domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, non per ænigmata & figuras deum videt. (Ergo vidit deum per essentiã, sicut & Paulus.) ¶Cap.xiiij

Omnes qui murmurastis cõtra me, non intrabitis terram super quam leuaui manum meam vt darem eam vobis, præter Caleph & Iosue. ¶Cap.xv

Anima quę p supbiam aliqd commiserit, qm̃ aduersus dñm rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim dñi contempsit.

Hominẽ colligẽtem ligna die sabbati ĩ deserto, iussit dominꝰ lapidibꝰ obrui. P præcepit dñs vt facerẽt sibi fimbrias q̃tuor, p q̃tuor ãgelos pallioꝝ, ponẽtes ĩ eis vittas hiachĩtinas, q̃s cũviderẽt recordarẽtur oĩm mandatoꝝ dñi, nec sequerent cogitationes & oculos, p res varias fornicantes. ¶Cap.xvi.

Dixit Moyses. Mane notum faciet dominus qui ad se ptineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei.

Num parum vobis est, quod separauit vos dominus a populo et iunxit sibi vt seruiretis ei ĩ cultu tabernaculi.

Fortissime deus spũum vniuersæ carnis, num vno peccante contra omnes ira tua desæuiet?

Recedite a tabernaculꝭ hominũ impioꝝ, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. ¶Cap,xvij.

Germinauit ẏga Aarõ ĩ domo Leui, et turgẽtibꝰ gemmis eruperãt flores, q foliis dilatatis in amigdalas deformati sunt. ¶Cap.xix.

Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet, & anima quæ tetigerit quippiam eorum, immunda erit vsq; ad vesperam. Cap.xx.

Venerunt filij Israel in mõtem Hor. Et dixit dominus ad Moysen. Pergat, inquit, Aaron ad populos suos.

Cap.xxi.

Dixit dominus ad Moysen. Fac serpentem æneum et pone eum pro signo. &c. Cap.xxij.

Noui quod benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris.

Dixit Balaam. Si dederit mihi Balach domum suam plenam argenti & auri, non potero mutare verbum domini dei mei, vt plus vel minus loquar.

Aperuit dominus os asinæ & loquuta est ad Balaam. Quid feci tibi, cur percutis me ecce tertio? &c

Vidit Balaam angelum stantẽ in via euaginato gladio, & pronus in terram adorauit. Cap.xxiij

Quomodo maledicam ei, cui non maledixit deus? Quaratione detester, quem non detestatur dominus? Moriatur anima mea morte iustorum, et fiant nouissima mea horum similia.

Dixit Balaam. Non est deus quasi homo vt mentiatur nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo & non faciet, loquutus est & non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non possum. Non est idolum in Iacob, nec simulacrum in Israel. Dominus deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo est. Dominus deus eduxit eum de Aegypto, cui⁹ fortitudo similis est rinocerotis. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in israel. ¶Cap.xxiiij.

Assumpta Balaam parabola sua irruente in se spiritu dei, ait. Dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiuntur oculi eius. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua israel, vt valles memorosæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dominus. Tolletur propter Agag vox eius, & auferetur regnum illi⁹. (Hoc in Saule im-

pletum est.

Dixit Balaam. Videbo eũ sed non mõ, intuebor illum sed non prope. Orietur stella ex Iacob, & exurget virga de Israel. &c. Venient in trieribus de Italia, superabũt Assyrios, vastabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.

Cap. xxv.

Cum peccassent filij Israel cum filiabus & dijs Madian percussa sunt viginti quatuor milia, & iussit dominus principes populi suspendi in patibulis.

Cap. xxvij.

Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, ne sit populus dñi sicut oues absque pastore.

Cap. xxx.

Puella quæ aliquid domino vouerit, & adhuc in domo patris est, si cognouerit pater eius & statim non cõtradixerit, voti rea erit. Similiter de vxore si quid vouerit, & maritus eius statim non contradixerit.

Cap. xxxv.

Ad vnius testimonium nullus condemnabitur.

Non accipietis precium ab eo qui reus est sanguinis: Exules & profugi ante mortem ponitificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt.

Cap. xxxvi.

Omnes viri ducẽt vxores de tribu & cognatiõe sua, & cunctæ fœmiæ maritos de eadem tribu accipiant, vt hæreditas permaneat in familijs, nec sibi misceant tribus sed separatæ permaneant.

¶ Deuteron. habet cap. XXXIIII. Et replicantur in eo, quæ in quatuor libris prioribus dicta sunt atque de varijs legalibus institutionibus morte Moysi & Iosue substitutione agitur in eodem.

¶ Caput. I.



Ate ex vobis sapientes & gnaros, q̃rum cõuersatio sit p̃bata in tribubus vr̃is, & ponam eos vobis principes.

Dixiq̃ (scilicet ego Moyses) principib⁹ & iudicibus. Audite illos, & q̃d iustũ est iudicate, siue ciuis sit ille siue peregrin⁹. Nulla erit distantia, ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusq̃ psonam, quia iudiciũ dei ẽ. Quod si difficile vobis aliquid visum fuerit, referte ad me & ego audiam.

Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Nolite timere. Dominus deus tuus q̃ ductor est tui ipe pugnabit pro te.

Portauit te dominus deus tuus, sicut portare solet homo paruulum filium suum. ¶Cap. ij.

Noluit Seõ rex Esebon filr̃s israel dare trãsitum, qa indurauit dñs deus spũm eius, & obfirmauerat cor illius vt traderet in manus israelis.

¶Cap. iij

Domine deus tu cœpisti oñdere seruo tuo magnitudinẽ tuã manũq̃ fortissimã, Neq̃ enim est alius deus in cẽlo vel in terra qui possit facere opa tua, & comparari fortitudini tuæ. ¶Cap. iiij.

Et nũc israel audi p̃cepta arq̃ iudicia quæ ego doceo te vt faciẽs ea viuas, & ingrediẽs possideas terrã quã dñs daturus ẽ tibi. Non adñcietis ad verbum quod ego loquor neque auferetis ex eo.

Vos qui adhæretis domino deo vestro viuetis vniuersi vsque in præsentem diem.

Hæc est vestra sapientia & intellectus coram hominib. vt audientes vniuersa præcepta hæc dicant, En populus sapiens & intelligens.

Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquãtes sibi, sicut adest dominus deus noster cunctis obsecrationibus nostris.

Custodi temetipsum, & animam tuam solicite.

Ne obliuiscaris verborum domini, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ.

Non vidistis aliq̃ similitudinem in die qua loquutus est vobis dñs in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis aliquam similitudinem aut sculptã imaginem. Et ne oculis eleuatis ad cælum, videas solem & lunam & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas quæ creauit dñs deus tuus in ministeriũ cũctis gentibus quæ sub cælo sunt.

Ecce morior in hac humo. Caue nequando obliuiscaris pacti domini dei tui, q̃d pepigit tecum, q̃m dñs deus tuus ignis consumens est, deus æmulator.

Cum quæsieris dominum deum tuum inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ.

¶Cap. v.

¶Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatẽ & magnitudinem suam, & probauimus hodie quod loquente deo cum homine vixerit homo. Vocem.n. eius audiuimus de medio ignis.

Quid est omnis caro vt audiat vocem dei viuentis & possit viuere?

Dixit dominus ad Moysen. Quis det talem eos (s. filios Israel) habere mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea & bene sit eis, & filijs eorũ post eos in sempiternum.

¶Cap. vi.

¶Audi Israel. Dominus deus vester deus vnus est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

Erunt verba domini in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in volumine, & in ostijs domus tuæ.

Dominum deum tuum timebis, & ipsi soli seruies, ac per nomen eius iurabis.

Non tentabis dominum deum tuum.

¶Cap. vij.

Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Nō quia cunctas gentes numero vincebatis, cum sitis omnibus populis pauciores, sed quia dilexit vos dominus.

Dominus deus tuus ipse est deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius in mille generationes & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur.

¶Cap. viij

¶Recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ versabantur in corde tuo, vtrum custodires mandata illius an non. (Nota, hic dicitur deus tentare vt cognoscat, non quod in eo sit ignorantia, sed vt aliis innotesceret. Et sic dē cognosceret, id est, cognoscere cæteros faceret.)

Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo q̄d egreditur de ore dei.

Sicut erudit homo filium suum, sic dominus deus eruditiuit te, vt ambules in viis eius & timeas eum.

Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & robur manus meæ hæc omnia mihi præstiterunt, sed recordare dñi dei tui quod ipse vires tibi præbuerit.

¶Cap. ix.

¶Ne dicas in corde tuo, propter iusticiam meam introduxit me dominus in terram hanc, cum populus durissimæ ceruicis sis.

Dixit Moyses. Iacui coram domino quadraginta diebus & totidem noctibus quibus ipsum supplicit er dep̄cabar ne deleret vos. Et dixi ad dominum. Ne aspicias duriciam populi huius, sed recordare seruorum tuorū Abraham, Isaac, & Iacob.

¶Cap. x.

¶Et nunc Israel quid dominus petit a te, nisi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum ac seruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua?

En domini dei tui cælum est,& cæli cælorum, terra & omnia quæ in eis sunt,& tamen patribus tuis cõglutinatus est & elegit eos, amauitque semen eorum post eos.Circuncidite ergo præpucium cordis vestri, & cervicem vestram ne indurctis amplius,quia dominus deus vester ipse est deus deorum & dominus dominantium deus magnus & potens atque terribilis, qui personam non accipiet nec munera, Facit iudicium pupillo & viduæ, amatq; peregrinum.

¶Cap.xi.

¶Terra ad quam ingrederis non est sicut terra Aegypti,vbi iacto semine aquæ ducuntur irriguæ,sed montuosa est & campestris de cælo expectans pluuiam,quã dominus deus tuus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt a principio anni vsque ad finem.(Nota,hæc terra montuosa est locus clausstralis in quo a solo deo consolatio expectatur.)

¶Cap.xiĩ.

¶Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quemvideris,sed in eo quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum.

¶Cap.xv.

¶Omnino indigens & mendicus non erit inter vos. (Propter hoc verbum Iudæi valde abominantur paupertatẽ.)

¶Cap.xvi

¶Non apparebis vacuus ante dominum, sed offeret vnusquisq; secundum quod habuerit.

¶Cap.xviĩ.

¶Cum constitueris tibi regem,eum constitue quem dominus deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum. Non eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos neq; declinet in patrem dexteram vel sinistram.

¶Cap.xviiĩ.

¶Perfectus eris & absq; macula cum domino deo tuo. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum tanquam te,&c.(Istud deChristo accipitur.)

¶Cap.xix.

¶Non transferes terminos quos fixerunt priores ĩ pos

sessione tua. ¶Cap. xx.
¶Quis est homo formidolosus & corde pauido, reuer tatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum sicut & ipse perterritus est.
Si quando accesseris ad expugnandum ciuitatem primo offeres pacem. Si receperit & apuerit, omnes salua buntur. ¶Cap. xxi.
¶Maledictus a deo est qui pendet in ligno.
¶Cap. xxij.
¶Non induetur mulier veste virili, nec vir veste fœminea. Abominabilis enim apud deum est qui facit hoc.
¶Cap. xxiij.
¶Deus deus tuus ambulat in medio castrorum vt eruat te. Sint ergo castra tua sancta & nihil fœditatis appareat in eis.
Quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo.
¶Cap xxiiij
¶Non occidentur patres pro filijs nec filij pro patrib⁹, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur.
¶Cap. xxvi.
¶Respice domine de sanctuario tuo, de excelso cælo; habitaculo, & benedic populo tuo
Dominum elegisti hodie, vt sit tibi deus, & ambules in vijs eius & obedias eius imperio, custodiasque cæremonias eius, & dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris
¶Cap. xxvij.
¶Maledictus qui errare fecerit cæcũ in itinere.
¶Cap. xxviij
¶Nisi timueris nomen domini glorioſum atq; terribile, augebit plagas tuas, & sicut ante lætabatur sup vos bene vobis faciens, sic nunc lætabitur vos dispergens atque subuertens.
¶Cap. xxix.
¶Dixit Moyses ad filios Israel. Vos vidistis vniuersa magnalia quæ coram vobis dominus fecit, & non dedit vobis dñs cor intelligens & oculos videntes, & aures

quæ possent audire vsque in præsentem diem.
Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinẽ

¶Cap. xxx.

¶Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te dominus deus tuus, & inducet in terram quam possederunt patres tui, &c. & circumcidet cor tuum. & cor seminis tui, vt diligas dominum deum tuum.
Mandatum hoc quod ego præcipio tibi non supra te est nec procul positum, nec in cælo situm, vt possis dicere. Quis nostrum ad cælum valet ascendere vt deferat illud ad nos? Nec transmare positum vt dicas. Quis ex nobis transfretare possit mare? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum.
Ipse dominus est vita tua, & longitudo dierum tuorꝝ vt habites in terra ¶Cap. xxxj
¶Dixit Moyses ad Iosue. Confortare & esto robustus. Tu enim introduces populum istum, & cæt. & dominus qui ductor est tui erit tecum. Non dimittet nec derelinquet te.
Ego scio contritionem tuam & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum

¶Cap. xxxij.

Audite cæli quæ loquor &c.
Date magnificentiã deo nro, dei pfecta sunt opa, &c.
Nunquid non ipse est pater tuus, &c.
Memento dierum antiquorum, &c.
Pars autem domini populus eius, &c.
Gens absque consilio est & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.
Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me.
Ego occidam & ego viuere faciã, &c.

Cap. xxxiij.

Dixit Moyses. Dominus de Syna venit, & de Seyr ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & cũ eo sanctorꝝ milia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos. Omnes sancti in manu eius sunt, Et qui appropin-

quant pedibus eius accipient de doctrina illius.

Amantissimus domini habitabit cõfidenter, in eo quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

Non est deus alius, vt deus rectissimus. Ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna. ¶Cap. xxxiiij.

¶ Mortuus est Moyses seruus domini in terra Moab iubente domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab, & non cognouit homo sepulchrum eius vsq; in præsentem diem.

Moyses centumviginti annorum erat quando mortuus est. Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Et non surrexit propheta in Israel vltra sicut Moyses, qui nosceret dominum facie ad faciem in omnibus signis, &c.

¶Liber Iosue continet cap. XXIIII Et agitur in eo de transitu Iordanis & de subuersione regnorum hostiliũ De introductione populi dei in terram promissionis & de diuisione ipsius terræ.

Caput. I.

DIxit dominus ad Iosue. Confortare & esto robustus valde, vt custodias omnem legem quã tibi Moyses præcepit.

Ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram vt intelligas cuncta quæ agis, & meditaberis in lege hac diebus ac noctibus.

Ecce præcipio tibi. Confortare & esto robustus. Noli metuere & noli timere, quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quæcumq; perrexeris.

Dixerunt filij Israel ad Iosue. Qui non obedierit cum

ctis sermonibus tuis, moriatur.

¶Cap. iiij.

¶Ingressis filijs Israel Iordanem, steterunt aquæ descẽdentes in vno loco, & ad instar montis intumescentes apparebant procul. Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis descenderunt quousque omnino deficerent. Omnis quoque populus per arentem alueum transibat.

¶Cap. v.

¶Defecit manna postquam filij Israel comederunt de frugibus terræ.

¶Cap. vi.

¶Dixit Iosue. Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hierico. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. (Hoc postea impletum est.)

¶Cap. vij.

¶Iosue cecidit pronus in terram coram domino vsque ad vesperam & dixit. Mi domine deus quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem. Et quid facies nomini tuo magno?
Fili mi da gloriam domino deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris.

¶Cap. x.

¶Dixit Iosue domino: Sol contra Gabaon ne moueaberis & luna contra vallem Haylon. Steterunt itaq; sol & luna, & non festinauit sol descendere spacio vnius diei Non fuit ante & post tam longa dies, obediente domino voci hominis & pugnante pro Israel.

¶Cap. xi.

Non pteriuit Iosue de vniuersis mandatis domini ne vnum quidem verbum quæ præcepit Moysi.

¶Cap. xiiij.

¶Dixit Caleph ad Iosue, Fratres mei qui ascenderant mecum dissoluerunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum dominum deum meum. Quadraginta & quinque anni sunt ex quo loquutus est mihi dominus. Hodie octuaginta quinque annorum sum sic valẽs ad bellandum & gradiendum, vt eo valebam tempore q̃-

do ad explorandum missus sum.

¶Cap. xv.

¶Iebuseum habitatorem hierusalem nõ potuerunt filij Iuda delere, habitauitq; cum eis.

¶Cap. xvij.

¶Machyr primogenitus Manasse fuit, vir pugnator.

¶Cap. xviij.

¶Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendum terram quam dominus deus patrum vestrorum dedit vobis?

¶Cap. xxij.

¶Dixit Iosue. Diuidite prædã hostium cum fratribus vestris.

¶Cap. xxiij.

¶Dixit Iosue. Ego ingredior viam vniuersæ terræ

¶Cap. xxiiij.

¶Timete dominum, & seruite ei corde perfecto atque verissimo.

Dixit Iosue. Non poteritis seruire domino. Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris.

Mortuus est Iosue seruus domini centum decem annorum, seruieruntque filij Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum qui longo vixerunt tempore postIosue qui nouerunt opera domini, &c.

Ossa Ioseph quæ tulerunt filij Israel de Aegypto sepelierunt in Sichem in parte agri quem emerat Iacob a filijs Emor.

Iudicum liber habet Cap. XXI. Et agitur in eo de principibus iudicibus & defensione populi Israel: & de victorijs & triumphis habitis contrahostes.

¶Caput. I.

Sicut feci ita reddidit mihi dominus.

¶Cap.ij.

¶Flectebatur dominus misericordia & audiebat afflictorum gemitus, & liberauit eos de cede vastantium.

¶Cap. iij.

¶Dimisit dominꝰ Chananæos vt in eis experiret Israelem vtrum audiret mandata domini an non, & vt discerent posteri eorum certare cum hostibus haberentque consuetudinem præliandi.

¶Cap .iiij.

¶Aioth Iudex Israel vtraq; manu pro dextera vtebat. Verbum secretum habeo ad te o rex, verbum domini habeo ad te.

Humiliatus est Moab sub manu Israel, & quieuit terra

¶Cap.v.

¶Cor meum diligit principes Israel. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite domino.

De cælo dimicatum est contra eos, stellæ manẽtes in ordine & cursu suo, aduersus Syzaram dimicauerunt.

Sic pereant dñe omnes inimici tui, q autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent

¶Cap. vi.

¶Dixit angelus ad Gedeon. Dñs tecum virorum fortissime.

Dixitq; Gedeon. Obsecro dñe, si dñs nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc mala? Vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerũt patres nostri?

Dixit Gedeon. Heu mi domine deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitque ei dominus. Pax tecum.

Ne timeas, nõ morieris.

¶Cap.vij.

¶Ne glorietur cõtra me Israel, & dicat, meis viribus liberatus sum.

¶Cap.viij.

¶Non dominabor vestri, sed dominabit dominꝰ vobis, dixit Gedeon.

Mortuus est Gedeon in senectute bona.

¶Cap.ix.

Simul considerate, quia os vestrum, & caro vra sum.

¶Cap.x.

Peccauimus. Redde tu nobis quicquid tibi placuerit tantum nunc libera nos.

Doluit dominus super miserijs eorum (s. populi Israel.

¶Cap.xi.

Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa facie mus.

Vouit Iepte votum domino, &c.

Dixit Iepte. Heu filia mi. Decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere nonpotero. Cui filia respondit. Pater mi, si aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcunq; pollicitus es.

¶Cap.xiij.

Si dominus nos vellet occidere, holocaustum de manibus nostris non suscepisset.

¶Cap.xiiij.

Irruit spiritus domini in Sampson, & dilacerauit leonem quasi hœdum in frusta, & hoc parentibus non indicauit.

Dixit Samson. Si non arasse tis in vitula mea, non inuenisse tis propositionem meam.

Cap.xv.

Cæpit Samson trecentas vulpes & caudas eorum coniunxit & faces ligauit in medio earum. Quæ statim prexerunt in segetes Philistinorum.

Arripuit Samson mandibulam asini, & percussit in ea mille viros de Philistijm. Cumq; sitiret & oraret dominum, aperuit dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt aquæ.

Cap.xvi.

Apprehendit Samson ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositasq; humeris portauit ad verticem montis.

Quomodo dicis quod ames me, cum animus tuus non sit mecum?

Domine deus meus memento mei, & redde mihi nunc pristinam fortitudinem meam.

Cap.xvij

Ite in pace,dominus respicit viam vestram, & iterq̃ pergitis.

Cap. xix.

Ferte sententiam,& in communi discernite,quid facto opus sit.

Cap.20.

Non intellexerunt quod ex omni parte illis instaret interitus,atque ita factum est,vt ex vtraq; parte ab hostibus cederentur.

Cap.xxi.

Quare domine deus Israel factum est hoc malum in populo tuo vt hodie vna tribus auferret ex Israel?

Ruth habet Cap. IIII. Et agitur in eo de matrimonio contracto inter Boos & Ruth, ex quibus Christus descendit.

Caput. I

IAciat vobiscum dominus misericordiã, sicut feciſtis cum mortuis & mecum, detque vobis inuenire requiem.

Vestra angustia me magis p̃mit,& egressa est manus domini contra me.

Ne aduersetis mihi vt te relinquã & abeam. Quocunque perrexeris pergam. Populus tuus populus meus,& deus tuus deus meus. Hæc faciat mihi deus & hæc addat,si non sola mors me & te separauerit.

Ne vocetis me Noemi.i. pulchram,sed vocate me Mara,hoc est amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena,& vacuam reduxit me dominus

Cur ergo vocatis me Noem.i, quam humiliauit dominus,& afflixit omnipotens

Cap.ij.

Dixit Boos messoribus. Dominus vobiscum. Qui dixerunt;Benedicat tibi dominus.

Vnde hoc mihi, vt inuenirem gratiam ante oculos

tuos,& nosse me dignareris?
Reddat tibi dominus pro opere tuo plenam mercedē
ad quem venisti,& sub cuius alas confugisti
Sit benedictus qui misertus est tui.
Benedictus sit a domino, quoniam eandem gratiā quā
præbuit viuis,seruauit & mortuis.

¶Cap.iij.

¶Priorem misericordiam posteriore superasti. Scitq; omnis populus qui habitat intra portas vrbis meę,mulierem te(s.Ruth)esse virtutis.

¶Cap.iiij.

Tu meo vtere priuilegio, q̄ me libenter carere,p̄fiteor
Benedictus dominus qui dedit tibi qui consoletur animam tuam & enutriat senectutem.

Regum. I. continet Cap. XXXI. in quo agitur de gubernation epopuli Israel per iudices. De electione Regis Saul,de regimine gestis & morte ipsius.

Caput. I.



Vm esset Anna amaro aīo orauit dñm
flens largiter. Porro Anna loquebatur i
corde suo,tantumq; labia illius mouebā
tur ,& vox penitus non audiebatur.
Vultus illius(s.Annæ)non sunt amplius
in diuersa mutati .

¶Cap .ij.

¶Exultauit cor meum in domino,&c.(Hoc canticum
Annę per totum valde notabile est.)
Non est sanctus vt est dominus,&c.
Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes .
Deus scientiarū dñs est , & ipsi præparant cogitatiōes.
Domini sunt cardines terræ,& posuit super eos orbē.
Dominus iudicabit fines terræ .
Si peccauerit vir in virū,placari ei potest deus . Si autē

in dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?
Puer Samuel proficiebat atq; crescebat, & placebat tã deo quam hominibus.
Quicumq; glorificauerit me glorificabo cum ait dominus. Qui autem contemnunt me erunt ignobiles.

Cap. 3.

Loquere domine, quia audit seruus tuus.
Dominus est. Quod bonum est in oculis suis, faciat.

Cap. 4.

Venit deus in castra.

Cap. 5.

Quis poterit stare ante conspectum domini dei sancti huius?.

Cap. 7.

Præparate corda vestra domino, & seruite illi soli, & liberabit vos de manu Philistiim.
Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum vt saluet nos.

Cap. 9.

Erat Saul vir electus & bonus, & non erat de filiis Israel melior illo (scilicet ante promotionem regni.)

Cap. 10.

Mutaberis in virum alterum. Et immutabit ei (scilicet Sauli) deus cor aliud.
Stetit Saul in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum.

Cap. 11.

Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol.

Cap. 12.

Nolite recedere a tergo domini, sed seruite domino in omni corde vestro, & nolite declinare post vana quę non proderunt vobis quia vana sunt.
Non derelinquet dominus populum suum, propter nomen suum magnum.
Absit a me hoc peccatũ in domino, vt cessem orare pro vobis. (Hoc dixit Samuel ad Israel) de principatu electus.

Cap. 13.

Stulte feciſti quia non cuſtodiſti præcepta domini dei quæ præcepit tibi

¶Cap.xiiij.

Non eſt dño difficile ſaluare in multis vel in paucis.

¶Cap.xv.

Factum eſt ỹbum domini ad Samuelem dicens, Pœnitet me q̃d conſtituerim Saul regem, qa dereliqt me; Nõne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrel factuses?

Nunquid vult dominus holocauſta aut victimas, & nõ potius vt obediatur voci domini?

Melior eſt ẽm obedientia quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum. Qm̃ quaſi peccatum hariolandi ẽ repugnare, & q̃ſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.

Pro eo q̃ abieciſti ſermonẽ domini, abiecit te dominꝰ.

Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur. Neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam.

Siccine ſeparat amara mors?

Veruntamen lugebat Samuel Saulẽ.

¶Cap.xvi.

Dixit dominus. Ne reſpicias vultum eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius, quia non iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt quæ parent, dominus autem intuetur cor.

Erat autem Dauid rufus & pulcher aſpectu, decoraque facie. Reſpondens vnus de pueris Sauli ait. Ecce vidi filium Iſai Bethleemitem ſcientẽ pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum ac prudentem in ỹbis, & dñs eſt cum eo. ¶Cap.xvij.

Dixit Dauid. Leonem & vrſum ſuffocaui & interfeci,

Dixit dauid ad Philiſtæum. Tu venis ad me cum gladio & haſta & clypeo. Ego autem venio ad te in nomine domini exercituum, & dabit te dominus in manu mea ¶Cap.xviij.

Anima Ionathæ colligata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas q̃ſi aĩam ſuã. Et inierunt fœdus Ionathas

& Dauid & exuit Ionathas veſtimenta ſua & dedit ea Dauid. Dixit Dauid. Ego ſum vir pauper & tenuis.

¶Cap.xx.

Vno tantummodo gradu, ego & mors diuidimur. De verbo q̃d loquuti ſumus ego & tu, dominus ſit inter me & te uſque in ſempiternum.

¶Cap.xxiiij.

Propotius ſit mihi dominus, ne mittam manum meam in Chriſtum domini;

Iuſtior tu es quam ego. Tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. ¶Cap.xxvi.

Nunquid non vir tu es, & qs alius ſimilis tui in Iſrael? Si dominus incitat te aduerſum me, adoleſ incenſum. Si autem filij hominum, maledicti ſunt in cõſpectu dñi. (verba ſunt Dauid ad Saul.)

Dominus retribuet vnicuique ſecundum iuſticiam ſuã & fidem. Sicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni anguſtia.

Cap.xxix.

Viuit dominus quia rectus es tu, & bonus in cõſpectu meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum, & non inueni in te quicquam mali ex die qua veniſti ad me vſque nunc, ſed ſatrapis non places.

Cap.xxx.

Aequa pars erit aſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas & ſimiliter diuident.

Cap.xxxi.

Arripuit Saul gladium ſuum & irruit ſuper eum. Quod cum vidiſſet armiger eius irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo.

¶Regum. II. continet Cap. XXIIII. Et agitur in eo de regimine populi Iſrael per regem Dauid, & de factis per ipſum.

¶Caput primum.

Agitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum,& gladius Saul non est reuersus inanis.

Saul & Ionathas amabiles & decori in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. Aquilis velociores, Leonibus fortiores.

Quomodo ceciderunt fortes in prælio, & perierunt arma bellica?

Dolco super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater vnicũ amat filium ita te diligebam.

¶Cap.ij.

Porro Asah el frater Ioab cursor velocissimus fuit q̃ si vnus ex capreis.

Num vsque in ternetionem tuus mucro desęuiet? An ignoras quod periculosa sit desperatio?

¶Cap.iij.

Dauid erat proficiens, & semper seipso robustior.

Adduxit Ioab Abner filium Ner seorsum, vt loqueretur ei in dolo,& percussit eum in inguine & mortuus ẽ.

Plangens Dauid Abner, ait. Nequaq̃ vt mori solent ignaui mortuus es Abner. Manus tuæ non sunt ligatæ,& pedes tui non sunt compedibus aggrauati, sed sicut solent cadere coram filijs iniquitatis corruisti.

¶Cap.v.

Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ.

¶Cap.vi.

Dauid percutiebat in organis, & ludebat totis viribus coram domino,

Dixit Dauid. Ludã & vilior fiã plus q̃ factꝰ sum,& ero humilis ĩ oculis meis. ¶Cap.viij.

Quis ego sum dñe deus, qa adduxisti me hucusq;. Tu em̃ scis seruum tuum domine deus meus. Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum corã te.

Filij Dauid sacerdotes erant. ¶Cap.ix.

Quis ego sum seruus tuus, qm̃ respexisti super canem

mortuum similem mei,
Miphiboseth filius Ionathæ claudus erat vtroq; pede & habebat filium puulum nomine Mycha.

¶Cap.x.

Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro. Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. (Dixit Ioab ad Abisai.)

Cap.xi.

Non te frangat ista res. Varius ē enim exitus belli, & nunc hunc nunc illum gladius consumit.

Cap.xij.

Quare cōtempsisti ꝟbum dñi, v faceres malū corā eo? Dixit Dauid. Propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui & fleui, nunc autem qa mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum? Ego vadam magis ad eū, ille vero non reuertet ad me.

Cap.xiij.

Genuit Bethsabee filium, & vocauit nomen eius Salomon, Et dñs direxit eum. Misitq; in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius, amabilis domino.
Filiæ Dauid regis, veste talari vtebantur.

Cap.xiiij.

Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertentur. Nec vult deus perire aīam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.
Porro sicut Absalon vir pulcher non erat in omni Israel. A planta pedis vsque ad verticem capitis, non erat in eo vlla macula, Et quando tondebatur, ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis argenti. Seme autem tondebatur ī anno quia grauabat eum cæsaries.

Cap.xv.

Dominus faciat tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem.
Dixit Dauid. Si inuenero gratiā in oculis domini reducet me. Si autem dixerit, non places, præsto sum. Faciat quod bonum est coram se.

Cap.xvi

Cap.xvi.

Dixit Dauid. Dimitte Semei vt maledicat mihi, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac.

Consilium Achitophel erat, quasi quis consuleret deū.

Cap.xvij.

Amasam constituit Absolon super exercitum ꝓ Ioab. Erat autem Amasa filius Abigail, filiæ Naas (Nota q̄d pater Dauid habuit tria nomina, scilicet Iesse, Isai, & Naas. Hic dicitur Naas)

Cap.xviij.

Cum ingressus fuisset mulus Absalon subter condē-sam quercum, adhæsit caput eius quercui, & illo suspen so mulus pertransiit. Tulit ergo Ioab tres lanceas & in fixit in corde Absalon.

Fleuit Dauid filium suum Absolon, & ait. Fili mi Abso lon, absolon fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar ꝓ te o Absolon fili mi, fili mi Absolon

Cap.xix.

Porro rex operuit caput suum, & clamabat voce ma gna. Absolon &c.

Dixit Ioab ad Dauid. Diligis odientes te & odio habes diligentes te.

Tu domine posuisti me seruū tuum inter conuiuas mē sæ tuæ. Erat autem Bercellai Galaadites senex valde id est, octogenarius.

Cap.xx.

Dixit Ioab ad Amasam. Salue mi frater, Et tenuit manu dextera mentum Amasæ quasi osculans eum, per cussitque eum in latere, & effudit intestina eius.

Cap xxiij.

Dixit Dauid filius Isai, dixit vir cui constitutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel, spiritus domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam.

Banaias filius Ioiadæ percussit duos leones Moab. Per cussit quoque leonem in medio cisternæ, & interfecit virum Aegyptium dignum spectaculo. Cumque descē

disset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu ei-
us, & interfecit eum hasta sua. Fecitque eum Dauid si-
bi auricularium a secreto.

Cap. xxiiij.

Dedit Ioab numerum descriptionis populi regi. Et inuenta sunt de Israel octingenta milia virorum for-
tium. De Iuda autem centum quinquaginta milia pu-
gnatorum.

Dixit Dauid. Peccaui valde in hoc facto, sed precor do
mine vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte
egi nimis

Dixit Dauid. Coartor nimis. Sed melius est mihi incide
re in manus domini, multę enim miserationes eius sunt
quam in manus hominum.

Dixit Dauid ad dominum, cum vidisset angelum cędē-
tem populum. Ego sum qui peccaui. Isti qui oues sunt
quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me,
& contra domum patris mei.

Regum. III. habet Cap. XXII. Et agitur in eo de morte Regis Dauid: Et de successione, regimine & gestis Salomonis, aliorumque Regum Iu-da & Israel.

Caput. I.

DIxit Dauid ad Salomonem. Tu nosti quæ fecerit mihi Ioab, quæ fecerit duob⁹ prin cipibus exercitus Israel Abner & Amasę quos occidit & effudit sanguinē belli in pace, & posuit cruorem belli in baltheo quod erat circa lombos suos, & in calcia-mento suo. Non ergo deduces canticm eius pacifice ad inferos.

Petitionē vnam p̄cor a te, ne confundas faciem meam. Venit Bethsabee ad regem Salomonem, & surrexit rex in occursum eius, adorauitque eam, & sedit super thro num suum.

Positus est thronus matri regis, q̃ sedit ad dexterã eius. Dixit rex Salomon matri suæ. Pete mater mi. Neque enim phas est, vt auertas faciem tuam.

Cap. iij

Affinitate coniunctus est Salomon Pharaoni regi Aegypti, accepitq; filiam eius vxorem.

Ego sum puer paruulus & ignorans egressum & introitum meum. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt possit discernere inter bonum & malum. Placuit autẽ domino, quod Salomon sapientiam postulasset & ait. Quia postulasti hoc, ecce fe cĩ tibi secundum sermones tuos, sed & hæc quæ non postulasti dedi tibi, scilicet diuitias & glorã.

Cap. 8.

Dominus dixit vt habitaret in nebula.

Domine deus Israel non est similis tui deus in cælo desuper & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo.

Ergo ne putandum est, quod vere deus habitet super terram? Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc? Sed respice ad orationem serui tui. Audi hymnum & orationem, quã seruus tuus orat coram te.

Tu domine solus nosti corda omĩm filiorum hominũ. Non est homo qui non peccet.

Benedictus dñs deus Israel, q̃ dedit requiẽ populo suo Sit dñs deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens nos sed inclinet corda nostra post se, vt ambulemus in omnibus vijs eius.

Sit quoq; cor nostrum perfectum cum domino deo nostro, vt ambulemus in decretis eius.

Cap. 10.

Maior est sapĩa tua & opa tua, q̃ rumor quẽ audiui.

Beati viri tui & beati serui tui hi qui astant coram te semper & audiunt sapientiam tuam.

Sit dominus deus tuus benedictus cui complacuisti.

Cap. 15.

Non declinauit Dauid ab omnibus quæ præceperat ei dominus, excepto sermone Vriæ Cethæi.

Cap. 16.

In diebus Achab Ahiel Hiericho in Abyram primogenito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum Iosue filij Num.

Cap. 17.

Dixit Helias Thesbites ad Achab. Viuit dñs deus Israel, in cuius cõspectu sto, si erit annis his ros aut pluuia nisi iuxta oris mei verba

Corui deferebant Heliæ panem & carnes mane, similiter & vespere. Expandit se atq; mensus est Helias super puerum tribus vocibus, clamauitq; ad dominum, & exaudiuit eum, & reuersa est anima pueri in viscera eius.

Cap. 18.

Vsquequo claudicatis in duas partes?

Cecidit ignis de cælo & deuorauit holocausta Heliæ, & ligna & lapides, puluerem q̃q; & aquam.

Cap. 19.

Timuit Helias hiezabel, & abiit quocumq; eum ferebat voluntas.

Sufficit mihi domine. Tolle animam meam. Neq; enim melior sum quam patres mei.

Surge comede, grãdis cẽ tibi restat via. Qui (scz Helias) cum surrexisset, ambulauit in fortitudine cibi illius q̃draginta diebus & q̃draginta noctibus.

Zelo zelatus sum pro domino exercituum.

Dixit dñs ad Heliam. Derelinquam mihi in Israel septẽ milia virorũ, q̃rum genua non sunt curuata ante Baal. (Nota istum passum allegat apostolus ad Romanos)

Cap. 20.

Ne glorietur accinctus æq; vt discinctus.

Cap. 21.

Grãdis authoritatis es, & bene regis regnum Israel.

Cap. 22.

Vidi dominum sedentem sup solium suum, & omnẽ exercitum cæli assistentem ei a dextris & a sinistris.

Sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiæ.

Regum. IIII. continet Cap. XXV. Et agitur in eo de casu regni Iuda & Israel propter Regũ suorum prævaricationem, De captiuitate populi, Et de subuersione vrbis & templi.

Cap. I.

HOmo dei noli despicere animam meam & animas seruorum tuorum qui mecum sunt, sed miserearis animæ meæ.

Cap. ij.

Viuit dominus & viuit anima tua, quia non derelinquam te, Tulit Helias pallium suum & percussit aquas, & diuisæ sunt in vtranq; ptem Obsecro vt fiat spiritus tuus duplex in me.

Cap. iij.

Dixit Helisæus, Adducite mihi psaltem. Cumque caneret psaltes facta est super eum manus domini.

Cap. iiij.

Incubuit Helisæus super puerũ mortuum, & posuit os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius & manus suas super manus eius, & incurauit se super eum, & calefacta est caro pueri & oscitauit septies.

Cap. v.

Nũquid deus ego sum vt occidere possim & viuificare.

Cap. vi.

Noli timere, Plures enim nobiscum sunt quam cum eis.

Cap. viii.

Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciã rem istã magnam?

Cap. x.

Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo?

Cap. xiii.

Proiecerunt latrunculi cadauer in sepulchrum Helisei, qd dum tetigit ossa eius, reuixit homo.

Ezechias confregit serpentem æneum quem fecerat Moyses. Siquidem vsque illud tempus filij Israel adolebant ei incensum.

Cap.xix.

Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in auribus tuis, & chamum in labijs tuis.

Venit angelus domini nocte & percussit in castris Assyriorum, centum octuaginta quinque milia virorum

Cap.xx.

Orauit Ezechias dicens. Obsecro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim.

Dixit Ezechias. Bonus sermo quem locutus ē dominus Sit pax & veritas in diebus meis.

Paralipomenon. I. habet Cap. XXIX Et describitur in eo genealogia Regis Dauid, & fit recapitulatio electionis, gubernationis atque gestorum ipsius.

Cap. I.

RVben fuit primogenitus Israelis, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita filijs Ioseph.

Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt.

Filij israel dominum inuocauerunt cum præliarentur, & exaudiuit eos, eo quod credidissent in eū. Fuit enim bellum domini.

Cap.xi.

Abijt Dauid in Hierusalem, hæc est Hiebus, & dixit. Qui percusserit Iebusæū in primis, erit princeps & dux Ascendit ergo Ioab, & factus est princeps.

Cap.xii.

Pax tibi, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, Te enim

adiuuat deus tuus. Cap.13.

Manſit arca dei in domo Obededon Ethæi tribus menſibus & benedixit dominus domui eius in omnibus quæ habebat. Cap.17.

Omnia q̃ ſunt in corde tuo fac, Dñs eñ tecum eſt.
Fui ſemper in tentoriis manens cum omni Iſrael.
Quis ego ſum domine deus meus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia?
Tu deus meus reuelaſti auriculam ſerui tui, & iccirco inuenit ſeruus tuus fiduciam, vt oret coram te.

Cap.19.

Ioab intelligens bellum ex aduerſo & poſt tergum contra ſe fieri elegit viros fortiſſimos.
Confortare & agamus viriliter pro populo noſtro. Dominus autem quod in conſpectu ſuo eſt bonum faciat.

Cap.21.

Dedit Ioab numerum populi Dauid, & inuentus eſt omnis numerus Iſrael mille milia, & centum milia virorum. (Nota numerũ filiorum Iſrael tempre Dauid) De Iuda autem trecenta ſeptuaginta milia. Nam Leui & Beniamin non numerauit.

Cap.22.

Cernitis quod dominus deus veſter vobiſcum ſit, & dedit vobis requiem. Præbete ergo corda veſtra, vt q̃ratis dominum deum veſtrum.

Cap.28.

Tu autem fili mi ſcito deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto & animo voluntario. Omnia enim corda ſcrutatur dominus & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum inuenies. Si autẽ dereliqueris eum proiciet te.

Cap,29.

Lętatus eſt populus cum vota ſponte promitteret, quia totò corde offerebãt ea domino.
Tua eſt domine magnificentia & poteſtas & gloria atque victoria, tibi laus, tuæ diuitiæ, tua eſt gloria, tu dominaris omnium. Nunc ergo deus noſter confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. Quis ego,

& quis populus tuus, vt possimus tibi ista promittere? Tua enim sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi.
Peregrini sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri.
Dies nostri q̃si vmbra super terram, & nulla est mora.
Scio domine de⁹ meus, q̃d probes corda, & simplicitatē diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei lętus obtuli omnia hæc.
Domine deus custodi inæternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in veneratione tui mens ista permaneat.

Paralipomenon .II. habet Capit. XXXVI. Et recapitulatur in eo regimen populi per Salomonem, & alios Reges Iuda & Israel.

Caput primum



Via dilexit dominus populum suum, iccirco te regnare fecit super eum.

Cap. ix.

Quia humiliati sunt, non disperdam eos dicit dominus.

Cap. xiij.

In exercitu nostro deus dux est. Nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.
Vehementissime confortati sunt filij Iuda, eo quod speraſſent in domino deo patrum suorum.

Cap. xiiij.

Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus.
Adiuua nos domine deus noster, in te enim & in nomine tuo habentes fiduciam venimus contra

hanc multitudinem.

Cap.xv.

Dominus vobiscum quia fuistis cum eo. Si quęsieritis eum inuenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

Vos autem confortamini & non dissoluentur manus vestræ. Erit enim merces operi vestro.

In omni corde suo iurauerunt domino, & in tota voluntate sua, quæsierunt eum & inuenerunt.

Cap.xvii.

Misit Iosaphat rex iuda de principibus suis & cũ eis Ieuitas & sacerdotes. Docebantq; populum habentes librum legis, & circuibant cunctas vrbes iuda atque erudiebant populum.

Cap.xix.

Præcepit iosaphat iudicibus. Videte quid faciatis. Non enim hominum exercetis iudicium, sed domini, & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas nec personarũ acceptio, nec acceptio munerum.

Cap.xx.

Iosaphat rex timore perterritus totum se contulit ad rogandum dominum.

In nobis non est tanta fortitudo vt possimus resistere sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, & oculos nostros dirigamus ad te. (Verba sunt iosaphat regis iuda.)

Nolite timere, Non est enim vestra pugna sed dei, Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo state confidenter, & videbitis auxilium super vos.

O Iuda & Hierusalem nolite timere. Cras egrediemini, & dominus erit vobiscum.

Credite in domino deo vestro, & securi eritis.

Cap.xxiiij.

Senuit autem ioiada pontifex plenus dierũ, Et mortuus est cum esset annorum centum & triginta.

Non est recordatus ioas rex misericordiæ quam fecerat Ioiada secum, sed interfecit filium eius. Qui cum

moreretur ait. Videat dominus & requirat. (De isto Zacharia intelligitur quod in Euangelio legitur, a sanguine Abel iusti. & c.

Cap. xxv.

Venit ad Amasiam regem iuda homo dei & ait. O rex ne ingrediatur tecum exercitus israel, non enim ē dominus cū eis. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet dominus ab hostibus. Dei quippe est adiuuare & in fugam vertere.
Erigitur cor tuum in supbiam. Sede in domo tua. Cur malū aduersum te prouocas vt cadas.

Cap. xxvi.

Cum requireret Ozias rex iuda deum direxit eum in omnibus.

Cap. xxix.

Dixit Ezechias leuitis. Filij mei nolite negligere. Vos elegit dominus vt stetis coram eo & ministretis ei Colatis eum & cremetis ei incensum.
Lętatus est Ezechias & omnis populus, eo quod ministerium domini esset expletum.

Cap. xxx.

Nolite indurare ceruices vestras sicut patres vestri. Seruite domino, & auertetur ira eius a vobis.
Pius & clemens est dominus deus vester, & non auertet faciem suam a vobis si reuersi fueritis ad eum.
Surrexerunt sacerdotes benedicentes dominum, perue nitq; oratio eorum ad habitaculum sanctum cæli.

Cap. xxxij.

In legatione principū Babylonis qui missi fuerūt ad Ezechiam vt interrogarent eum de portento quod acci derat super terram, dereliquit eum dominus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius.

Cap. xxxiij.

Postquam coangustatus est Manasses, orauit dominū & egit pœnitentiam valde coram deo & obsecrauit eū intente & exaudiuit eum. Et cognouit Manasses quod dominus ipse esset deus,

Cap. 34.

Non declinauit Ioſias ad dexteram neque ad ſiniſtrã
Cap. 35.
Vniuerſus Iuda luxerunt Ioſyã, Hieremias maxime.

Eſdræ I. habet Cap. x. Et tractatur in eo de reductione populi Iſrael & Iuda ex captiuitate Babylonica, & de inſtructione populi reducti per Eſdram legis doctorem.

Caput quintum.

Os ſumus ſerui dei cæli.
Cap. 8.

Erubui ago (ſcilicet Eſdras) petere a rege auxilium & equites qui defenderent nos, quia dixeramus regi. Manus dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate, & imperiũ eius & fortitudo eius & furor eius ſuper omnes qui derelinquũt eum.

Manus dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inſidiatoris in via. Cap. 9.

Manus principum & magiſtratuũ fuit in tranſgreſſione hac prima.

Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meã ad te, quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum. Cap. 10.

Date confeſſionem domino deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius.

Eſdræ. ij, continet Cap. xiij. Conſcriptus ẽ a Neemia doctore & duce populi Iſrael, & agitur in eo de reædificatione muri ciuitatis Hieruſalem, & de correctione malorum ſubortorũ in abſentia Neemie Cap. I



Væso domine deus cæli fortis magne atq; terribilis, fiat auris tua auscultans, vt audias orationem serui tui.

Cap. ij.

¶Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio, quod in corde tuo est.

¶Cap. iiij.

¶Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus.

¶Cap. v.

¶Audi deus noster, quia facti sumus despectui
Quare non in timore dñi dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris.
Memento mei deus meus in bonum, scdm omnia quæ feci populo huic.

Legit Esdras aperte in libro legis coram multitudine. Et legerũt in libro distincte & aptè ad intelligẽdũ. Dies sanctificatus est domino deo nostro, nolite lugere. Gaudium enim domini est fortitudo vestra.

¶Cap. ix.

Quater in die & quater in nocte confitebantur Iudæi, & adorabant dominum deum.
Surgite & benedicite domino deo nostro, ab æterno & vsq; in æternum. Et dixit Esdras. Tu ipse domine solus tu fecisti cælum & cælum cælorum & omnem exercitum eorum, & exercitus cæli te adorat.

¶Cap. xiij.

Memento mei deus meus, p hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo dei mei, & in cæremonijs eius, & parce mihi scdm multitudinẽ miserationũ tuarũ.
Memento mei deus meus in bonum.

¶Tobias habet Cap. XIII. Et narratur in eo Tobiæ probatio & virtus eius multiplex, ministerium Archangeli Raphaelis, institutio prolis & de honestate matrimonij.

¶Caput primum.



Obias cū esset iunior omnibus, nihil tñ puerile gessit in opere.
Monita salutis dabat eis. ¶Cap. ij.
¶Non est Thobias contristatus contra dominum quod plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in dei timore permansit agens gratias deo omnibus diebus vitæ suæ.
Filij sanctorum sumus & vitam illā expectamus quā deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

¶Cap. iij.

¶Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes viæ tuæ misericordia & veritas, & iudicium.
Ne reminiscaris delicta mea vel parētum meorum. &c.
Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecū & præcipe in pace recipi spiritum meum.
Expedit enim mori magis quam viuere.
Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrorum, quoniam cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his q̄ iuocāt te.
Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos erigo
Dixit Sara. Nunquam cum ludentibus miscui me, nec cum his qui in leuitate ambulant participem me p̄bui.
Hoc pro certo habet omnis qui colit te domine, quia vita eius si in probatione fuerit coronabitur.
Si autem in tribulatione fuerit liberabitur, & si in correptione fuerit, ad misericordiam peruenire licebit.
Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis.

¶Cap. iiij.

Memor esse debes quæ & quāta pericula sit passa propter te mater tua in vtero suo.
Omnibus diebus vitæ tuæ deum in mente habeto, &

caue ne aliquando peccato consentias.

Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec a te auertatur facies domini.

Quomodo potueris, ita esto misericors.&c.

Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo ꝟbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alij facias.

Consilium semper a sapiente perquire.

Omni tempore benedic deo, & pete ab eo vt viam tuam dirigat.

Noli timere fili mi. Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebim⁹ si timuerim⁹ deum.&c.

¶Cap.v.

Gaudium tibi semper sit, fortique animo esto, ī proximo est vt a deo cureris.

Tobias ait. Bene ambuletis, & sit dominus in itinere vestro & angelus eius comitetur vobiscum.

Baculum senectutis nostræ tulisti.

¶Cap.ix.

Si meipsum tibi tradam seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ.

¶Cap.x.

Heu me fili mi lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nr̃æ, solatiū vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ.&c.

¶Cap.xi.

Benedico te domine deus Israel, quoniam tu castigasti me & tu sanasti me.

¶Cap.xij.

Benedicite deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiā suā

Sacramentum regis abscondere bonum est, opera aũt dei reuelare & confiteri honorificum est.

Bona est oratio cum ieiunio & elecmosyna.&c.

Qui autem faciunt iniquitatem & peccatum, hostes sunt animæ suæ.

Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.
Dixit Raphael angelus. Ego sum Raphael angelus vnus ex septem qui astamus ante deum. Et cum videbar vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo & potu inuisibili vtor.

¶Cap. xiij.

¶Magnus es domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum, quoniam tu flagellas & saluas, & nō est qui effugiat manum tuam.
Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.
Conuertimini itaque peccatores & facite iusticiam coram deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam.
Ego autem & anima mea in deo lętabimur.

Iudith complectitur Cap. XVI. In quo agitur de missione Holofernis ad regna occidentis & terræ Iudææ: De honestate & probitate Iudith, de interfectione Holofernis & liberatione populi Israel.

Caput. VI

DOmine deus cæli & terræ intuere superbiam eorum & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quia non derelinquis præsumentes de te, & de se & sua potentia gloriantes humilias.

¶Cap. viij.

¶In superioribus domus suæ fecit sibi Iudith cubiculum secretum in quo cum puellis suis clausa moraba-

tur , & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat quotidie præter sabbata & Neomenias & festa domus Israel.
Qui estis vos qui tentatis dominum. Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed qui iram excitet.
Posuistis vos tempus miserationis domini.
Humiliemus illi animas nostras , & in spiritu contrito & humiliato seruiamus illi. Expectemus humiles consolationem eius.
Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est.
Sic Isaac , sic Iacob , sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles.
Illi autem q tentationes non susceperunt in timore domini & in patientia sua exterminati sunt
Et nos ergo non vleiscamur nos pro his quæ patimur sed reputantes peccatis nostris hæcipsa supplicia minora esse, flagella domini quasi serui qui corripimur ad emendationem & non ad perditionem nostram euenisse credamus.
Non enim quasi homo sic deus comminabitur , neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

¶Cap. ix.

¶Deus cælorum, creator aquarum & dominus totius creaturæ , exaudi me miseram deprecantem & de tua misericordia præsumentem.

¶Cap. xij.

¶Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimū omnibus diebus vitæ meæ .

¶Cap. xiij.

¶Laudate dominum deum nostrum qui non deseruit sperantes in se , & in me adimplevit misericordiam suam.

¶Cap. v.

Benedixerunt Iudith dicentes. Tu gloria Hierusalem tu lętitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter eo quod castitatem amaueris.

Cap. 16.

Adonai domine magnus es tu, & præclarus in virtute, tibi seruiat omnis creatura. Qui autem timent tema gni erunt apud te.

Dominus omnipotens iudicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignē, & vermes in carnem eorum, & vt vrantur & sentiant vsq; in sempiternum.

Hester habet Cap. XVII. Et agitur in eo de crudelitate Aman & eius suspensione procurata per prouidentiam, & humilitatem Hester: & de exaltatione Mardochæi & liberatione Iudæorum.

Caput. II.

ERat Hester formosa valde & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur.

Et adamauit eam rex plus quam omnes mulieres.

Cap. xiij.

Domine deus rex omni potens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuæ voluntati, Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Tu enim fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur.

Ne despicias partem tuam, et ne claudas ora canentium te.

¶Cap. xiiij

Orauit Hester. Domine mi rex, adiuua me solitariam cuius pter te nullus alius auxiliator est. Tu scis qd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ qd est super caput meum quasi primum menstruatæ, et non portem illud in diebus silentij mei.

Cap. xv.

Valde mirabilis es domine, et facies tua plena est gratiarum.

Iob continet Cap. XL. Et agitur in eo de beati Iob patientia & perfectione, ac disputatione quam habuit cũ amicis: de prouidentia diuina, corporisque resurrectione.

Caput. I.



Erat Iob vir simplex et rectus ac timens deum, et recedens a malo.

Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc
Dominus dedit dñs abstulit, sicut dño placuit ita factum est, Sit nomen domini benedictum.

¶Cap. ij:

¶Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.

Si bona suscepimus de manu domini, mala cur non sustineamus.

In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.

¶Cap. iij.

¶Maledixit Iob diei suo & loquutus est. Pereat dies in̄ qua natus sum, & nox in qua dictum est conceptus est homo.

Antequam comedam suspiro, & quasi inundantis aquæ sic rugitus meus.

¶Cap. iiij.

¶Conceptum sermonem tenere quis poterit?

Venit super te plaga & defecisti, tetigit te, & conturbatus es, Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

Recordare obsecro te, quis vmquam innocens periit, quin potius vidi iniquos domino flante perisse.

Nunquid homo dei cõparatione iuſtificabitur?
Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſu
is reperit prauitatem, quanto magis hi qui habitant do
mos luteas conſumentur velut a tinea.

¶Cap.v.

Ad aliquem ſanctorum conuertere.
In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non
videbis malum.
Virum ſtultum interficit iracundia, & paruulum oc-
cidit inuidia
Nihil in terra ſine cauſa fit.
Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatum.
Ad deum meum ponam eloquium meum, qui facit ma
gna & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero.
Qui ponit humiles in ſublimi, et mœrentes erigit ſoſpi
tate. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & cõ
ſilium prauorum diſſipat.
Beatus homo qui corripitur a domino. Increpationẽ
ergo domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat & mede-
tur, percutit, & manus eius ſanabunt.

¶Cap.vi.

Animæ eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur
Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebi-
bit ſpiritum meum, & terrores domini militant con-
tra me.
Ecce non eſt auxilium mihi in me.
Qui tollit ab amico miſericordiam, timorem domini
derelinquit.
Quis mihi det vt veniat petitio mea, & quod expecto
tribuat mihi deus?
Reſpondete obſecro abſque contentione. &c.
Nec perſonabit in faucibus meis ſtultitia.

¶Dap.vij.

Militia eſt vita hominis ſup terram, & ſicut dies mer
cenarij dies eius.
Dies mei velocius tranſierunt quam a texente tela. &c.
Memento mei domine, quia ventus eſt vita mea. &c.
Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic q deſcendit

ad inferos non ascendet.

Loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

Parce mihi domine nihil enim sunt dies mei. Quid ē homo quia magnificas eum. &c.

¶Cap. viij.

Nunquid deus supplantat iudicium, & omnipotens subuertit quod iustum est?

Tu si diluculo cōsurrexeris ad deum, & omnipotentē fueris deprecatus. si mundus & rectus incesseris statim euigilabit ad te.

Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram.

Spes hypocritæ peribit.

Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis.

¶Cap. ix.

Nō iustificabitur homo compositus deo, & si voluerit cum eo contendere, non poterit respondere vnū pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore.

Quis restitit ei & habuit pacem? Qui transtulit montes & nescierunt hi quos subuertit.

Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiētur.

Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit q̄si sub signaculo.

Qui extendit cælos solus, & gradit̄ super fluctus maris

Si venerit ad me non videbo eum, & si recesserit a me non intelligam.

Deus cuius irę resistere nemo potest, sub quo curuantur qui portant orbem.

Quantus ergo sum ego vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo.

Etiā si habuero quippiā iust̄ū nō respondebo ei, sed vt meum iudicē deprecabor. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me.

Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.
Terra data est in manus impii.
Dies mei velociores fuerunt cursore, ptransierunt quasi naues poma portantes.
Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti
Auferat a me virgam suam, & furor eius non me terreat.
Neque enim possum metuens respõdere.

¶Cap .x.

¶Tædet animam meam vitæ meæ dimittam aduersum me, &c.
Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me totũ, &c.
Scio domine quia vniuersorum memineris.
Si iustus fuero, non leuabo caput
Quare de vulua eduxisti me qui vtinam consumptus essem, &c.
Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum, &c.

¶Cap .xi.

¶Nunquid qui multa loquitur non audiet, aut vir verbosus iustificabitur
Vtinam deus ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ, & quod multiplex esset lex eius, vt intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quã mereatur iniquitas tua.
Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies.
Excelsior cælo est, & qd facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari.
Si subuerterit omnia vel in vnum coartauerit, quis cõtradicet ei.
Ipse (scilicet deus) nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem nonne considerat?
Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat
Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis,

& spes illorum abominatio erit.

Cap. xij.

Qui deridetur ab amico suo, inuocabit deum & exaudiet eum.

Deridetur iusti simplicitas.

Quis ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit?

In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.

Nonne auris ỹba dñudicat, & fauces comedẽtis saporẽ

Inantiqs est sapientia, & in multo tpe prudentia.

Si continuerit aquas omnia siccabuntur, si emiserit eas subuertent terram.

Ipse nouit decipientem & eum qui decipitur.

Qui (scilicet deus) reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem.

Qui immutat cor principum terræ

Cap. xij.

Ad omnipotentem loquar, & cũ deo disputare cupio

Vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

Audite correctiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.

Nunquid deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

Nunquid deus decipietur vestris fraudulentijs, ipe arguet vos & statim turbabit vos.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.

Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus.

Nõ veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera, &c.

Cap. xiij.

Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c.

Numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me, &c.

Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat.

Tu quidem gressus meos dinumerasti, &c.

Signasti quasi in sacculo delicta mea.
Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur.

¶Cap. xv.

Nunquid sapiēs respondebit quasi in ventum loquens & implebit ardore stomachum suum.
Loqueris quod tibi non expedit.
Quantum in te est euacuasti timorem.
Os tuum condemnabit te & non ego, & labia tua respondebunt tibi.
Nunquid grande est vt consoletur te deus, sed verba tua praua hoc prohibent.
Quid te elcuat cor tuum, & quasi magna cogitans atro nitos habes oculos? Quid timet contra deum spiritus tuus? Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere.
Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Quantomagis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem.
Cunctis diebus suis impius superbit.
Sonitus terroris semper in auribus impij, et cum pax sit ille semper insidias suspicatur.
Angustia vallabit impium sicut regem qui paratur ad prælium.
Tetendit contra deum manum suam.
Non credat frustra quod aliquo precio redimendus sit antequam dies eius impleantur peribit.

¶Cap. xvi.

Consolatores onerosi omnes vos.
Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. &c.
(Ista de Christi passione optime accipi possunt, quia & Iob figura extitit Christi.)
Ego ille quondam opulentus repente contritus sum.
Ecce in cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis.
Semitam per quam nō reuertar ambulo.

¶Cap. xvij.

Spiritus meus attenuabit, dies mei breuiabuntur .&c.
Cor eorum longe feciſti a diſciplina, propterea non exaltabuntur.
Tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem.
In profundiſſimum inferni deſcendent omnia mea.

¶Cap.xviij.

Intellige prius, & ſic loquamur.
Quid perdis animam tuam in furore tuo?
Lux impij extinguetur,& præcipitabit eũ cõſilium ſuũ.

¶Cap.xix.

¶Irat⁹ eſt cõtra me furor dñi,& ſic me habuit q̃ſi hoſtẽ.
Quem maxime diligebam,auerſatus eſt me.
Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum.
Scio enim quod redemptor meus,viuit.

¶Cap.xx.

Cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi,& mens in dĩuerſa rapitur.
Doctrinam qua me arguis audiam.
Laus impiorũ breuis eſt,& gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti.
Si aſcenderit ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit,quaſi in ſterquilinium in fine perdetur.
Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet quaſi viſio nocturna.
Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur, Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit. (Nota hæc ſunt verba Sophar Naamathites ĩ q̃bus vitam fatetur poſt hanc vitam.)
Reuelabũt cæli iniquitatẽ eius, & terra aduerſus eũ cõſurget &c.Hæc eſt pars hominis impij a deo.

¶Cap.xxi.

Audite quæſo ſermones meos,& agite p œnitentiam.
Numquid contra hominem diſputatio mea eſt, vt merito non debeã contriſtari?
Quare ergo impij viuunt,ſubleuati ſunt cõfortatique diuitijs? Semen eorum p̃manet coram eis, & non eſt ſuper vos virga dei, Ducunt in bonis dies ſuos, & in

puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quorum consilium longe sit a me. In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet.

¶Cap. xxij.

Nunquid deo comparari potest homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?

Quid prodest deo si iustus fueris, aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua?

Propter maliciam tuam circundatus es laqueis, conturbat te formido subita.

An cogitas quod deus excelsior cælo sit, nec nostra cõsiderat, & circa cardines cæli perambulat.

Semitam seculorum calcauerunt viri iniqui, qui ante tẽpus suum sublati sunt. Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.

Acquiesce deo & habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos.

Erit omnipotens contra hostes tuos. Tunc super omnipotentem delitijs afflues, & eleuabis ad deum faciem tuam.

Qui humiliatus fuerit erit in gloria, & saluabitur innocens. Saluabitur autem mundicia manuum suarum.

¶Cap. xxiij.

Quis mihi tribuat vt agnoscam & videam illum, & veniam vsque ad solium eius?

Nolo multa fortitudine contendat mecum, & magnitudinis suæ mole me premat.

Si ad orientem iero non apparet, & si ad occidentem nõ intelligam eum.

Deus scit viam meam, & probauit me quasi aurum q̃d per ignem transit.

Vestigia eius secutus est pes meus.

Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest, & anima eius quodcunque voluit fecit

Iccirco a facie eius turbatus sum, & consyderans eum timore solicitor.

Deus emollit cor meum & omnipotẽs conturbauit me.

¶Cap.xxv.

Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.
Deus inultam abire non patitur.
Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius (scilicet dei). Ad nimium calorem transeat ab aquis niuiũ.
Obliuiscatur eius misericordia, & dulcedo illius ꝫmis.
Dedit illi deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam.

¶Cap.xxv.

Potestas & terror apud ipsum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.
Nunquid est numerus militum eius, & super quem nõ surgit lumen ipsius. Ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

¶Cap,xxvi.

Qui extendit aquilonem super vacuum, & appẽdit terram super nihili.
Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.
Terminũ circundedit aquis, vsq; dum finiant lux & tenebrę. Columnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum ipsius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum
Spiritus eius ornauit cælos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.
Ecce hæc exparte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?

¶Cap.xxvij.

Donec deficiam nõ recedã ab innocẽtia mea. Iustificationem meã quam cœpi tenere nõ deserã. Neq; enim reprehẽdit me cor meũ in omni vita mea.
Nunquid deus audiet vocem hypocritæ, cum venerit super eũ angustia, aut poterit ĩ omnipotẽte delectari?
Quid sine cã vana loqmini? Diues cũ dormierit nihil secum auferet. Apprehendet eum quasi aqua inopia.

¶Cap.xxviij.

Sapientia vero vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ.
Nescit homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Non dabitur aurum obryzum pro ea
Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonico preciosissimo vel saphyro
Trahitur autem sapientia de occultis.
Lapis solutus calore in æs vertitur.
Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audiuimus famam eius.
Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia.
Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse cõsiderat, & omnia quæ sub cælo sunt respicit.

¶Cap. 29.

¶Quis mihi det vt sim iuxta dies pristinos, q̃bus deꝰ custodiebat me. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam.
Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperꝝ, & causam quam ignorabam, diligentissime inuestigabã.
Si ridebam ad eos, non credebant
Cum sederem quasi rex circunstante exercitu, erant tamen mœrentium consolator.

¶Cap. 30.

¶Nunc autem in memetip̃o marcescit anima mea, &c.
Clamo ad te & non exaudis me. Sto & non respicis me
Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
Scio quia morti trades me vbi constituta est domus omni viuenti.
Flebam quondam super eo q̃ afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.
Expectabam bona & venerunt mihi mala, præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.

¶Cap 31.

Pepigi fœdꝰ cũ oculis meis, ne cogitarẽ q̃dẽ de ꝟgine.
Nonne deus consyderat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat.

Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea,&c.
Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum deus,&cū quæsierit quid respondebo illi.Nunquid non in vtero fecit me qui & illum (s.pauperem vel seruum.)
Ab infantia mea creuit mecum miseratio
Semper enim quasi tumentes fluctus super me, timui deum,& pondus eius ferre non potui.
Si putaui aurum robur meum,& obryzo dixi, fiducia mea.Si lætatus sum super diuitijs meis multis.
Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum.
Si abscondi quasi homo peccatum meum,& celaui in sinu meo iniquitatem meam.
Quis mihi tribuat,vt desyderium meum audiat omnipetens. ¶Cap.32.
Iunior sum tempore,iccirco demisso capite veritꝰ sum indicare vobis scientam meam.
Sed vt video spiritus est in homine, & inspiratio oñi potentis dat intelligentiam
Plenus sum sermonib.& coartat me spiritus vteri mei.
Non accipiam psonam viri,& deum hoi non æquabo.
Nescio q̄ diu subsistam,& si post modicum tollat me factor meus. ¶Cap.33.
Simplici corde meo sermones mei, & sententiam purā labia mea loquentur.
Spiritus dei fecit me,& spiraculum omnipotentis viuificauit me.Ecce me sicut & te fecit deus,& de eodem luto formatus sum.
Semel loquitur deus,& secundo idip̄m non repetit.
Per somnium in visione nocturna aperit aures virorū.
Peccaui & vere deliqui,& vt eram dignus non recepi.
¶Cap.34.
¶Audite sapientes verba mea,& viri eruditi auscultate me.
Iudiciū eligamus & inter nos videamus qd sit melius.
Ideoviri cordati audite me.
Absit a deo impietas, & ab omnipotente Iniquitas.

Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum & restituet eis.
Quem enim constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?
Si direxerit homo ad deum cor suum, spiritū illius & flatum ad se trahet.
Nunquid qui non amat iudicium sanari potest?
Deo concedente pacem, quis est qui condemnet
Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.
Pater mi ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiam.

Cap. 35.

Si peccaueris quid ei nocebis, porro si iuste egeris qd donabis ei?
Hominis qui similis est tui nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iusticia tua.
Non dixit vbi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte, qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos.
Omnipotens causas singulorum intuebitur.

Cap. 36.

Deus potentes non abijcit cum & ipse sit potens
Simulatores & callidi prouocant iram dei
Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scutari vias eius aut quis ei dicere potest, operatus es iniquè?
Non te ergo superet ira vt aliquem opprimas, nec multitudo donorum inebriet te.
Omnes homines vident deum, vnusquisque intuetur procul. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram.

Cap. 37.

Nunquid scis quando præceperit deus pluuijs, vt ostenderent lucem nubium eius?
Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.
Nos quippe inuoluimur tenebris.
Ab aquilone aurea venit, & a deo formidolosa laudatio

Digne eum inuenire non possumus.
Magnus fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

¶Cap.38

Quis est iste inuoluens sententias sermonib. imperitis
Accinge sicut vir lumbos tuos.
Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ. Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, vel quis retendit super eam lineam? Super quo bases eius solidatæ sunt?
Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij dei.
Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens? Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ inuoluerem? Circumdedi illud terminis, & posui vectes & ostia & dixi, Hucusq; venies & non procedes amplius, & hic cõfringes, tumentes fluctus tuos.
Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades aut gyrum arcturi poteris dissipare?
Nunquid nosti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra?
Quis posuit in visceribus hominis sapiẽtiam, aut quis dedit gallo intelligentiam?
Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli dormire quis faciet?
Quis præparat coruo escam, quando pulli eius clamãt ad deum, vagientes eo quod non habeant cibos?

¶Cap.39.

¶Dixit dominus ad Iob. Nunquid qui contendit cũ deo, tam facile conquiescet? Vtique qui arguit deum, debet & respondere ei.

¶Cap.40.

¶Fortitudo eius in lumbis eius, & ꝟtus illius in umbilico ventris eius
Ipse est principium viarum dei. Qui fecit eum applicabit gadium eius.

Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humētib.
Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.

¶Cap. 41.

Quis resistere potest vultui meo? Omnia quæ sub cælo sunt mea sunt.
Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.
Cor eius quasi lapis induratur.
Cum sublatus fuerit timebunt angeli, & territi purgabuntur.
Non est super terram potestas quæ comparetur ei, q factus est vt nullum timeret. Omne sublime videt
Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.

¶Cap. 42.

Scio domine quia omnia potes, & nulla te cogitatio latet.
Ideo insipienter loquutus sum, et quæ vltra modum excederent scientiam meam.
Auditu auris audiui te, nunc aũt oculus meus videt te.
Iccirco ipse me reprehendo, et ago pœnitentiam in fauilla et cinere.
Addidit dominus omnia quæ fuerant Iob duplicia.
Vocauit Iob nomen vnius filiæ, diem, et nomen secundæ Cassiam, et nomen tertiæ Cornustib⁹. Non sunt inuẽtæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra
Vixit aũt Iob post hæc centũ quadraginta annis, et vidit filios, et filios filiorũ suorũ, vsq; ad quartam gñationem, et mortuus est senex et plenus dierum.

Salomonis Prouerbia continẽt Cap. XXXI. Et agitur in eis de instructione & disciplina incipientium seruire deo: & de correctione morum, informationeque virtutum.

Caput. I.

Audiens sapiens sapientior erit,& intelligens gubernacula possidebit.
Timor domini principium sapientiæ.
Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt
Audi fili mi disciplinam patris tui,& ne dimittas legē matris tuæ,vt addatur gratia capiti tuo
Fili mi si te lactauerint peccatores,ne acquiescas eis.
Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.
Sapientia foris prædicat,in plateis vocem suam.
Vsquequo paruuli diligitis infantiam,& stulti ea quæ sibi nociua sunt cupient? & imprudentes odibunt scientiam?
Conuertimini ad correptionem meam.En proferā vobis spiritum meum.
Quia vocaui & renuistis,despexistis omne consiliū meum,& increpationes meas neglexistis.
Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit.Cum irruerit repentina calamitas.
Tunc inuocabunt me,& non exaudiam,mane consurgent.& non inuenient me,eo quod exosam habuerint disciplinam,& timorem domini nō susceperint
Non inuenient me dicit dominus,eo quod exosam habuerint disciplinam, & detraxerint correctioni meæ.
Auersio paruulorū interficiet eos, & prosperitas stultorū perdet eos.Qui aūt me audierit absq; terrore quiescet

¶Cap.2.

¶Si sapientiam inuocaueris & quæsieris eam quasi pecuniam,tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies.
Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.
Sapientia proteget gradientes simpliciter.
Si intrauerit sapientia cor tuum,consilium custodit te.
Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.
Lætantur cum male fecerint,& exultant in rebus pessimis.

Qui enim recti sunt habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. ¶Cap. 3
Misericordia & veritas non te deserãt, & inuenies gratiam coram deo & hominibus.
Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.
In omnibus viis tuis cogita illud, & ipse diriget gressus tuos.
Ne sis sapiens apud temetipsum.
Honora dominũ de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum.
Disciplinam domini fili mi ne abiicias, & ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.
Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius, negotiatione auri & argẽti, Primi & purissimi fructꝰ eius (scilicet sapiẽtię) Pretiosior est cunctis opibus sapientia, & omnia quæ desyderantur huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria.
Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi.
Ne paueas repentino terrore.
Noli prohibere benefacere eum qui potest, si vales & ipse benefac.
Non dicas animo tuo vade & reuertere, cras dabo tibi, cum statim dare possis.
Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.
Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius
Abominatio est domino omnis illusor, & cum simplicibus sermotinatio eius.
Illusores ipse deludet, & mansuetis dabit gratiam
Gloriam sapientes possidebunt.

Cap.4.

Possíde sapientiã, possíde prudentiam, & custodiet te. Arripe sapientiam & exaltabit te, glorificaberis cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.

Viam sapientiæ monstrabo tibi, & currens non habebis offendiculum.

Tene disciplinam, quia illa est vita tua.

Nõ delecteris in semitis impiorum.

Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsq; ad perfectam diem.

Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt.

Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit.

Detrahentia labia procul sint a te.

Palpebræ tuæ præcedãt gressus tuos, & ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram.

Cap.5.

Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem illius amara quasi absynthium.

Ne des alienis honorem tuum, & gressus tuos crudeli

Respicit dominus viam hominis, & omnes gressus illius considerat.

Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorũ suorum constringetur.

Cap.6.

Fili mi si spoponderis pro amico tuo. & c. Illaqueatus es verbis oris tui. Fac ergo quod dico fili mi & teipsum. &c.

Vade ad formicam o piger, & disce semitas eis, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, parat æstate cibum sibi & congregat in messe quod comedat.

Vsquequo piger dormies, quando consurges ex somno tuo?

Detestatur anima mea eũ, qui seminat inter fratres discordias.

Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ.

Cap.7.

Fili honora deum & valebis, præter eum vero ne timueris alienum.
Serua mandata & legem quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis & in tabulis cordis tui scribe eam.
Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicã.

Cap.8.

Audite me, quoniã de rebus magnis loquuturus sum & aperientur labia mea vt recta prędicent.
Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium Iusti sunt omnes sermones mei.
Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.
Timor domini odit malum.
Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.
Arrogantiam & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor.
Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerit ad me inueniet me.
Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quicquã faceret a principio. Ab æterno ordinata sum &c. Et delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Qui autem oderunt me, diligunt mortem.
(Nota hæc dicit Salomon de æterna generatione æternæ & increatæ sapientiæ quæ est filius dei, in quo innuitur pluralitas personarum, in simplici diuinitatis natura.

Cap.9.

Sapientia ædificauit sibi domum. &c.
Si quis est paruulus veniat ad me.
Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.
Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit.
Noli arguere derisorem ne oderit te.
Argue sapientem & diliget te. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.

Doce iustum & festinabit accipere.
Principium sapientiæ timor domini, & scientia sanctorum prudentia.
Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis absconditus suauior. Cap.10.
Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matris suæ.
Manus fortium diuitias parat.
Nil proderunt thesauri impietatis, iusticia vero liberabit a morte.
Qui congregat in messe filius sapiens est.
Benedictio domini super caput iusti.
Memoria iusti cum laudibus.
Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Qui autem annuit oculo dabit dolorem.
Vena vitæ os iusti. Odium suscitat rixas,& vniuersa delicta operit charitas.
Sapientes abscondunt sapientiam, qui autem increpationem relinquit errat.
In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.
Desyderium suum iustis dabitur.
Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subueret.
Quasi tempestas transiens non erit impius, iustus autem quasi fundamentum æternum.
Labia iusti erudiunt plurimos, qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur. Cap.11.
Vbi fuerint superbia ibi erit & contumelia, vbi autem humilitas ibi & sapientia.
Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vallabit illos.
Iusticia simplicis dirigit viam eius.
In insidijs suis capientur iniqui.
Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes, & expectatio solicitorum peribit.
Iustus de angustia liberatus est.
Iusti liberabuntur scientia.

Qui despicit inimicum suum indigens corde est, vir autem prudens tacebit.
Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est celat amici commissum.
Vbi non est gubernator populus corruet, salus autem vbi multa consilia.
Benefacit animæ suæ vir misericors, qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit.
Impius facit opus instabile.
Abominabile domino cor prauum, & voluntas eius in his qui simpliciter ambulant.
Qui abscondit frumenta maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium.
Iusti quasi virens folium germinabunt.
Fructus iusti, lignum vitæ. Qui suscipit animas sapiens est.
Si iustus in terra recipit, quãtomagis ipius & peccatori
Qui inuestigator malorum est opprimetur ab eis.

Cap. 12.

Qui diligit disciplinam diligit scientiam, qui autem odit increpationes insipiens est.
Non roboratur homo ex imqietate.
Verte impios & non erunt.
Doctrina sua noscitur vir, qui autẽ vanus & exeors est patebit contemptui.
Nouit iustus animas iumentorum suorum, viscera autem impiorum crudelia.
Qui sectatur ocium stultissimus est.
De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.
Via stulti recta in oculis eius qui autem sapiens est audit consilia.
Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat iniuriam callidus est.
Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
Abominatio domino labia mendacia, qui aũt fideliter agunt placent domino.
Mœror in corde viri humiliabit illum, & de sermone bono lætificabitur.

Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Homo versutus celat scientiam. Qui negligit damnum, propter amicum iustus est, iter autem impiorum decipiet eos.

Cap. 13.

Qi illusor est, non audit cum corripitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis. Qui custodit os suum custodit animam suam, qui autem inconsyderatus est ad loquendum sentiet mala. Vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur. Est quasi diues cum nil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitris sit. Inter superbos semper sunt iurgia, qui autem agunt omnia cum consilio reguntur sapientia.
Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur. Spes quæ differtur affligit animam. Lignum vitæ desyderium veniens. Doctrina bona dabit gratiam.
Astutus omnia agit cum consilio. Aegestas & ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autem acquiescit arguenti glorificabitur.
Qui cum sapientibus graditur sapiens erit.
Qui parcit virgæ odit filium suum, qui autem diligit illum instanter erudit.

Cap. 14.

Ambulans recto itinere & timens deum despicitur ab eo qui infami graditur via.
Stultis illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia. Est via quæ videtur homini iusta, & nouissima eius deducunt ad mortem,
Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Innocens credit omni verbo, astutus consyderat gressus suos. Sapiens timet & declinat a malo, stultus transilit & confidit. Impatiens operabit stulticiam. Vir versutus odiosus est.
Amici diuitum multi. Qui miseretur pauperi beatus erit. In timore domini fiducia fortitudinis.
Timor domini fons vitæ, vt declinet a ruina mortis.

Qui patiens est multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est, exaltat stulticiam suam. Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia.
Qui calumniatur egentem, exprobrat factori suo.
Iusticia eleuat gentem, miseros facit populos peccatũ.

Cap. 15.

Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Os fatuorum ebullit stulticiam.
In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis lingnum vitæ, quæ autem immoderata est conteret spiritum. Victimæ impiorum abominabiles domino, vota iustorum placabilia. Abominatio est domino via impĩ, qui sequitur iusticiam diligitur ab eo. Qui odit increpationes morietur. Infernus & perditio coram domino, quantomagis corda filiorum hominum.
Non amat pestilens cum qui se corripit. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deiicitur spiritus. Secura mens quasi iuge conuiuium.
Melius est parum cum timore domini, quam thesauri magni & insatiabiles. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Iter pigrorum quasi sepes spinarum, via iustorum absque offendiculo. Filius sapiens lætificat patrem.
Stulticia gaudium stulto. Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus.
Per misericordiam & fidem purgantur peccata; per timorem autem domini daclinat omnis a malo.
Mens iusti meditatur obedientiam. Longe est dominus ab impĩs, & orationes iustorum exaudiet.
Qui abĩcit disciplinam despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.
Gloriam præcedet humilitas.

Cap. 16.

Hominis est animum præparare, & domini gubernare linguam. Spirituum ponderator est dominus. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impium quoque ad diem malum. Abomina

tio'est domino omnis arrogans. Cum placuerit domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Cor hominis disponit viam suam, sed dei est dirigere gressus eius. Qui sperat in domino beatus est. Dulcis eloquio maiora reperiet. Fauus mellis composita verba, dulcedo animæ sanitas ossium. Est via quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.
Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatori vrbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur,

Cap. 27.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur stultis filijs. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat dominus.
Qui despicit pauperē exprobrat factori eius, & qui in ruina lætatur alterius non erit impunitus.
Gemma gratissima expectatio præstolantis. Qui celat delictum quærit amicitias, qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagę apud stultum.
Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti in stulticia sua.
Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Qui euitat discere incidet mala. Frater in angustijs comprobatur.
Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. In facie prudentis lucet sapientia, oculi autem stultorum in finibus terræ,
Qui moderatur sermones suos doctus & prudens est, & pretiosi spiritus vir eruditus.

Stultus si tacuerit sapiens reputabitur.

Cap 18.

Occasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit execrabilis. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius Torrens inundans fons sapientiæ.
Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.
Pigrum deiicit timor. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.
Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignũ.
Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Iustus prior accusator est sui, Frater qui adiuuatur a frate quasi ciuitas firma. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.

Cap. 19.

Vbi non est scientia, animæ non est bonum, & qui festinus est pedibus offendet. Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius iniqua prætergredi.
Sicut fremitus leonis ita & ira regis, & sicut ros super herbam ita & hilaritas eius. Dolor patris filius stultus.
Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.
Qui custodit mandatum custodit animam suam, qui autem negligit viam suam mortificabitur.
Homo indigens misericors est. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit.

Cap. 20.

Honor est homini qui separat se a contentionibus.
Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato. Noli diligere somnum, ne te ægestas opprimat

Et qui reuelat mysteria ne miscearis. Ne dicas reddam malum pro malo, expecta dominum & liberabit te. Quis hominum potest intelligere viam suam. Roboratur clementia thronus regis.

Cap. 21.

Cor regis in manu domini, quocunque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur. Facere misericordiam & iudicium magis placet domino quam victimæ. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Desyderia occidunt pigrum. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet.

Cap. 22.

Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. Eijce derisorem. & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ. Qui diligit cordis munditiam habebit amicũ regem. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Ecce descripsi eam trĩpliciter. Noli amicus esse homini iracundo, ne discas semitas eius. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit.

Cap. 23.

Quando sederis vt comedas cum principe diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam. Prudentiæ tuæ pone modum.

In auribus sapientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui. Noli subtrahere a puero disciplinam. Tu virga percutis eum & animam eius de inferno liberabis. Noli vendere sapientiam & doctrinam & intelligentiam. In timore domini esto tota die, quia habebis spem in nouissimo.

Cap. 24.

Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & validus. Erit salus vbi multa consilia. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Qui inspector est cordis ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. Septies in die cadit iustus & resurgit. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum. Cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum. Ne dicas quomodo fecit mihi sic faciam ei. Per agrũ hominis pigri transiui, & per vineam hominis stulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ, &c. Vsquequo piger dormis, &c.

Cap. 25.

Gloria dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. In loco magnorum ne steteris. Melius est vt dicatur tibi ascẽde huc quam vt humilieris. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum tuum ne reueles extraneo. Acetum in nitro qui cantat carmina corde pessimo. Sicut tinea vestimento, sic tristicia nocet cordi. Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit da ei aquã bibere & dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita & vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suũ.

¶Cap.xxvi.

Ne respondeas stulto scd'm stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto secūdum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Qui imponit stulto silentium iras mitigat. Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit stultus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Susurrone subtracto, iurgia conquiescent. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa peruentunt vsque ad intima vētris. Qui fodit foueā incidet in eā, & qui voluit lapidē ad eum reuertetur.

¶Cap.xxvij.

Ne glorieris in crastinum ignorans quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus & non os tuum, extraneus & non labia tua. Ira non habet misericordiam nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Melior est manifesta correptio quā amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula. Sicut auis migrās de nido suo, sic vir qui reliquit locum suum. Vnguento & varijs odoribus delectat cor, & boni amici consilijs anima dulcoratur. Amicum tuum & amicum pris tui ne dimiseris. Melior est vicinus iuxta quam frater procul. Quomodo in aquis respondent vultus, prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Infernus & perditio non replebuntur, similiter & oculi hoim insatiabiles. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probat homo ore laudantis. Cor rectum inquirit scientiam. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges consydera.

¶Cap.xxviij.

Fugit impius nemine persequēte, iustus aūt q̄si leo confidēs absque terrore erit. Propter peccata terræ, multi principes eius. Qui derelinquunt legem laudant impium. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ei⁹ erit execrabil'. Regnātib⁹ īpijs ruinę hominū.

Qui abscondit scelera sua non dirigetur, q autem cõfessus fuerit & reliquerit ea misericodiam consequetur. Beatus homo qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ corruet in malum. Qui ambulat simpliciter saluus erit. Vir fidelis multum laudabitur. Qui corripit hominem gratiam postea inueniet apud eum magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. Qui se iactat, iurgia concitat. Qui confidit in corde suo, stultus est. Qui dat pauperi non indigebit, qui despicit deprecantem sustinebit penuriam. Cum perierint impij, multiplicabuntur iusti.

¶Cap. xxix.

Virũ qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus supueniet interitus. Cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Peccantem virum iniquum, inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit. Impius ignorat scientiam, sapientes auertunt furorem. Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in posterum. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Virga atque correctio tribuet sapientiam Vidisti hominẽ velocem ad loquendum, stultitia magis sperãda est quã illius correctio. Qui delicate a puericia nutrit seruum suum postea sentiet eum contumacem. Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccata procliuior. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui timet hominẽ cito corruet, qui sperat in domino suoleuabitur. Abominantur iusti virum impium.

¶Cap. xxx.

Visio quam loquutus est vir cum quo est deus. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Quis ascendit in cælum atque descendit? Quis colligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terræ. Quod nomen eius, & q̃d nomen filij ei⁹ si nosti (Nota, hic Salomon tãgit diuinitatẽ dei patris,

& vnigenitifilij eius vtrumque ineffabilem & incomp̄ hensibilem.) Omnis sermo dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius. Duo rogaui, ne deneges mihi. Vanitatem & verba mendacij longe fac a me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Ne accuses seruum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi & corruas. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia sua.

Leo fortissimus bestiarum ad nulli⁹ pauebit occursum.

¶Cap. xxxi.

Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum. Nullum secretum est vbi regnat ebrietas. Date vinum mœrentibus, & siceram his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscātur doloris sui. Mulierem fortem quis inueniet. &c. Accinxit fortitudine lumbos suos. Manum suam misit ad fortia. Fortitudo & decor iudumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Panem ociosa non comedit. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur. Laudent eam in portis opera eius.

Ecclesiastes habet capita XII. Et agitur in eo de mundi vanitate, de diuitiarum contemptu, de profectu ambulantium in via dei.

Caput primum

VAnitas vanitatum dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum & omnia vanitas.

Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo quo laborat sub sole.

Generatio præterit & generatio aduenit, terra vero in æternum stat. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus ,& cæ. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. &c. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere ,ecce hoc recēs est. Ego Ecclesiastes fui rex in Hierusalem. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. In multa sapientia, multa indignatio, & qui addit scientiam addit dolorem.

¶Cap. ij.

Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Quid est inquam homo, vt sequi possit regem factorem suum? Sapientis oculi in capite ei⁹ Moritur doctus similiter & indoctus. Cuncti dies hois doloribus & ærumuis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Homini bono dedit deus sapientiam & scientiam & læticiam. Peccatori autem afflictionem & curam superfluam. ¶Cap. iij.

Oia tempus habēt, & suis spacijs transeūt vniuersa sub sole, Tēpus nascendi, tēpus moriendi, tēpns flendi, tempus ridendi .&c. Cūcta fecit deus bona in tempore suo & mundum tradidit disputationi hominum vt nō inueniat hō quod opatus est de⁹ ab initio vsq; ad finem. Fecit deus opera sua vt timiatur. Iustum & impium iudicabit dominus. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum.

¶Cap. iij.

Melius ē duos simul esse q̄ vnū, habent enim emolimentum societatis suę. Si vnus ceciderit ab altero fulciet. Vę soli, qa cū ceciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebūt mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si q̄piam p̄ualuerit cōtra vnū duo resistūt ei,

Funiculus triplex difficile rumpitur. Multo melioreſt obedientia,quam ſtultorum victimæ.

¶Cap.5.

¶Ne temere quid loquaris,neq; cor tuum ſit velox ad ꝓferendum ſermonem coram deo. Multas curas ſequũ tur ſomnia,& in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. Si quid vouiſti deo,ne moreris reddere .Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio . Vbi multa ſunt ſomnia,plurimæ vanitates & ſermones innumeri. Tu vero deum time. Auarus non implebitur pecunia. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue multum ſiue paꝛ comedat. Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ ſic reuertetur,& nihil auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas.

¶Cap.7.

¶Quid neceſſe eſt maiora ſe quærere,cum ignoret qd conducat ſibi in vita ſua . Melius eſt nomen bonũ quã vnguenta preciosa, & dies mortis die natiuitatis. Melius eſt ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hoĩm, & viuens cogitat quid futurum ſit. Melior eſt ira riſu,quia per triſticiam vultus, corrigitur animus deliquentis. Cor ſapientium vbi triſticia eſt, & cor ſtultoꝛ vbi lęticia. Sicut ſonitus ſpinarum ardentiũ ſub olla,ſic riſus ſtulti. Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit . Conſydera opera dei,quod nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. Noli eſſe iuſtus multum,neq; plus ſapias q̃ oportet ne obſtupeſcas. Sapientia confortauit ſapientẽ, ſuper decem principes ciuitatis . Non eſt homo ſuper terram, qui faciat bonum & non peccet. Cunctis ſermonibus qui dicũtur ne accommodes cor tuum . Fecit deus hoĩem rectũ, & ipſe ſe infinitis miſcuit q̃ſtionibus.

¶Cap. 8.

¶Sapiẽtia hoĩs lucet in vultu eius. Tp̃s & rn̄ſionẽ cor ſapientis intelligit. Nõ eſt in hoĩs ditione,phibere ſpm̃ Etenim quia non cito proferẽ contra malos iudicium, abſque vllo timore filiꝝ hominum perpetrant mala.

Peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonũ timentibus deum, qui verentur faciem eius. Non sit bonũ impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui non timent faciem domini. Sunt iusti quibus mala proueniunt quasi opera egerint impiorum, & sunt impij qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Intellexi quod omnium operum dei, nullã possit homo inuenire rationem.

¶Cap. 9.

¶Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu dei sunt & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod vniuersa æque eueniant iusto & impio, mundo & immundo. Hoc est pessimum inter omnia quę sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniant, vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptum vita sua, & post hæc ad inferos deducentur. Omni tempore sint vestimenta tua candida. Quodcunq; potest facere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Nescit homo finem suum sed sicut pisces capiuntur hamo & aues laqueo, sic capiuntur homines tempore malo cum eis extemplo superuenerit. Melior est sapientia fortitudine. Quomodo ergo verba sapientis non sunt audita, & sapientia pauperis contempta? Verba sapientium audiuntur in silentio. Melior est sapientia quam arma bellica. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

¶Cap. 10.

¶Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Stultus omnes stultos æstimat.
Qui fodit foueam incidet in eam, & qui dissipat sepem mordebit eum coluber. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Stultus verba multiplicat. Væ tibi terra cuius rex puer est, & principes mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est & cuius principes vescuntur in tempore suo ad refici-

endum,& non ad luxuriam. Pecuniæ obediunt omnia.

¶Cap.ii.

¶Mitte panem super trãseuntes aquas,quia post multa tempora inuenies illum. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Qui obseruat ventum non seminat,& q consyderat nubes nunquam metet. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo,& in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum, qui cum venerint,vanitatis arguentur præterita.

¶Cap.12.

¶Adolescentia & voluptas vana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictiõis tuæ,& appropinq̃nt anni de q̃bus dicas,non mihi placent. Ibit homo in domum æternitatis suæ.Reuertatur puluis in terrã suã & spũs redeat ad deum qui dedit illum. Verba sapientũ q̃si stimuli,& q̃si claui in altum defixi. Quæ per magistrorum consiliũ data sunt a magistro vno,his amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis. Frequens meditatio carnis est afflictio. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time & mandata eius obserua.Hoc est enim omnis homo. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato siue bonũ sit siue malum.

¶Cantica habent Cap. VIII. Et agitur in eis de viri iusti perfectione, de animæ sanctæ contemplatione, & coniunctione Christi & ecclesiæ.

¶Caput. I.

OSculetur me osculo oris sui. Trahe me post te &c. Indica mihi quem diligit anima mea vbi pascas vbi cubes in meridie,&c. Fasciculꝰ myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabi-

tur. Ecce tu pulchra es amica mea,&c. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus.

¶Cap. 2.

¶Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Ordinauit in me charitatem. Sub vmbra illius quem desyderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam. Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo. Leua eius sub capite meo, &c. Ecce iste venit saliens in montibus. Ostende mihi faciem tuã, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Dilectus meus mihi & ego illi, &c. Reuertere dilecte mi.

¶Cap. 3.

¶In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Inueni quẽ diligit aĩa mea. Egredimini & videte filiæ Syon regẽ Salomonẽ in diademate q̃ coronauit eũ mater sua. ¶Cap. 4.

¶Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, etc. Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te. Vulnerasti cor meũ, soror mea sponsa, vulnerasti cor &c. Hortus conclusus soror mea sponsa, &c.

¶Cap. v.

¶Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum vigilat. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Anima mea liquefacta est vt loquutus est, Quæsiui illum & non inueni, vocaui & non respondit mihi. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milib⁹. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem.

¶Cap. vi.

¶Pulchra es amica mea suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerũt.

Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea

¶Cap. 7.

¶Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c.

¶Cap. 8.

¶Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ vt inueniam te foris & deosculer. & iam nemo me despicier. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, &c. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachia tua, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatē. Lampades eius lampades ignis atq; flammarum. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Sapientiæ liber habet Cap. XIX, Et agitur in eo, de regimine prælatorū conuersatione lustorū, atq; idolorum contemptu, de aduentu & passione Christi, qui est vera sapientia.

Caput. I.

DIligite iusticiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Qm̄ inuenitur ab his qui non tentāt illū. Apparet autem eis qui fidem habent in illū. Peruersæ enim cogitationes separant a deo, probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maliuola m animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu.

Benignus est spiritus sapientiæ. Quoniam spiritus domini replebit vrbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habēt vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere. Auris cæli audit omnia. Custodite ergo vos a murmuratione quæ nihil prodest, & a detractione parcite linguæ. Os quod mentitur occidit animam. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Iustitia perpetua est & immortalis, iniustitia autem mortis acquisitio. Impij autem manibus & verbis accersierunt illam.

¶Cap. 2.

¶Dixerunt impij apud se cogitantes non recte. Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus & post hæc erimus tanquam non fuerimus. Vmbræ transitus est tempus nostrum. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nota de Christi passione. Grauis est etiam nobis ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius. Promittit se scientiam dei habere, & filium dei se nominat. Morte turpissima condemnemus eum. Hæc cogitauerunt impij, & errauerūt excæcauit ēm eos malicia eorum, nec mercedem speraueruntiustitiæ. Deus creauit hominem inextermina bilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

¶Cap. 3.

Iustorum autem animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Fulgebunt iusti & tanq̄ scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes. Qui confidunt in do

mino intelligent veritatem. Donum & pax est electis dei. Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt. Sapientiam enim & disciplinam q abijcit, infelix est. Bonorum enim laborum glorioſus est fructus. Felix incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum, &cæ. Et spado qui non est operatus iniquitatem, dabitur ei fidei donum electum & sors in templo domini acceptissima. Nationes inī quæ diræ sunt consummationis.

¶Cap. 4.

¶O quam pulchra est casta generatio cum claritate, quoniam apud deum nota est & apud homines. Iustus autem si morte præoccupatús fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neq; annorum numero computata. Placens deo factus dilectus & viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius aut ne fictio deciperet animam eius. Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius.

¶Cap. 5.

¶Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se anguſtiauerunt. Videntes turbabuntur timore horribili, gementes præ anguſtia spiritus dicentes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illoꝝ æstimabamus insaniam, & finem sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei? Ergo errauimus a via veritatis, & iusticiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, etcæ. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, etcæt. Nos nati continuo desiuimus esse. Spes impij tanq̃ lanugo est q̃ a vento tollit, & tanq̃ spuma, & tanq̃ memoria hospitis vnius diei p̃ tereuntis Iusti aũt in ꝑpetuum viuent, & apud dñm est merces eorum, et cogitatio illorum apud altissimum.

Quoniam dextera sua (dominus) teget eos (s. iustos) & brachio suo defendet illos. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Melior est sapientia quam vires, & vir prudens quam fortis.

¶Cap. 6.

¶Præbete aures vos qui tenetis multitudines, quoniam data est a domino vobis potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Iudicium durissimum in his qui p̄sunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia potentes autem potenter tormenta patientur. Fortioribus aũt fortior instat cruciatus. Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt illam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Cogitare de illa sensus est consummatus, & qui vigilauerit propter illam, cito erit securus. Incorruptio facit esse proximum deo. Concupiscentia itaq; sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum, & rex sapiens populi stabilimentum.

¶Cap. 7.

¶Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus & primam vocem similem omnibus emisi plorans. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam & similis exitus, propter hoc optaui & datus est mihi sensus. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ, & proposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in cõparatione illius. Super salutem & speciem dilexi illã. Venerunt autem mihi omnia bona simul cum illa. Deus sapientiæ dux est, & sapientum emendator. In manu enim illius & nos & sermones nostri, & omnis sapientia. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, &c. Oĩb. mobilib. mobilior est sapiẽtia. Attingit aũt vbiq; pp suã mũdiciã. Vapor est em̃ virtutis dei & emanatio q̃dã claritatis oĩpotentis dei syncera.

Candor est enim lucis æternæ & speculum sine macula dei maiestatis,& imago bonitatis illius. Et cū sit vna oīa pōt,et in se pmanens oīa innouat, et p nationes in aias sanctas se transfert,amicos dei et ꝓphetas constituit. Neminem em̄ diligit deus,nisi q cum sapientia inhabitat. Est em̄ hæc speciosior sole,et sup oēm dispositionem stellarū luci comparata inuenit̄ prior. Sapientiam non vincit malicia. ¶Cap.8.

¶Attingit aūt a fine vsq;ad finem fortiter,et disponit oīa suauiter.Hanc amaui & exq̄siui a iuuentute mea,et q̄siui spōsam eam mihi assumere, et amator factus sum formæ illius. Quid sapientia locupletius? Scio q̄m me cum communicabit de bonis suis,et erit alloquutio cogitationis et tædij mei. Intrans in domum meam conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius,nec tædium conuictus illius, sed lętitiā et gaudium. Puer eram ingeniosus,et sortitus sum animam bonam. Et sciui quoniam aliter non possem esse continens nisi deus det, et hocipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum,adij dominum,et dixi totis p̄ cordijs meis.

¶Cap. 9.

¶Deus patrum nostrorū q fecisti omnia verbo tuo et sapientia tua,et constituisti hominem vt dñaret̄ creaturæ tuæ,et disponat orbem terrarum in æquitate & iusticia,da mihi sedium tuarum assistricem sapientiā, &c. Seruus tuus sum & filius ancillæ tuæ, homo infirmus & exigui temporis. Tabernaculum sanctū tuum q̄d p̄parasti ab initio, & tecū sapientia tua q̄ nouit opa tua,q̄ & affuit tunc cum orbem terrarū faceres,& sciebat qd placitum esset oculis tuis. Mitte illā de cælis sanctis tuis & a sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid ācceptum sit apud te.Scit enim illa oīa,& deducet me sobrie. Quis hoīm poterit scire consilium dei? Aut qs poterit cogitare qd velit deus? Cogitatiōes enim mortaliū timidæ,& incertæ,puidētię nr̄ę. Corp⁹ em̄ q̄d corrūpit̄ aggrauat aīam &deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātē

Difficile inuenimus quæ in terra sunt, et quæ ī prospectu sunt inuenim⁹ cum labore, quę autem in cælis sunt quis inuestigabit? Sensum tuum domine quis sciet nisi tu dederis sapientiam, et miseris spiritum tuum de cælis? Nam per sapientiam sanati sunt quicunq; placuerunt tibi domine ab initio.

¶Cap. 10.

¶Sapientia hos qui se obseruant a doloribus liberat. Hæc iustum deduxit per vias rectas, &c. Omnium potentior est sapientia. Certamen forte dedit illi vt vinceret, &c. Reddidit iustis sapientia mercedem laborę suorum, & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis, &cæt.

¶Cap. 11.

¶Hos quidem domine tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus rex interrogans cōdemnasti. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Multum enim valere, tibi soli supererat semper. Tanquam momentum stateręfic ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani quæ descendit in terram. Misereris omnium quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses, aut quod a te vocatū nō esset cōseruaretur? Parcis autem omnibus quoniam tua sunt domine, qui amas animas.

¶Cap. 12.

¶O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus nō bis in omnibus. Dabas domine locum pœnitentię nō ignorans quoniam iniqua est natio eorum, & naturalis malicia ipsorum (scilicet Chananæorum) &c. Quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti. Nec enim est alius deus quam tu cui cura est de omnibus. Cum sis ergo iustus, iuste omnia disponis. Virtus enim tua iusticiæ initiū est. Et ob hoc q̄d omniū dñs es, oībus te parcere facis. Tu aūt dñator dñe cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.

Subest enim tibi cum volueris posse. Docuisti populũ tuum quoniam oportet iustum & humanum esse,& bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam iudicans das locũ pœnitentiæ in peccatis. Disciplinam nobis das vt bonitatem tuam cogitemus & speremus misericordiam tuam.

¶Cap. 13.

¶Vani sunt omnes homines quibus non subest scientia dei,& de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est. A magnitudine enim speciei creaturæ,creator horũ poterit cognoscibiliter videri.

¶Cap.14.

¶Benedictum lignum, per quod fit iusticia. Odio sunt deo,impius & impietas eius.Creaturæ dei in odium factæ sunt,& in tentationem animæ hominum, et in muscipulam pedibus insipientium. Initium fornicationis est exquisitio idolorum. Infandorum enim idolorum cultura omnis maliciæ causa est et initium et finis.

¶Cap.15.

¶Tu autem deus noster suauis et verus es, patiens et in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus tui sumus,et si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse te consummata iusticia est,et scire iusticiam et veritatem tuam, radix est immortalitatis. Malorũ amatores digni sunt more. Cor iniqui cinis est, et terra superuacua spes illius et luto vilior vita illius,quoniam ignorauit qui se finxit et inspirauit sibi animam et spiritum vitalem. Aesti mauerunt impij lusum esse vitam nostram, et conuersationem vitæ ad lucrum compositam, et oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere.

¶Cap. 16

Propter hæc et his similia passi sunt digne tormenta. Tu es domine qui vitæ et mortis habes potestatem. Effugere manũ tuã dñe impossibile est Negantes em̃ te nosse ipij, p fortitudinẽ brachij tui flagellati sunt. Vindex estorbis iustorum. Angelorũ escanutruisti populũ

tuum,&panem de cælo præstitisti eis omne delectamẽ tum in se habentem,& omnis saporis suauitatem. Deseruiens enim vniuscuiusq; voluntati, ad quod quisq; volebat conuertebatur. Creatura tua tibi factori deseruiens excandescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his q in te confidũt. Non natiuitatis fructus pascunt homines.sed sermotuus eos qui in te credunt,conseruat.Ingrati spes tanquã hybernalis glacies tabescet,& disperiet tãquam aqua superuacua.

¶Cap.17.

¶Magna sunt iudicia tua domine, & inenarrabilia verba tua. Cum sit timida nequitia dat testimonium condemnata. Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Nihil enim est timor nisi præsumptionis auxilium. ¶Cap.18.

¶Dum quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet,omnipotens sermo tuus domine de cælo exiliens a regalibus sedibus venit durus debellator. In veste poderis quam habebat Aaron totus erat orbis terrarum,& magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta.

¶Cap.vlt.

¶Impijs autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superueniet. In omnibus enim magnificasti populum tuum & honorasti, & non despexisti in omni tpe & in omni loco assistens eis.

¶Ecclesiasticus habet Cap. LI. Et agitur in eo de obedientia subditorũ, de institutione bonorum morum de nobilitate sapientiæ & de laude sanctorum.

Caput.I.

OMnis sapientia a domino deo est, & cum illo fuit semper,& est añ æuũ.Sapientiam dei præcedentem omnia quis inuestigauit?

Prior omnium creata est sapientia. Fons sapientiæ verbum dei in excelsis. Radix sapientiæ cui reuelata est. Vnus est altissimus creator omnium omnipotens rex, potens & metuendus nimis sedens super thronũ. Ipse creauit illam in spiritu sancto, & effudit illam supoĩa opa sua, & super omnem carnẽ, & præbet illam diligentibus se. Timor domini delectabit cor, & dabit læticiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti bene erit in extremis, & in die defunctiõis bene dicetur. Initium sapientiæ timor domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est. Religiositas custodiet & viuificabit cor. Plenitudo sapientiæ timere deum. Timor domini expellit peccatum.
Qui sine timore est, non potest iustificari. Iracundia animositatis hominis, subuersio eius est. Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. Ne acceſſeris ad deum duplici corde, & ne fueris hypocrita in conspectu hominum.

¶Cap. 2.

Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia & in timore & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur argentum & aurum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede deo, & recuperabit te. Metuentes dominum sustinete miser icordiam eius & non deflectatis abeo ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Qui timeris dominum sperate in illo, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum et illuminabuntur corda vestra. Respicite filij nationes hominum & scitote quia nullus sperauit in domino et confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus ẽ Et quis inuocauit illum et despexit eum? Quoniam pius et misericors est deus, et remittet in tempore tribulationispeccata, et protector est omnibus exquirentibus se i veritate. Væ duplici corde et labijs sceleſtis Vę dissolutis corde. Væ his qui pdiderunt sustinẽtiam,

Qui timent dominum præparabunt corda ſua,& in cõ ſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Si pœnitentiã non egerimus,incidemus in manus domini & nõ in manus hominum.

¶Cap.iij.

Iudicium patris audite filij,& ſic facite vt ſalui ſitis. Qui diligit deum exorabit pro peccatis, & cõtinebit ſe ab illis & exaudietur. Qui timet dominum honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet eis in opere & ſermone,& omni patientia. Gloria hominis ex honore patris ſui,& dedecus filij pater ſine honore. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & ne cõtriſtes eum in vita illius & ſi defecerit ſenſu veniam da & ne ſpernas eum. Quam malæ famæ qui relinquit patrem,& eſt maledictus a deo qui exaſperat matrem. Fili in manſuetudine opera tua perfice,& ſuper hominum gloriam dilige ris. Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam,quoniam ab humilibus honoratur. Altiora te ne q̃ſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris,ſed quæ præcepit tibi deus illa cogita ſemper,& in pluribus operibus eius ne fueris curioſus,non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Multos ſupplantauit ſuſpicio eorum. Cor durum male habebit in nouiſſimo. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſum. Cor nequam grauabitur doloribus, & peccator adĳciet ad peccandum. Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapiẽtiam Ignem extinguit aqua,& eleemoſyna reſiſtit peccatis. Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam, meminit in poſterum,& in tempore caſus ſui inueniet firmamẽtum

¶Cap.iiij.

Oculos tuos ne trãſuertas a paupere. Aĩam eſurientẽ ne deſpexeris & ne exaſperes pauperẽ in inopia ſua.Cõgregationi pauperũ affabilem te facito, & presbytero humilia aĩam tuam,& magnato humilia caput tuum. Reſponde pacifice in manſuetudine.

Libera eum qui iniuriam patitur de manu ſuperbi

Eos qui diligunt sapientiam diligit deus, qui audit illā iudicabit gentes. Fili cōserua tempus & declina a malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Non confundaris confiteri peccata tua. Noli resistere cōtra faciem potentis, ne coneris contra ictum fluuij, Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iusticia, & deus expugnabit pro te. Noli citatus esse in lingua tua, & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Nō sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

¶Cap. v.

Non sequaris concupiscentiam cordis tui. Altissimus est patiens redditor. Non adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas, miseratio domini magna est. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius. Non ventiles te in omnem ventum. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & prosequatur te verbum pacis. Esto mansuetus ad audiendum ꝟbū dei. Si est tibi intellectus responde proximo, sin autem manus tua sit super os tuum ne capiaris ī verbo indisciplinato, & confundaris. Deuotatio pessima sup bilinguem. Cap. vi.

Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiū & contumeliam malus hæreditabit. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos & lingua eucharis in bono homine abundabit. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius tibi sit vnus de mille. Si possides amicum in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum & non permanet in die tribulationis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi coæqualis. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illū inuenit thesaurum

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna pōderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis & qui metuunt dominum inuenient illum. Fili a iuuē-tute tua accipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quam aspera est nimis indoctis hominibus sapientia. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. Si videris sensatum, euigila ad illum.

¶Cap. vij.

Non te iustifices ante deum. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Noli esse pusillanimis in anima tua. Non irrideas hominem in amaritudine animæ. Noli verbosus esse in multitudine præsbyterorum, & ne iteres verbum in tua oratione. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem ab altissimo creatam. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & ne ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. In tota anima time deum, & sacerdotes illius sanctifica. Non desis plorantibus in consolatione. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

¶Cap. viij.

Non litiges cum homine potente, nec litiges cum homine linguato, nec communices homini indocto. Memento quoniam omnes in corruptione sumus. Noli de mortuo inimico tuo gaudere. Non te prætereat narratio seniorum. Non stes contra faciem contumelioſi. Cum audace non eas in via. Cum iracundo nō facias rixam. Non omni homini cor tuum manifestes ne forte conuicietur tibi.

¶Cap. ix.

Non des mulieri potestatem animæ tuæ, & virginem

ne conſpicias, ne ſcãdalizeris in decore eius. Noli circumſpicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam a muliere compta. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum amicus nouus, veteraſcat, et cum ſuauitate bibes illud. Non zeles gloriam et opes peccatoris. Temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

¶Cap.10.

Principatus ſenſati ſtabilis erit. Secundum iudicem populi ſic et miniſtri eius, et qualis eſt rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Omnis iniuriæ proximi ne memineris. Odibilis coram deo et hominibus eſt ſuperbia. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra & cinis. Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam, hic enim animam ſuam venalem habet Omnis potentatus breuis vita, ſic & rex hodie eſt, & cras morietur. Cum moritur homo hæreditabit ſerpentes & beſtias & vermes. Initium ſuperbię hominis apoſtatare a deo, quoniam ab eo qui fecit illum receſſit cor eius, quoniã inicium omnis peccati eſt ſuperbia. Qui tenuerit illam implebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit deus, & ſedere fecit mites pro eis. Vir prudens & diſciplinatus, non murmurabit correptus. Noli te extollere in faciendo opere tuo. Fili in manſuetudine ſerua animam tuam.

Cap.11.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Non laudes hominem in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo. In veſtitu ne glorieris vnq̃, nec in die honoris tui extollaris. Priuſquam audias ne reſpondeas verbum, & ne in medio ſeniorum ne adijcias loqui. De re quæ te non moleſtat, ne certeris. Fili ne in multis ſint actus tui. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas a deo ſunt.

In die bonorū ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Attende tibi a pestifero.

Cap. 12.

Benefac iusto & inuenies retributionem magnam. Quoniam altissimus odio habet peccatores. Non credas inimico tuo in eternum.

Cap. 13.

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. Humiliare deo, & expecta manus eius. Omni vita dilige deum Omne animal diligit simile sibi, sic omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur & omnis homo simili sibi sociabitur. Si communicabit lupus cum agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canem? Abominatio superbo humilitas, sic & execratio diuiti pauper. Pauper loquutus est sensate, & non est datus ei locus. Cor hominis immutat faciem illius siue in bono siue in malo.

Cap. 14.

Beatus vir qui non est lapsus in verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristicia delicti. Qui sibi nequa est cui alij bonus erit. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum. Ante obitum tuum operare iusticiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibos. Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem dei.

Cap. 15.

Qui timet deum faciet bona, & qui continens est iusticiæ apprehender illam. &c. Cibabit illum pane vitæ & intellectus. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit præcepta sua. Apposuit ignem & aquam, ad quod volueris porrige manum tuam. Nemini dedit deus spacium peccandi.

Cap. 16.

Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur. Melior est vnus timens deum, quam mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs, quam relinquere filios impios. Misericordia & ira cum deo, secundum misericordiam eius sic & correptio eius. Ecce cælum & cęli cęlorum, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt in conspectu dei commouebuntur, montes simul & colles & fundamenta terræ, & cum conspexerit illa deus tremore concutientur, Et in omnibus his insensatum est cor hominis. Qui minoratur corde cogitat inania. Post hæc deus in terram respexit, & impleuit illam bonis suis.

Cap. 17.

Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam fecit illū, & iterum conuertit illum in ipsam Numerum dierum & tempus dedit illi. Posuit timorem illius super omnem creaturam. Creauit ei scientiā spiritus, sensu impleuit corda illorum. Ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens & sanus & laudabis deum. Quam magna misericordia dei conuertentibus ad se. Quid lucidius sole? & hic deficiet. &c. Omnes homines terra & cinis,

Cap. 18.

Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, quis sufficiet enarrare opera eius? Non est minuere neque adijcere, nec est inuenire magnalia dei. Cū consumnauerit homo tunc incipiet &c Nonne ardorem refrigerabit ros, sic & verbum melius quam datum, Nonne ecce verbum super datum bonum. Antequam loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum Non impediaris semper orare, & ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo q tentat deum, Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & necessitatem pauperis in die diuitiarum. Homo sapiens in omnibus metuit. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluptate tua auertere. Si præstas animæ

tuæ concupiscentias eius, & faciet te in gaudium inimicis tuis.

Cap. 19.

Qui spernit modica paulatim decidit. Vinum & mulieres apostatare faciunt etiã sapientes, & qui se iungit fornicariis erit nequam. Qui credit cito leuis est corde & minorabitur. Qui odit loquacitatem extinguit maliciam. Ne iteres verbum durum & nequam Corripe amicum ne forte non intellexerit & dicat nõ feci, aut si fecit, ne iterum addat facere. Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo, quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Melior est homo qui minuitur sapientia & in timore dei, quam qui abundat sensu & transgreditur legem altissimi. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis annunciant de illo.

Cap. 20.

Quam bonum est arguere quam irasci. Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam, sic enim effugiet peccatum. Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autẽ tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus aptum. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus Qui multis vtitur verbis lædit animam suam, & qui potestatem sibi assumit iniuste odietur. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit. Homo acharis quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit. Potior fur, quam assiduitas viri mendacis. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq; Cap. 21.

Fili peccasti, ne adiicias iterum, sed de præteritis deprecare vt tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge peccata. Qui odit correptionem vestigium est peccatoris, & qui timet deum conuertetur ad cor suum. Consummatio timoris dei sapientia.

Non est sensus vbi abundat amaritudo. Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. In labijs sensati inuenietur gratia. Fatuus in risu exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix tacite ridebit. Stultitia hominis auscultare per ostium. Verba autem sapientium statera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animã suam, & in omnibus odietur. Tacitus & sensatus honorabitur.

Cap. 22.

In lapide luteo lapidatus est piger. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam. Luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum. Modicum plora super mortuum quoniam requieuit. Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre quam hominẽ imprudentem, & fatuum & impium. Cor sensati in omni tempore metu nõ deprauabitur. Qui conuiciatur amico dissoluit amicitiam. In tempore tribulationis suæ permane amico fidelis. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculam certum vt non cadam ab ipsis, & lingua mea me perdat.

Cap. 23.

Domine pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & in consilio illorum, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desyderium prauum auerte a me. Aufer a me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne apprehendat me, & animæ irruenti ne tradas me. Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.

Vir multũ iurans replebitur iniquitate & nõ deficiet de

domo illius plaga. Memento patris tui & matris dū in medio magnatorum consistis. Homo assuetus in verbis improperij, omnibus diebus vitę suæ non erudietur. Oculi domini multo plus lucidiores super solem circumspiciētes omnes vias hominum. Domino enim deo antequam crearentur omnia sunt cognita. Nihil melius quam timor domini, & nihil dulcius quam respicere in mandatis eius. Gloria magna est sequi dominum.

Cap. 24.

Sapientia laudabit animam suam, & in domino honorabitur, & inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens. &c. Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuiui sola. &c. Omnium excellentium & sublimium colla virtute calcaui. Ab initio & ante secula creata sum &c. Ego quasi therebintus extendi ramos meos & rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificaui &c. Ego mater pulchrę dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ spei &c. Transite ad me omnes qui concupiscitis me &c. Spiritus meus super mel dulcis. Qui edunt me adhuc esurient &c. Ego sapientia effudi flumina, ego quasi fluuius doriz, & sicut aquęductus exiui de paradyso. Videte quoniam non solum mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.

Cap. 25.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorum & vir & mulier bene sibi consentientes. Tres species odiuit anima mea. Pauperem superbum, diuitem mendacē, & semen fatuum & insensatum. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies in senectute tua. Beatus qui habitat cum muliere sensata, & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se. Beatus qui iuuenit amicum

verum, & qui enarrat iusticiam auri audienti. Timor domini initium dilectionis eius. Omnis plaga tristicia cordis, & omuis nequitia nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit quam habitare cum muliere nequam. In specie mulieris ira & irreuerentia & confusio magna. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.

Cap 26.

Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum suum. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata & tacita. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentũ domus suæ. In duobus contristatum est cor meum. Vir bellator, deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus.

Cap. 27.

Propter inopiam multi deliquerunt. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ante sermonem non collaudes virum. Veritas ad illos qui operantur eam reuertetur. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. Qui denudat arcana amici fidem perdit. Denudare autem amici mysteria desperatio est animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua. Qui fodit foueam incidet in eam. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non cognoscet vnde illi aduenier illusio.

Cap. 28.

Qui vindicari vult a deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, & a deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, &

de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit seruat iram quis exorabit pro delictis illius. Memento nouissimorum tuorum, & desine inimicari, & non trascaris proximo, & abstine te a lite. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit pacem. Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbabit pacem habentes. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sicut qui interierunt per linguam suam. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.

Cap. 29.

Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis. Confirma verbum & fideliter age cum illo. Donec accipiunt osculantur manum dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. Perde pecuniam propter fratrem & amicum. Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te orabit in omni malo. Fideiussoris ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam suam. Qui conatur multa agere, incin iudicidet um. Recupera proximum tuum secundum virtutem tuam.

Cap. 30.

Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, vt lęte tetur in nouissimo suo. Qui docet filium suum laudabitur in illo, & in obitu suo non contristabitur de illo. Non des filio potestatem in iuuentute, sed curua cerui cem illius, & tonde latera eius dum infans est. Melior est pauper sanus & fortis viribus, quam diues imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctitate iusticiæ, & melius corpus validum quam census immensus. Non est census super salutem corporis, & non est oblectatio super cordis gaudium. Melior est mors quam vita amara. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularũ circumpositæ sepulchro Spado complectens virginem & suspirans. Tristiciam non des animæ tuæ, & non affligas teipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est vita hominis. Miserere animæ tuæ placens deo, & contine & congre-

gacor tuũ in ſanctitate eius,& triſticiam longe expelle a te,Multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Zelus & contentio minuent dies,& ante tempus ſenectam adducet cogitatus.

Cap.31.

Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes,& cogitatus illius auferet ſomnum. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula,qui poſt aurũ non abiit &c. ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino. Nequius oculo quid creatum eſt. Non extendas manum tuã prior. Ceſſa prior cauſa diſciplinæ,nec prior poſcas bibere. Quam ſufficiẽs eſt homini erudito vinum exiguum,& in dormiendo non laborabis ab illo,nec ſenties dolorem. Si coactus fueris in edendo multum,ſurge de medio & vome & refrigerabit te. In omnibus operibus tuis eſto velox. Vinum in iucunditate creatum eſt non in ebrietate. In conuiuio vini non arguas proximum,& non deſpicias eum in iucunditate illius.

Cap.32.

Rectorem te poſuerunt,noli extolli. Eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.Curam illorum habe & ſic conſidera. Loquere maior natu,decet enim te. Vbi non eſt auditus non effundas ſermonem. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in cauſa tua vix cum neceſſe fuerit,Si bis interrogatus fueris habeat caput reſponſum ſuum. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens. Et loqui in medio magnatorum non præſumas,& vbi ſunt ſenes non multum loquaris. Anteverecundiam præibit gratia. Peccator homo vitabit omnem correptionem. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt facta non pœnitebis. A filijs tuis caue, & a domeſticis tuis attende.

Cap.33.

Timenti deum non occurrent mala, ſed in tentatione deus illum conſeruabit & liberabit a malis.Præcordia fatui q̃ſi rota carri,& q̃ſi axis verſatilis cogitatus illi⁹ Filio & mulieri, fratri & amico non deſptãtẽ ſup te in

vita tua,& ne dederis alijs possessionem tuam, Melius est enim vt filij tui te rogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum Cibaria & virga & onus asino panis & disciplina & opus seruo. Seruum inclinent operationes assiduæ Multam maliciam docuit ociositas. Verum sine iudicio nihil facias graue. Seruus fidelis sit cibi quasi anima tua.

Cap.34.

Somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram,& persequitur ventum,secundum hoc visio somniorum. Sicut parturientis,cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit visitatio emissa. Multos errare fecerunt somnia. Qui non est tentatus quid scit. Vir in multis expertus cogitabit multa. Qui non est expertus pauca recognoscit. Oculi dei in diligentes se. Qui timet dominum nihil trepidabit. Immolantis ex iniquo,oblatio est maculata, Nec respicit dominus in oblationibus iniustorum. Qui effundit sanguinem & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificans & vnus destruens quid illis prodest nisi labor. Homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se.

Cap.35.

Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Oblatio iusti impiguat altare,& odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptum est. In omni dato, hilarem fac vultum tuum. Qui adorat deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes appropinquabit.

Cap.36.

Miserere nostri deus omnium &respice nos,& ostende nobis lucem miserationum tuarum &c. Miserere plæbi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum &c.

Cap.37.

O præsumptio nequissima vnde creata es. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, nec immemor sis

Hius in operibus tuis. Cum viro sancto assiduus esto,& quemcumque cognoueris obseruantem timorem dei,cuius anima est secundum animam tuam. Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem corcumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Ante omnia opera,verbum verax præcedat te,& ante omnem actum consilium stabile. Vir peritus multos erudiuit,& animæ suæ suauis est. Qui sophistice loquitur odebilis est, & in omni re defraudabitur. Non est illi data a domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est (scilicet sophistice loquens) Vir sapiens plæbem suam erudit,& fructus sensus illius fidelis est. Sapiens in populo hæreditabit honorem Non omnia omnibus expediunt. Noli auidus esse in omni epulatione nec te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiiciat vitam.

Cap.58.

Honora medicum,propter necessitatem enim creauit eum altissimus. A deo omnis est medela. Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam Fili in tua infirmitate non desperes teipsum,sed ora dominum & ipse curabit te. Tristicia cordis flectit ceruicem. Memor esto iudicij mei,sic enim erit & tuum,mihi heri & tibi hodie. Consolare morientem in exitu spiritus sui. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapientiam percipiet.

Cap.39.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens,& in prophetis vacabit. Cor suum tradet ad vigilandum ciluculo ad dominum qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius & vsque &c. Audite me diuini fructus, & quasi rosa plantata &c. Benedicite dominum in operibus suis. Date magnificentiam nomini eius & c. Opera domini

vniuersa bona valde. Omnia in tempore suo quærentur. Omnia sanctis in bona, impijs autem & peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt. Ignis, grando, fames, & mors, hæc omnia in vindictam creata sunt.
Non est dicere hoc illo nequius est, Omnia enim in tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde & ore collaudate & benedicite nomen domini.

Cap. 40.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super omnes filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium, Cogitationes eorum, & timores cordis, & c. omnia quæ de terra sunt in terram conuertuntur, & aquæ omnes in mare reuertentur.
Vinum & musica lætificant cor, & super vtraque dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis.
Timor domini sicut paradysus benedictionis. Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas. Melius est enim mori quam indigere.

Cap. 41.

O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, viro quieto cuius viæ directæ sunt in omnibus. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, & cui cura est de omnibus. Noli metuere iudicium mortis. Curam habe de bono nomine. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus quæ vtilitas in vtrisque. Disciplinam in pace conseruate filij. Cap. 42.

Non duplices sermonem de renelatione sermonis abscondiți, & eris vere sine confusione. Omni homini noli intendere in specie, & in medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens.

Sol illuminans per omnia respexit, & gloria dei plenū est opus eius. Nonne deus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit dominus omnipotens stabilis in gloria sua. Quam desyderabilia sunt omnia opera eius, & quis satiabitur videns gloriam eius?

¶Cap. 43.

Species cæli in visione gloriæ, sol in aspectu vas admirabile, opus excelsi radios igneos exufflans. Magnus dominus qui fecit illum & in sermonibus eius festinauit iter. Luna ostensio temporis & signum æui.

Mensis secundum nomen eius est, crescens mirabiliter in consummationem, vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendens glorioſe. Species cæli gloria stellarum, mūdum illuminans in excelsis dominus. Vide arcum & benedic qui fecit illum valde speciosus est splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu glorię suæ. Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Multa dicimus & deficimus verbis, consummatio autem sermonum ipse est. Terribilis dominus & magnus vehementer, & omnipotens sup omnia opera sua. Glorificantes dominum quantum cumque poteritis, superualebit adhuc. Benedicētes dominum exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis, non peruenietis. Quis vidit eum et enarrabit, & quis magnificabit eum sicuti est ab initio? Multa sunt abscondita maiora his. Pauca enim vidimus operum eius. Et pie agentibus dedit dominus sapientiam.

¶Cap. 44.

Laudemus viros glorioſos & patres nostros in generatione sua. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt &c. Enoch placuit deo, & translatus est in paradysum vt det gentibus pœnitentiam.

¶Cap. 45.

Dilectus deo & hoībus Moyses, &c. In fide & lenitate ipsius sanctū fecit illum dñs. ¶Cap. 46.

Fortis in bello Iesu Naue. An non iracūdia eius impe-

ditus est sol,& factus est dies vnus quasi duo. Inuocauit altissimum,& exaudiuit eū magnus &sanctus deus. Post hæc dormiuit Samuel,& notum fecit regi,& ostēdit illi finem suum(id est Sauli)

¶Cap.xxxxvij.

Nathan propheta quasi adeps separatus est a carne. Dauid cum leonibus lusit quasi cum agnis, & cum vrsis similiter fecit, sicut cum agnis ouium. Christus purgauit peccata illius, & exaltauit in æternum cornu eius. Salomon inclinasti fœmora tua mulieribus & dedisti maculam in gloria tua.

¶Cap.xxxxviij.

Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verba illius quasi facula ardebant. Beati sunt qui te audierunt& in amicitia tua decorati sunt. Heliseus nō timuit principem, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra,& in morte sua mirabilia opatus est. Fecit Ezechias quod placuit deo,& fortiter iuit in via Dauid patris sui quam mandauit illi Esaias propheta magnus & fidelis in conspectu dei.

¶Cap.xxxxix.

Memoria Iosiæ in compōne odoris facta,opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcorabitur, memoria eius vt in musica in conuiuio vini. Præter Dauid Ezechiam,& Iosiam, omnes reges peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legē altissimi. Zorababel q̄s signum in dextera Israel. Nemo natus ē in terra q̄lis Enoch.

¶Cap.50.

Simon Oniæ filius sacerdos magnus quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena, & quasi sol refulgens, sic ille effulsit in domo dei.&c. Circa illum corona fratrum quasi plantatio cedri in monte libano, & quasi rami palmarum circa illum steterunt. Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto. Iesus filius Syras Hierosolymita qui renouauit sapientiam. Beatus qui in istis versatur bonis.

¶Capite vltimo.

Confitebor tibi domine rex & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi. &c. Laudabit vsq; ad mortem anima mea dñm, qm̃ eruis sustinentes te, & liberas eos de omni angustia. &c. Circundederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Respexi ad adiutoriū hoim & non erat qui adiuuaret. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ quæ a sæculo est. Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ & in omni tpe superborum. Laudabo nomen tuum domine assidue, & cōfitebor tibi cum adhuc iuuenior sum antequam oberrem. A iuuentute mea inuestigabam sapientiam. Inclinaui modice aurem meam, & multū profeci in ea. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Venter meus conturbatus est quærendo sapientiam, propterea bonam possidebo possessionem. Dedit mihi dominus linguam mercedem meam. &c. Congregate vos in domum disciplinæ indocti. Animæ vestrę sitiunt vehementer. Comparate vobis sine argento sapientiam, et collum vestrum subiicite iugo eius. Videte oculis vestris quia modicum laboraui, et inueni mihi multam requiem. Operamini opus vestrum añ tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

¶Esaias continet capita. LXVI. Et agitur in eo de reprehensione Iudæorum, & aduentu Christi in carnem, & eius passione: de vocatione gentium, de regno Iuda & Israel.

¶Caput. I.

Filios enutriui et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui. Israel autem me non cognouit.

Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. A planta pedis vsque ad verticem capitis non ē in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens. Holocausta arietum & adipem pinguium.&c.nolui. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis.&c. Manus enim vstræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote,auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Discite bene agere,quærite iudicium.&c Si fuerint peccata vestra vt coccinum q̄si nix dealbabuntur. Omnes diligunt munera. Propter hoc ait dominus. Heu ego cosolabor super hostib⁹ meis,& vindicabor de inimicis meis. Syon iudicio redimetur. Qui dereliquerunt dominum consumentur. Erit fortitudo impiorum vt fauilla stuppæ, & opus quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul.

¶Cap.ij

¶Erit in nouissimis diebus præparatus mons dom⁹ domini in vertice montium .&c. (Nota. Istud intelligitur de initio militantis ecclesiæ.) Iudicabit gentes,et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres .&c. (Istud nobis obiiciunt Iudæi, sed male intelligunt.) Ingredere in petram, abscondere in fossa humo,a facie timoris domini,& a gloria maiestatis eius. Oculi sublimis hominis humiliati sunt & incuruabitur altitudo virorum. Dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum & super omnem arrogantem & humiliabitur. Incuruabitur sublimitas hominū,& humiliabit altitudo virorum. Eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur. Ingredientur cauernas saxorum a facie formidinis domini cum surrexerit percutere terram. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius.

¶Cap. iij.

Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabunt eis. Non sum medicus & non est in domo mea

panis,nolite me constituere principem populi. Pecca tum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconde runt.Agnitio vultus eorum respondebit eis. Dicite, iu sto quoniam bene. Væ impio in malum. Retributio enim manuum eius fiet ei. Populе meus qui te beatum dicunt,ipsi te decipiunt, & viam gressuũ tuorum dissi pant. Stat ad iudicandum populos dominus. Domin⁹ ad iudicium veniet cum senibus pop.sui,& principib⁹ eius. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Syon,& ambula uerunt collo extento,decaluabit dominus verticem fi liarum Syon. Erit pro suaui odore fœtor, et pro cri spanti crine caluicium.

¶Cap. 4.

¶Apprehendent septem mulieres, etc. Sanctus vo cabitur omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. In die illa erit germen domini in magnificẽtia et glo ria,etcæt.

¶Cap. 5.

¶Expectaui vt faceret vinea mea vuas,et fecit labru scas. Vinea dñi exercituum domus Israel est,et virilu da germen delectabile eius. Væ qui coniungitis domũ ad domum,et agrum agro copulatis. Nunquid habita bitis vos soli in medio terræ? Væ qui consurgitis ma ne ad ebrietatem sectandam, et potandum vsq; ad ve speram. Captiuus ductus est populus meus quia non habuit scientiam, propterea dilatauit infernus animã suam,et aperuit os suum absque vllo termino. Incurua bitur homo et humiliabitur vir,et oculi sublimium de primentur. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis,et quasi vinculum plaustri peccatum. Væ qui dicitis malum bonum,et bonum malum. Væ qui sa pientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit,sic radix impiorum quasi fauilla erit,et germen eorum vt puluis ascendet, Abiecerunt enim legem domini.

Eleuabit dominus signum in nationibus procul, et sibi labit ad eum de finibus terræ.

¶Cap. 6.

¶Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis domus a maiestate eius. Clamabant alter ad alterum. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum. Plena est omnis terra gloria eius. Væ mihi quia tacui, Vir pollutus labijs ego sum. Audiui vocem domini dicentis. Quem mittam? Et dixi: Ecce ego. Mitte me. Audite audientes & nolite intelligere, &c. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, &c. Semen sanctum erit quod steterit.

¶Cap. 7.

¶Hæc dicit dominus. Non erit istud & non stabit. Caput Syriæ Damascus. Si non credideritis, non permanebitis. Adiecit dominus loqui ad Achas dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo, &c. Ecce virgo concipiet, &c.

¶Cap. 8.

¶Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester & ipse timor vester. Expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob, & præstolabor eum. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in signum, &c. (Istud allegat Apostolus.

¶Cap. 9

¶(Istud inducit Matthæus de illuminatõe gentium. ea quæ sequuntur,) Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. Populus qui ambulabat in tenebris, &c. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, &c. Populus non est reuersus ad percutientem se, & dominum exercituum non exquisierunt. Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. Succensa est quasi ignis impietas, & erit populus quasi esca ignis.

¶Cap. 10.

¶Væ qui condunt leges iniquas, & iniusticias scribentes runt. Quid facietis in die visitationis & calamitatis? Ad cuius confugietis auxilium? Væ Assur. Virga furoris mei & baculus ipse est. Ipse aũt non sic arbitra-

bitur. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? &c. Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad dominum. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquiæ conuertentur ex eo. Consummatio abbreuiata inundabit iusticiam. Consummationem & abbreuiationem dominus deus exercitu um faciet in medio omnis terræ.

Cap. 11.

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, &c. Non secundum visionem oculorum iudicabit. Spiritu labiorum suorum interficiet impium (.1. Antichristum) Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus leo & ouis simul morabuntur, &c. (Ista domesticario ferarum spiritualiter sumẽ da est.) Repleta est terra scientia domini, sicut aq̃ maris operientes. In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. & erit sepulchrum eius glorioſum. (Hoc in Christo Iesu impletum est. Nota, in isto capitulo multa de Christo, & vocatione primitiuæ ecclesiæ ex Iudæis & gentibus.) Leuabit dominus signum in nationes, & congrebabit dispersos Israel, &c.

¶Cap. 12.

Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, &c. Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam & non timebo. Quia fortitudo mea, &cæt.

¶Cap. 13.

Omne cor hominis tabescet, Torsiones & dolores tenebunt quasi parturientis. Facies combustæ vultus eorum. Ecce dies domini veniet crudelis & indignatione plenus, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum. Obscuratus est sol in ortu suo. & luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et requiescere faciam superbiã

infidelium,& arrogantiam fortium humiliabo.

¶Cap.14.

¶Prope est vt veniat tempus eius, & dies eius nõ elongabuntur. Detracta est ad inferos superbia tua,cõcidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecideristi de celo lucifer qui mane oriebaris,qui dicebas in corde tuo. In cælum conscendam,super astra cæli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen in infernum detraheris in profundũ laci. Dominus exercituum decreuit & quis poterit infirmare? Pauperes fiducialiter regescent.

¶Cap.16.

Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Syon. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Superbia eius & indignatio eius,plus quam fortitudo eius. Iccirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit.

¶Cap.17.

Eris deserta, quia oblita es dei saluatoris tui,& fortis adiutoris tui non es recordata.

¶Cap.19.

Ecce dominus ascendet super nubem leuem & ingredietur Aegyptum,& monebuntur simulacra Aegypti (Nota in isto capitulo de vocatione Aegypti ad Christum.) Istud iam positum intelligit de Christi incarnatione,& ingressu in Aegyptum a facie Herodis.&c.) Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. In die illa erit altare domini in medio terræ Aegypti, & titulus domini iuxta terminum eius. Et cognoscet dominus ab Aegypto. Colent dominum in hostiis & muneribus. In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio.

¶Cap.20.

Loquutus est dominus Esaiæ. Vade & tolle saccum de lumbis tuis. Et fecit sic vadens nudus & discalciat⁹.

Hæccine erat ſpes noſtra? Et quomodo effugere poterimus nos?

¶Cap. 21.

¶Qui incredulus eſt infideliter agit. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore. Corrui cum audirē, conturbatus ſum cum viderem. Emarcuit cor meum. Super ſpeculam domini ego ſum ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctib⁹ Cuſtos qui de nocte, cuſtos qui de nocte.

¶Cap. 22

¶Comedamus & bibamus, cras enim moiemur.

¶Cap. 23.

¶Dominus deus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & adignominiam deduceret vniuerſos inclytos terræ.

¶Cap 24.

¶Erit ſicut populus ſic ſacerdos. In doctrinis glorificate dominum. In inſulis maris nomen domini dei Iſrael. A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iuſti (Hoc de amplificatōe fidei Ieſu Chriſti dixit propheta) Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Cataractæ de excelſis apertæ ſunt, & concutientur fundamēta terræ. In die illa viſitabit dominus ſuper militiā cæli in excelſo (.i. ſuper dæmones qui ſant in aere) & ſuper reges terræ, & congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur. (Iſtud intelligitur de vniuerſali & æterna damnatione reproborum angelorum & hominum) Et erubeſcet luna & confundet ſol, cum regnauerit dominus exercituum in monte Syon, (.i. triumphante eccleſia.

¶Cap. 25.

¶Dñe deus meus tu es, exaltabo te, & cōfitebor nomini tuo, qm̄ feciſti mirabilia. Quia factus es fortitudo paupi & egeno in tribulatiōe ſua. Faciet dñs exercituū oibus ppl'is in monte hoc (ſ. in monte Syō) cōuiuiū pinguiū, &c. (Iſtud exponit de inſtitutione Euchariſtiæ, quam Chriſtus verus deus in monte Syon inſtituit.

Præcipitabit dominus mortem in sempiternum,& auferet lachrymam ab omni facie,& obprobrium populi sui auferet.Ecce deus noster iste, expectauimus eum & saluabit nos.Iste dominus,sustinuimus eum, exultabimus & lætabimur in salutari eius. Et triturabitur Moab(.i.Antichristus)sub eo(.i.Christo,quia in monte Syon occidetur.)

Cap.26.

Vrbs fortitudinis nostræ Syon,saluator ponetur in ea murus,&c. Semita iusti recta est.
Et in semita iudiciorũ tuorum domine sustinuimus te Nomen tuum & memoriale tuum in desyderio animæ Anima mea desyderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis,de manevigilabo ad te.Domine da bis pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es in nobis.Tantum in te recordemur nominis tui. Domine in angustia requisierunt te in tribulatione murmuris doctrina tua eis.A facie tua domine concepim⁹, & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis. Viuent mortui tui,interfecti mei resurgent. Vade populc meus,intra cubicula tua,claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentũ donec pertranseat indignatio mea. Ecce dominus egredietur de loco suo vt visitet iniquitatem orbis terræ contra eum & revelabit terra sanguinem suum,&non operiet vltra interfectos suos.

¶Cap.27.

Visitabit dominus super Leuiathan serpentem tortuosum,& occidet cetum qui in mari est.Florebit&germinabit Israel,& implebunt faciem orbis semine. Iste omnis fructus vt auferatur peccatum.Non est populus sapiens,propterea non miserebitur eius qui fecit illum.

Cap.28.

Erit dominus exercituum corona gloriæ,et sertum exultationis residuo populi sui.Quem docebit dominus scientiam,& quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte,auulsos ab vbere(.i.qui solidum cibum

capere possunt, qa carnales mollicies et voluptates vicerunt, hos deus docebit.) Dixistis percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Hæc dicit dominus. Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem angularem, probatum, precioſum in fundamento fundatum. (Istud Petrus in ſua Canonica inducit.) Tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui. Et nunc nolite illudere, ne forte conſtringantur vincula veſtra.

¶Cap. 29.

¶Erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ. Inebriamini et non a vino. Appropinquat populus iſte ore ſuo, et labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt a me. Quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, et dicat opus factori ſuo. Quid me feciſti ſic? Et figmentum dicat fictori ſuo non intelligis. Sic omnes quorum ſunt in tenebris opera, et dicunt. Quis videt nos, et quis nouit nos? Audient ſurdi in die illa verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt. Addent mites in domino lęticiam, & pauperes homines in ſctõ Iſrael exultabunt.

¶Cap. 30.

¶Væ filij deſertores dicit dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non p ſpirĩtum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum, & os meum non interrogaſtis. Superbia tantum eſt, quĩ eſce. Dicunt videntibus nolite videre, & aſpicientib⁹ nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Hæc dicit dominus Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra. Dixiſtis, ad equos fugiemus Ideo fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus. Ideo veloces erunt qui perſequenter vos. Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri. Exaltabitur dominus parcens vobis, deus iudicij dñs. Beati omnes qui expectant eum. Miſerans miſerebitur tui. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit reſpondebit tibi.
Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures

tuæ audient verbum post tergum monentis. Hæc via ambulate in ea, & neq; ad dexteram neq; ad sinistrã. Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septẽplr sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dñs vuln⁹ populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, spiritus eius torrens inundans ad perdendas gentes in nihilum. Auditam faciet dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachñ sui ostendet, in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis. Præparata est ab heri tophet, a rege præparata, profunda & dilatata, & cæ. (Tophet. i. gehenna præparata est reprobis ab heri .i. a principio mundi, quia simul facta sunt cælum empyreum & infernalis ignis)

¶Cap. 31.

¶Aegyptius homo & non deus, & equi eorum caro & non spiritus. Dixit dominus cuius ignis est in Syon, & caminus in Hierusalem.

¶Cap. 32

¶Lingua balborum velociter loquetur. Stult⁹ enim fatua loquetur, vt perficiat simulationem, & loquetur fraulenter. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitatiões concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacñ: Princeps ea quæ digna sunt principe cogitabit. Erit opus iusticiæ pax, & cultus iusticiæ silentium & securitas vsq; in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Beati qui seminatis super omnes aquas. ¶Cap. 33

¶Væ qui prædaris. Nonne & ipse prædaberis? Et qui spernis, nonne & ipse sperneris. Cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Domine miserere nostri te enim expectauimus, esto brachium nostrum in mane & salus nostra in tempore tribulationis. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. Angeli pacis (.i. nuncñ Ezechiæ) amare flebunt. Nunc consurgam dicit do-

minus,nunc exaltabor,&c. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem,& claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, &c. Regem in decore suo videbunt oculi eius. Vbi est literatus,vbi est verba legis ponderans,vbi est doctor paruulorum. Dominus iudex noster,dominus legifer noster,dominꝰ rex noster,ipse veniet & saluabit nos.

¶Cap.34.

¶Complicabuntur sicut liber cæli. Erit terra eius in picem ardentem die ac nocte,non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius a generatione in generationem,& desolabitur in secula seculorum. Onocentaurus & pilosus clamabunt ibi. Requirite diligenter in libro domini & legite.

¶Cap.35.

¶Istud de vocatione gentium ad fidem accipiendum est)Lætabitur deserta & inuia,& exultabit solitudo. Confortate manus dissolutas,etcæ. Pusillanimes confortamini et nolite timere.Ecce deus vester ipse veniet(scilicet per incarnationem)et saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum,et aures surdorum patebũt Tunc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua mutorum Via sancta vocabitur,non transibit per eam pollutus, sed qui liberati fuerint et redempti a domino. Venient in Syon cum laude . Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium et læticiam obtinebunt,et fugient dolor et gemitus.

¶Cap.36.

¶Quæ est ista fiducia qua confidis?

¶Cap.37.

¶Leua orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. (Verba Ezechiæ)Domine exercituum deus Israel q̃ sedes super cherubin tu es deus solus omnium regnorꝫ terræ. Inclina dñe aurem tuam et audi ,aperi oculos tuos et vide. Despexit te, subsannauit te virgo filia Syon. Cum fureres aduersum me,superbia tua ascendit in aures meas dicit dominus. Ponam ergo circulum in naribus tuis,et frenum in maxillis tuis.

Angelus domini percussit in castris Assyriorum cētum octoginta quinque milia.

¶Cap .38.

¶Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem& flenit &orauit. Obsecro domine,memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate,& in corde perfecto,& quod bonum est in oculis tuis feci. Et flenit Ezechias fletu magno. Et dixit ei dominus, Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos . Reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat in horalogio Achaz. Ego dixi in dimidio dierum meorū vadam ad portas inferi,&c. Præcisa est velut a texēte vita mea,dum adhuc ordirer succidit me,&c . Sicut pullus hyrundinis sic clamabo . Meditabor vt columba, &c. Recogitabo omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ,&c. Ecce in pace amaritudo,&c, Tu autem eruisti animam meam vt non periret,&c.Quia nō infernus confitebitur tibi.&c.

¶Cap.39.

¶Dixit Ezechias . Bonum verbum domini quod loquutus est. Fiat tantum pax & veritas in dieb. meis.

¶Cap. 40.

¶(Istud capitulum loquitur de Christo & eius præcursore.) Consolamini consolamini populo meus dicit deus vester,&c. Vox clamantis in deserto parate viam domini,&c. Omnis vallis exaltabitur,&cæ.(Istud spiritualiter intelligi debet.)Reuelabitur gloria domini,& videbit omnis caro salutare dei nostri .Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quasi flos agri . Vere fœnum est populus. Verbum dei nostri stabit inæternum. Ecce dominus in fortitudine veniet,&cæt.Quis mensus est pugillo aquas,& cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ?&cæ. Quis adiuuit spiritum domini,aut quis consiliarius eius fuit ac ostendit illi? Cum quo iniit consilium & instruxit eum,&cæt.Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt , &cæt.

Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram illo,&qua

ſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei, &c. Cui ſimilem fe ciſtis deum aut quam imaginem ponetis ei? Qui extendit velut nihilum cœlo. & expandit illos ſicut tabernaculum ad inhabitandum. Dat ſcrutatores ſecretorum quaſi non ſint, &cæ. Et cui aſſimilaſtis me dicit ſanctus? Leuate in excelſum oculos veſtros & videte quis creauit hæc. Deus ſempiternus dominus qui creauit terminos terræ non deficiet neque laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius. Qui dat laſſo virtutem. Qui autem ſperant in domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

¶Cap. 41

¶Ego dominus, primus & nouiſſimus ego ſum. Glutina, bonum eſt. Ne timeas quia ego tecum ſum, ne declines quia ego deus tuus. Ecce confundentur omnes qui pugnant contra te. Ego dominus exaudiam egenum & pauperem, non derelinquam eos. Annuncia te quæ ventura ſunt in futurum, & ſcietemus quia dij eſtis vos. Primus ad Syon dicet. Ecce aſſum, & Hieruſalem euangeliſtam dabo.

¶Cap. 42.

¶Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum, electus meus complacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium genribus proferet. Nõ clamabit, nec audietur foris vox eius, &c. (Nota, de Chriſto iſta inducit ſanctus Matthæus.) Non erit triſtis neque turbulentus, et legem eius inſulæ expectabunt. Ego dominus dans flatum populo qui eſt ſuper terram et ſpiritum calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iuſtícia, et apprehendi manum tuam et ſeruaui te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, et educeres de concluſione vinctum, de domo tarceris ſedentes in tenebris. Ego dominus hoc eſt nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Cantate domino canticum nouũ, laus eius ab extremis terræ. (Nota in iſto capitulo de illuminatione gentium) Educam cæcos in viam quam neſciunt.

Ponent domino gloriam, et laudem eius in insulis nũciabunt. Dominus sicut fortis egredietur, etc. Quis cæcus, nisi seruus meus? et quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? Qui multa vides non ne custodies?

¶Cap. 43.

¶Cum transieris per aquas tecum ero, et flumina nõ operient te. Cum ambulaueris in igne non combureris ait dominus. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. Ante me non est formatus deus, et post me non erit. Ne memineritis priorũ, et antiqua ne intueamini. Populum istum formaui mihi, laudem meam annunciabit. Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. (Hoc in Christo deo incarnato impletum est, qui propter nostra peccata occisus est, etc.) Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Reduc me in memoriam.

¶Cap. 44.

¶Noli timere serue meus Iacob. Effundam spiritũ meum super semen tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam. Iste dicet, domini ego sum, etcæt. Ego sum dominus faciens omnia, extendẽs cælos solus, stabiliens terram, et nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorum.

¶Cap. 45.

¶(In isto capitulo loquitur propheta aliqua de Christo sub persona Ciri regis.) Ego dominus et nõ est alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Rorate cæli desuper et nubes pluant iustum, etc. Væ qui contradicit factori suo. Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis. Vere tu es deus cæli absconditus deus Israel. Ego dominus et non est alius, non in abscondito loquutus sum. Deus iustus et saluans non est præter me. Conuertimini ad me et salui eritis, omnes fines terræ. (Nota de diuinitate patris et Christi.) In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iusticiæ ℣bũ et nõ reuer

tetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ad eum venient & confundentur omnes q repugnant ei.

¶Cap. 46.

Audite me domus Iacob, qui portamini a meo vtero, q gestamini a mea vulua. Redite ꝓuaricatores ad cor. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Audite me duro corde. Prope feci iusticiam meã, non glongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Syon salutem, & in Israel gloriam meam.

¶Cap. 47.

Descende, sede in puluere virgo filia Babylon. Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemptor noster dominus exercituum, sanctus Israel nomen eius Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Veniet super te malum atque calamitas, & nescies ortum eorum. Veniet super te miseria repente.

¶Cap. 48.

Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea ait dominus. Propter nomen meum longe faciam furorem meum. Excoxi te, elegi te in camino paupertatis. Popter me propter me ego faciam vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Ego primus & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram. &c. Non a principio in abscondito loquutus sum, ex tempore antequam fierent ibi eram, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. (Nota hic apertissime mysterium supersanctæ trinitatis. Dicit enim dominus a domino & spiritu eius se missum.) Hæc dicit dominus redemptor tuus. Ego deus tuus docens te vtilia gubernans te in via qua ambulas. Vtinam attendisses mandata mea Facta fuisset quasi flumen pax tua, & iusticia tua sicut gurgites maris.

¶Cap. 49.

¶Audite insulæ. &c. (Nota in isto capitulo multa de Christo & vocatione principum gentiliũ ad eius fidẽ.) Dominus ab vtero vocauit. &c. Posuit os meum quasi gladium acutum, in vmbra manus suæ protexit me. Iudicium meũ cum domino, & opus meum cũ deo meo. Et nunc hæc dicit dñs formans me ex vtero seruum sibi vt reducam Iacob ad eum, & Israel nõ cõgregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini, & dixit. Parum est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Iacob conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsquead extremum terræ. Hæc dicit dominꝰ &c. ad contemptibilem animam. &c. Reges videbunt & consurgent principes & adorabunt. &c. Hæc dicit, In tempore placito exaudiui te. &c. Nõ esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol. Laudate cæli & exulta terra, iubilate montes laudem domino, quia consolatus est dominus populum suũ, & pauperum suorum miserebitur. (In isto capitulo sunt aliqua quæ Iudæi allegant pro se literaliter, & male intelligunt.) Nunquid obliuiscitur potest mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si oblita fuerit, ego tamẽ non obliuiscar tui. Angustus est locus mihi, fac spacium mihi vt habitem. Ecce leuabo ad gentes manũ meam, & exaltabo ad populos signum meum. Ego dominus super quo non confundentur qui expectãt eũ

Cap. 50.

Nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? Dominus dedit mihi linguã eruditam, vt sciam sustentare eum qui lassus est verbo. Dominus deus aperuit mihi aurem ego aũt non contradico. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vel lẽtibꝰ. Faciem meam non auerti ab increpantibꝰ & cõspuẽtibus in me. &c. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine domini & innitatur super deum suum.

Cap. 51.

Gaudium & lętitia ī ea, & gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad me populus meus, quia lex a me exiet, et iudicium meum in lucem populorum requiescet. Me insulæ expectabunt. Cæli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur. Nolite timere obprobrium hominum et blasphemias eorū. Qui redempti fuerint a domino reuertentur et venient in Syō laudātes, & lętitia sempiterna super capita eorū. Gaudium et lętitiam obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus. Quis tu vt timeas ab homine mortali, et a filio hominis qui quasi fœnum arescit?

Cap. 52.

Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. (scicet per incarnationem.) Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit dominus Syon. Parauit dominus brachium sanctum suum ī oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Mundamini qui fertis vasa domini. (Nota multa pulchra de Christo, et despectu et gloria eius, de dilatatione fidei eius, et gentium vocatione. &c) Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur et reuelabit, et sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Super ipsum continebūt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo viderunt, et qui non audierunt contemplati sunt.

¶Cap. 53.

Quis credidit auditui nostro. &c. (Nota in isto capitulo de Christi passione magis historiā quam prophetiā, ꝓpter ꝓphetiæ hui⁹ excellentiā euidentissimā) Non est species ei neque decor, Et vidimus eum & nō

erat aspectus .&c. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus illum quasi leprosum & percussum & a deo humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras &c. Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est, et pro trāsgressoribus rogauit

¶Cap. 54

Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem et hinni &c. (Istud de ecclesia ex gentibus congregata exponitur.) Redemptor tuus sanctus israel, deus omnis terræ vocabitur. Ad punctū in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis meæ abscondi parumper faciem meam a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus.

Ecce ego creaui fabrum sufflantē in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ago creaui interfectorē ad disperdendum. Cap. 55

Omnes sitientes venite ad aquas .&c. Feriam vobiscum pactum sempiternū, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas vocabis .&c. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dū prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitatiōes suas &c. Non enim cogitationes meę cogitationes vestræ, neque viæ meæ viæ vestræ dicit dominus. Quia sicut exaltantur cæli terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Verbum meum quod egredietur de ore meo nō reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, prosperabitur in his ad quæ misi illud. Erit dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur.

¶Cap. 56.

Custodite iudicium & facite iusticiam, quia prope est salus mea vt veniat, & iusticia mea vt reueletur. Nō dicat Eunuchus, ego lignum aridum .&c. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis genti-

bus . Speculatores eius cæci omnes, canes muti non valentes latrare, videntes vana, et dormientes, Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, vnusquisque in viam suam declinauit.

Cap. 57.

Iustus perit et non est qui recogitet in corde suo, et viri misericordiæ tolluntur, et non est qui intelligat. Mei non est recordata, quia ego tacens, et quasi non vi dens. Hæc dicit dominus excelsus et sublimis habitans æternitatem, et sanctum nomen eius, in excelso et in sancto habitans & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium & cor contritorum. Spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Abscondi a te faciem meam, & abiit vagus in via cordis sui. Impij quasi mare feruens quod requiescere non potest. Non est pax impijs dicit dominus.

Cap. 58.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum &c. Frange esurienti panem tuum &c. Requiem dabit tibi dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam. Si glorificaueris dominum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudinem terræ ait dominus &c.

Cap. 59.

Ecce non est abbreuiata manus domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. Peccata nostra responderunt nobis. Et vidit dominus, & malum apparuit in oculis eius.

Cap. 60.

Surge illuminare Hierusalē, qa venit lumen tuū, & gloria dñi sup te orta est &c. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Qui sunt isti q vt nubes volant & quasi colūbæ ad fenestras suas. Ponam visitationem tuā pacē & p̄positos tuos iusticiam.

Occupabit salus muros tuos. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam & deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra sol tuus & cæt.

Cap. 61.

Spiritus domini super me eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me &c. Et darem lugentibus coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu pallium pro spiritu mœroris. Isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo.

Cap. 62.

Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. Quia complacuit domino in te. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die & tota nocte in perpetum non tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis, & ne detis silentium ei. Iurauit domini dextera sua.

Cap. 63.

Quis est iste qui venit de Edom &c. (Istud loquitur de Christi ascensione) Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, quæ largitus est secundum indulgentiam suam. Afflixerunt spiritum sancti eius. Attende de cœlo & vide. Multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me continuerunt se. Abraham nescivit nos. Tu domine pater noster, redemptor noster, a seculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti de vijs tuis? &c.

Cap. 64.

Vtinam disrumperes cælos & descenderes. Oculos non vidit deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Ecce tu iratus es & peccauimus, & facti sumus vt immundi omnes nos. Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et nunc pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Non irascaris domine satis & ne

vltra memineris iniquitatis nostræ, ecce respice populus tuus omnes nos.

Cap. 65.

(Nota in isto capitulo de excæcatione Iudæorum, & illuminatione gentium.) Quæsierunt me, qui non interrogabant me &c. Impij fumus erunt coram me, ignis ardens tota die. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis p̃ dolore cordis, & p̃ cõtritiõe spiritus vlulabitis. Seruos suos vocabit dominus nomine alio. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in deo amen. Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores &c. Ecce enim ego creo cælos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, sed exultabitis & gaudebitis vsque in æternum in his quæ ego creo. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Electi mei non laborabunt frustra, quia semen benedictorum domini est. Antequam clament ego exaudiam adhuc illis loquentibus ego audiam.

Cap. 66.

Hæc dicit dominus. Cælum mihi sedes est, & terra scabellũm pedum meorum. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi. Omnia hæc manus mea fecit. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos. Qui immolat bouem quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem &c. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret tempus partus eius peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus. Si ego qui generationẽ cæteris tribuo sterilis remanebo ait dominus deus tuus. Ecce ego declinabo in eos vt flumen pacis. Quomodo si mater blandiatur, ita & ego consolabor vos. Videbitis & gaudebit cor vestrum &c. Ecce dominus in igne veniet, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad

gentes, in mari, in Aphricam, in Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe &c, & annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros in equis & quadrigis, & in lectulis & mulis & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem &c. (Ista vehicula spiritaliter intelligenda sunt) Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Egredientur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Hieremias habet Ca. LII. Et agitur in eo de captiuitate Iudæorum, & de destructione ciuiuatis Hierusalem, de planctu & lamentatione propter destructionem istam. Cap. I.

Dixit dominus ad Hieremiam, Priusquam te formarem in vtero noui te, et antequã exires de vulua sanctificaui te &c. Et dixi a a a, domine deus. Ecce nescio loqui quia puer ego sum. Ne timeas a facie eorum, qa ego tecum sum et eruam te dicit dominus. Bellabũt aduersum te et non ꝑualebunt, quia ego tecum sum, dicit dominus, vt liberem te.

Cap. 2.

Quid inuenerunt patres vestri in me iniqtatis dicit dñs, qa elongauerunt a me et ambulauerunt post vanitatẽ et vani facti sunt. Sacerdotes non dixerũt, vbi est dñs, et tenentes legem nescierunt me, et pastores ꝑuaricati sunt in me. Duo malo fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas q̃ continere non valent aquas. Arguet te malitia tua, et auersio tua increpabit te. Scito et vide qa malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum, et non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, rupi

sti vincula mea & dixisti, Non seruiã. Quomodo cõ uersa es in prauum vineæ alienæ? Verterunt ad me dorsum et non faciẽ. Ego ego iudicio contendam tecũ eo q̃d dixeris non peccaui. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.

Cap. 3:

Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus. Leua oculus tuos in directum,& vide vbi prostrata sis. Frons mulieris meretricis facta est tibi,noluisti erubescere, Ergo saltem amodo voca me,pater meus es tu. Reuertere ad me & non auertam faciem meam, tamen scito iniquitatem tuam, quia in dominum deum tuum præuaricata es. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Non dicent vltra,arca testamenti domini,neque ascendet super cor &c. In tempore illo vocabunt Hierusalem solium domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes &c. Conuertimini ad me et sanabo auersiones vestras. Vere in domino deo nostro salus Israel. Si reuerteris Israel ait dominus ad me conuertere.

Cap 4:

Si abstuleris offendicula tua a facie mea dicit dominus non commoueberis. Nouate vobis nouale, et nolite serere super spinas. Circuncidimini et auferte p̃putia cordium vestrorum,neforte egrediatur vt ignis indignatio mea, et succendatur,et non sit qui extinguat. Laua a malicia cor tuum vt salua fias. Vsquequo morabunt in te cogitationes noxiæ. Viæ tuæ et cogitationes tuæ fecerunt,hæc tibi ait dominus. Sensus cordis mei turbati sunt in me. Sapientes sunt vt faciant mala,bene autem facere nescierunt. Cap. 5.

Domine oculi tui respiciunt fidẽ. Percussisti eos et nõ doluerunt,renueruut accipere disciplinã. Indurauerũt facies suas sup petram et noluerunt reuerti. Nũqd super his nõ visitabo ait dominus, et in genti tali non vlciscetur anima mea. Præuaricatione præuaricata est in me domus Israel & domus Iuda ait dominus.

Negauerunt dominum & dixerunt. Non est ipse. (Istud in Christi passione euidenter impletum est.) Audi populestulte qui non habes cor. Me non timebitis qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit. Intumescent fluctus eius, & non transibunt illud. Peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis.

Cap 6.

Erudire ait dominus, ne forte recedat anima mea a te. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. Pax pax & non erat pax. Confusione autem non sunt confusi & erubescere nescierunt, Quamobrem cadent inter corruentes in tempore visitationis suæ. Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Holocaustomata vestra non sunt accepta &c. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super vos. Frustra conflauit conflator.

Cap. 7.

Bonas facite vias vestras dicit dominus & habitabo vobiscum. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Numquid me ad iracundiam prouocant dicit dominus. Nonne semet ipsos in confusione vultus sui. non sum loquutus cum patribus vestris nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatorum, sed hoc verbum præcepi eis. Audite vocem meam &c. Facti sunt retrorsum & non in ante.

Cap. 8.

Eligent magis mortem q̃ vitãoẽs de generatione hac pessima. Quare auersus est populus iste auersione contentiosa. Miluus in cælo cognouit tempus suum &c. Populus autem meus non cognouit iudicium domini. Numquid resina non est in Galaad &c.

Cap. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fon-

tem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Quis dabit mihi in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum & recedam ab eis. Vnusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam & c. Sagitta vulnerans lingua eorum, In ore suo pacem cũ amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris domini fiat. Hæc dicit dominus; Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum daboci aquam fellis. Deducant oculi vestri lachrymas, & palpebræ vestræ defluant aquis. Hæc dicit dominus. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi, ait dominus. Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

Cap. 10.

A signis cæli nolite metuere quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Non est similis tui domine. Magnus es tu & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium. Tuum enim est decus. Dominus autem deus verus est, ipse deus viuens, & rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius. Qui fecit terram in fortitudine sua, præparans orbem in sapientia sua, & extendens cælos prudentia sua. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Dixi. Plane hæc infirmitas mea est et portabo illam. Quia stulte egerunt pastores et dominum non exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est nec intellexerunt. Scio domine quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet et dirigat gressus suos. Corripe me domine, Verumtamen in iudicio, et non in furore tuo, ne forte ad nihi

lum redigas me.

Cap. 11.

Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et non cognoui, quia super me cogitauerunt consilia dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomẽ eius non memoretur vltra. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam.

Cap. 12.

Iustus quidem tu es domine si disputem tecum. Verũtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui prȩuaricantur & inique agunt. Plantasti eos & proficiunt &c. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. Tu domine nosti me. Vidisti me, & probasti cor meum. (Nota de reprobatione Iudæorum.) Reliqui domum meam dimisi hæreditatem meam Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua. Dedit contra me vocem ideo odiui eam, Pastores multi demoliti sunt vineam meam &c.

Cap. 13.

Computrescere faciam superbiam populi pessimi, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui. Hæc dicit dominus. Sicut adhæret lumbare ad lũbos viri, sic adgulti naui mihi domum Israel vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam. & non audierunt. Nolite eleuari, sed date domino deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Dic regi & dominanti, humiliamini. Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

Cap. 16

Si iniquitates nostræ responderint nobis, domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus expectatio Israel, saluator in tempore tribulationis. (Nota pulcherrima de dei incarnatione) Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendū Quare venturus es velut vir vagus & fortis, qui non potest saluare. Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Deducant oculi mei lachrymam per diem & noctem, & non taceant &c. Cognouimus domine impietates nostras &c. Ne nos des in obprobrium propter nomen tuum &c.

Crp.15.

Si steterint Moyses & Samuel coram me non est anīma mea ad populum istum. Væ mihi mater mea quare me genuisti virum rixæ virum discordiæ? Tu scis domine, recordare mei & visita me & tuere me ab his qui persequuntur me. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lęticiam cordis mei. Non sedi in concilio ludentium, a facie manus tuæ solus sedebā quoniam amaritudine replesti me. Hæc dicit dominus. Si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam stabis, & si separaueris precioſum a vili, quasi os meum eris. Cap.14

(Nota in isto capitulo de liberatione Iudæorum a captiuitate in qua erant dispersi.) Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus, & piscabuntur eos. Oculi mei super omnes vias eorum, non sunt absconditæ ab oculis meis. Domine fortitudo mea et robur meum, et refugium meum in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terræ et dicent Vere mendacium possiderunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit.

Cap.17.

Ignē succendisti in furore meo, vsq; in æternū ardebit. Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit

in homine & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Pravum est cor hominis & inscrutabile, Quis cognoscit illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuiq; iuxta vias suas, & iuxta fructum adinuentionum suarum, Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Ego non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non cõcupiui tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectum fuit in conspectu tuo. Non sis mihi tu formidini spes mea in die afflictionis. Confundantur qui me persequũtur, & non confundar ego &c. Custodite animas vestras.

Cap. 18.

Nunquid sicut figulus non potero facere vobis domus Israel, Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea. Repente loquar aduersus gentem & regnum, vt eradicem & destruam illud. Si pœnitentiam egerit gens ista, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei &c. Attende domine ad me, & audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum &c. Tu domine scis omne consilium eorum aduersum me. Ne propicieris iniquitati eorum, & peccatum eorum non deleatur.

Cap. 20.

Seduxisti me domine & seductus sum, fortior me fuisti & inualuisti. Factus est mihi sermo domini in obprobrium, & in derisum tota die. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens. Audiui contumelias multorum, & terrorem in circuitu persequentium persequimini & persequamur eum, ab omnibus viris qui erant pacifici mei &c. Dominus mecum est quasi bellator fortis, Iccirco qui me persequuntur cadent & infirmi erunt. Confundentur vehementer, quia non

intellexeruut obprobrium ſempiternum quod nunquã delebitur. Cantate domino, laudate dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua natus ſum &c. Quare de vulua egreſſus ſum vt viderem laborem & dolorem & conſumerentur in confuſione dies mei.

Cap. 21.

Hæc dicit dominus. Ecce ego do coram vobis viam vitæ & viam mortis.

Cap. 22.

Terra terra terra, audi verbum domini.

Cap. 23.

Vę paſtoribus qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ dicit dominus. Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſticiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter, Et hoc eſt nomen q̃d vocabunt eũ, dominus iuſtus noſter (Iſtud intelligitur de Chriſto, & in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton.) Contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea, factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino a facie domini, & a facie verborum ſanctorum eius. Via impiorum erit quaſi lubricũ in tenebris, impellentur & corruent in ea Ecce ego cibabo eos abſynthio, et potabo eos (ſcz ipios) Quidad fuit in cõſilio dñi, et vidit & audiuit ſermonẽ eius. Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas irrumpens ſuper caput impiorum venict. Non reuertetur furor domini vſque dum faciat, & vſque dum compleat dominus cogitationes cordis ſui. In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium meum. Putas ne deus e vicino ego ſum dicit dominus, & non deus delonge, ſi occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum dicit dominus. (Nota de immenſitate dei.) Nunquid non cælum & terram ego implebo dicit dominus. Quid paleis ad triticum Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis ait dominus,

& quasi malleus conterens petram. Derelinquam vos & ciuitatem quam dedi vobis & patribus vestris, et dabo vos in obprobrium sempiternum, et in ignominiam æternam, quæ numquam obliuione delebitur.

Cap. 25.

Dominus de excelso rugiet, quia iudicium domino cum gentibus. Iudicatur ipse cum omni carne. Vlulate pastores et clamate, et aspergite vos cinere optimantes gregis, quia completi sunt dies vestri vt interficiamini, et cadetis quasi vasa preciosa.

Cap. 26.

Dixit Hieremias. Scitote quia si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos.

Cap. 28.

Propheta qui vaticinatus est cum venerit verbum eius scietur propheta quem misit dominus in veritate.

Cap. 29.

Ego scio cogitationes quas cogito super vos ait dominus, cogitationes pacis et non afflictionis vt dem vobis finem et patientiam. Inuenietis me cum quæsieritis me in toto corde vestro. Dabo eos in vexationem et maledictionem, & in stuporem et in sibilum, et obprobrium, eo quod non audierint verba mea dicit dominus. Ego sum iudex & testis ait dñs.

Cap. 30.

Væ quia magna dies illa & non est similis ei. Non dominabuntur Iacob amplius alieni, sed seruient dño deo suo, & Dauid regi suo quem suscitaui eis (id est, Messiæ) Castigo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius, nõ autem te faciam in consummationem. Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Quid clamas ad me? Insanabilis est dolor tuus. Quis est iste qui applicet cor suum vt appropinquet mihi, ait dominus.

Cap. 31.

In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs Factus sum Israeli pater, & Effraim primogenitus meus est. Erit anima eorum, quasi hortus irriguus, & vltra non esurient. Vox in excelsis audita est lamentionis & planctus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis quia non sunt. Hæc dicit dominus. Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lachrymis, quia est merces operi tuo. Castigasti me & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me domine & conuertar, quia tu es dominus deus meus Postquam enim conuertisti me egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. Dirige cor tuum in viam directam. Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? (Nota de Christifera virgine) Creauit dominus nouum super terram, fœmina circũdabit virum. Vnusquisque in iniquitate sua morietur Ois qui comederit vuam acerbã obstupescẽt dẽtes eius. (Nota, sequentia verba allegat apostolus de datione nouæ legis) Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda pactum nouum. &c. Non docebit vltra vir proximum suum dicens. Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorũ vsque ad maximum ait dñs. Hæc dicit dominus qui dat solem in lumen diei, ordinem lunæ atq; stellarum, in lumine noctis. &c

Cap. 32.

Domine deus. Ecce tu fecisti cælum & terrã in fortitudine tua magna, non erit tibi difficile omne verbum q facis misericordiam in milibus, & reddis iniquitatẽ patrum in sinum filiorum post eos. Fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi. Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuiq; secundum vias suas. &c. Ecce ego dominus deus vniuersę carnis, Nũquid mihi difficile erit omne verbum? Dabo eis cor vnum & viam vnam, & lætabor super eis cum bene eis fecero. (Nota in isto capit. de reductiõe filiorum Israel de captiuitate sua.)

Cap. 33.

Clama ad me & exaudiam te, & annunciabo tibi grandia & firma quæ nescis. (Nota & in isto capitulo de reductione & liberatione filiorum Israel.) In tempore illo, germinare faciam Dauid germen iusticiæ, & faciet iudicium & iusticiam in terra. Si irritum fieri potest pactum meum cum die. &c.

¶Cap. 36.

Dixt Baruch ad principes Iudæ. Ex ore suo loquebatur Hieremias quasi legẽs omnes sermones istos ad me & ego scribebam in volumine atramento.

Cap. 39.

Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam ait dominus.

Cap. 43,

Dixerunt Iohannam & omnes viri superbi ad Hieremiam. Mendacium tu loqueris, & non misit te dominus &c.

Cap. 44.

Non poterat vos dominus vltra portare, propter malitiam studiorum vestrorum.

Cap. 45.

Væ mihi misero, quia dñs addidit dolorẽ dolori meo. Laboraui in gemitu meo, & requiem nõ inueni.

Cap. 47.

O mucro domini, vsquequo non quiescis?.

Cap. 48.

Maledictus qui facit opus dei fraudulenter. Quia fecit plus quam potuit, iccirco periit. &c. Audiuimus superbiam Moab. &c. Transfusus non ẽ de vase in vas Ideo permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

Cap. 49.

Arrogantia tua & superbia cordis tui decepit te. Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detrahet te dicit dominus. Quis similis mei, & qs sustinebit me ait dominus. Et qs ẽ iste pastor qui resistat vultui meo?

Cap. 50.

In tempore illo venient filij Israel & filij iuda simul. & & apponentur ad dominum fœdere sempiterno. &c.

(Sensum horum verborum diligenter inquire in textu & glosis quia expedit contra Iudæos.) Aperuit dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ. Ecce ego ad te o superbe ait dominus exercituum, qa veniet dies tuus, & tempus visitationis tuæ, & cadet superbus & corruet, & non erit qui suscitet eum.

¶Cap. 51.

Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus qui corrumpis vniuersam terram. Curauimus Babylonem & nō est sanata, derelinquamus eam.

¶Treni habent capita V. & continentur in eis lamentationes Hieremiæ super ciuitatem Hierusalem.

Caput. I.

PEccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Torcular calcauit dñs virgini filiæ Iuda. Vide domine qm̃ tribulor, conturbatus est vēter meus. Subuersum est cor meum in me. Cap. 2.

¶Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctē, & non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, & effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Leua ad eum manus tuas. &c.

¶Cap. 3.

Ego vir videns paupertatem meā, in virga indignationis ei⁹. Factus sum in derisum oi populo, canticū corū tota die. Memoria memor ero, & tabescet in me aīa mea. Hæc recolens in corde meo, in deo sperabo. Misericordiæ domini quod non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Noui diluculo, multa est fides tua. Pars mea dñs dixit aīa mea, propterea expectabo eum. Bonus est dominus sperantibus in eū, animæ quærenti illum. Bonum est præstolari cum si-

lentio salutare dei. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit quia leuabit se super se. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur obprobriis. Quia non repellet in sempiternũ dominus, quia & si abiecit, miserebitur secundum multitudinem misericordiarũ suarum. Quis est iste qui dixit vt fieret, domino non iubente? Scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad dominum. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cælos. Nos inique egimus, & te ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. Opposuisti nubẽ tibi, ne transeat oratio. Oculus meus depredatus est animam meam. &c. Inundauerunt aquæ sup caput meum. Ne auertas aurẽ tuã a singultu meo. Cap. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Manus mulierum misericordium, coxerunt filios suos. Facti sunt cibus earum. Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. ¶Ex oratione Hieremiæ. Recordare domine quid acciderit nobis, intuere & respice obprobrium nostrum. Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctũ chorus noster. Væ nobis quia peccauimus. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo cõtenebrati sunt oculi nostri. Quare ergo in perpetuũ obliuiscēris nostri, derelinquis nos in lõgitudine dierũ? Cõuerte nos dñe ad te & cõuertemur, inoua dies nr̃os sicut a principio

¶Baruch (qui licet non sit in canone) habet capita. VI. Et agitur in eo de verbis quæ legit captiuis in Babilone, de prænunciatione reditus populi Israel, & eorum quæ futura erunt temporibus vltimis.

¶Caput. I.

Domino deo nostro iusticia, nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, &c.

¶Cap. 2.

¶Facti sumus subtus & non supra, quia peccauim° domino deo nostro, & non obediuimus ei. Auertatur domine ira tua, quia derelicti sumus pauci. Exaudi domine & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiã. Non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus eorum, dabunt honorem domino sed anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat gloriam & iusticiam tibi domino. Fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem benignitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam. Dabo eis cor & intelligent, & aures & audient, & laudabunt me.

¶Cap. 3

¶Et nunc domine de° Israel anima in angustiis & spiritus anxius clamat ad te. Audi domine & miserere, qa deus misericors es. Domine omnipotens deus Israel audi nunc orationem mortuorum tuorum. Propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, vt inuocemus te & laudemus nomen tuum. Audi Israel mandata vitæ, auribus percipe vt scias viã prudentiæ, &c. Dereliquisti fontem sapientiæ. Nam si in via dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias vbi sit longiturnitas vitæ, vbi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius (scilicet sapientiæ) aut quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gẽtium, & qui dominantur super bestias terræ. Qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurꝫ in quo confidunt homines, & non est finis acquisitiõis eorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alĩ in loco eorum surrexerunt, viam autem disciplinæ ignorauerunt. Viam disciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt semitam eius. Filĩ q̃q; Agar, q̃ exq̃unt prudentiã q̃ de terra est, viã sapientiæ nescierunt

O Israel quam magna est domus dei,& ingens locꝰ possessionis eius.Magnus & non habens finem. Excelsus & immensus. Ibi fuerunt gygantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus,neque viam disciplinæ inuenerunt propterea perierunt. Et quia non habuerunt sapientiam interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cælum & accepit eam, & deduxit eā de nubibus?&c. Non est qui possit scire vias eius. Stellæ autem lumen dederunt in custodijs suis & lætatæ sunt. Vocatæ sunt,& dixerunt,assumus. Et luxerūt ei cum iocunditate. Qui fecit stellas hic est deus noster,& non æstimabitur alius ab illo.Hic adinuenit omnem viam disciplinæ,& tradidit illam Iacob puero suo,& Israel dilectio suo. Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est,

¶Cap. 4.

¶Hic liber mandatorum dei,& lex quæ est in æternū. Omnes qui tenent eam peruenient ad vitam, qui autē derelinquunt eam ad mortem. Conuertere & apprehende eam,ambula per viam ad splendorem eius.Beati sumus,quoniam quę deo placita sunt,manifesta sunt nobis,Animæquior esto populę dei. Exacerbastis eū qui fecit vos deum æternum. Animæquiores estote,filij clamate ad dominum,& eripiet vos de manu principum inimicorum. Filij patienter sustinete iramq superuenit vobis,q enim induxit vobis mala,ipse rursus adducet vobis sempiternam iocunditatem cum vestra salute. Circumspice ad orientem & vide iocunditatem a deo tibi venientem.

¶Cap. 5.

¶Exurge & sta in excelso. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum,& rupes pennas,& conualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel diligenter in honorem dei.

¶Ezechiel continet Cap. XLVIII

Et agitur in eo de visionibus ipsius

de sceleribus Iudæorum, de ruina Hierusalem, & de eius comparatione.

Caput .I.

QVatuor facies, & quatuor pennæ vni. Pedes eorum, pedes recti. Non reuertebant cū incederent. Facies eorum, & pennæ eorum extē tę desuper. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularēt. Totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor.

¶Cap. 2.

¶Tu ergo fili hominis nē timeas, quia increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.

¶Cap, 3.

¶Dixit dominus ad Ezechielem. Fili hominis nō ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, & si ad illos mittereris ipsi audirent te. Benedicta gloria domini de loco suo. Fili hominis, speculatorem te dedi domui Israel. Si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei vt reuertatur a via sua impia, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autē animam tuam liberasti. Sed & si iustus conuersus a iustitia, &c. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus nec quasi vir obiurgās, quia domus exasperans est. Qui audit audiat, & qui quiescit, quiescat.

¶Cap. 4

¶Complebo furorem meum, & quiescere faciam indignationem meam, & consolabor ait dominus.

¶Cap, 5.

¶Contriui cor eorum fornicans & recedens a me, ait dominus, & displicebant sibimet super malis quæ fecerant.

¶Cap. 6.

¶Finis venit, venit finis sup quatuor plagas terræ.

Cap. 7.

¶ Ánguſtia ſuperueniente requirent pacem & nõ erit Conturbatio ſuper conturbationem veniet impijs.

Cap. 9.

¶ A ſanctuario meo incipite percutere. Omnem autẽ ſuper quem videritis ſignum Thau ne occidatis.

Cap. 11.

¶ (Nota in hoc capitulo de reductione filiorum Iſrael a captiuitate eorum) Congregabo vos de populis & adunabo de terris, &c.

Cap. 12.

¶ Hæc dicit dominus ad Ezechielem. Portentum te de di domui Iſrael. Dic, Ego portentum veſtrum.

Cap. 13.

¶ Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis vos muru pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die domini. Interfecerunt animas quæ non moriũtur, & viuificabant animas quæ non viuunt mentientes. Mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter quem ego non contriſtaui, & confortaſtis manus impij.

Cap. 14.

¶ Propheta cum errauerit, ego dominus decepi propheta illum. Terra cum peccauerit interficiam de ea hominem, & iumentũ, & ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi in iuſticia ſua liberabunt animas ſuas, filium autem & filiam non liberabunt.

Cap. 16.

¶ Sicut mater ita & filia eius. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, abundãtia, & ocium eius.

Cap. 17.

¶ Qui diſſoluit pactum, nunquid effugiet?

Cap. 18.

¶ Patres comederunt vuã acerbã, & dentes filiorũ obſtupuerunt. Non erit vobis iſtud in prouerbiũ ait dñs. Ecce oẽs animæ meæ ſunt. Vt aĩa pris, ita & aĩa filij mea eſt. Aĩa q̃ peccauerit ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatẽ patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij, &c.

Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatū eius non recordabor amplius . Nunquid voluntatis meæ est mors impij dicit dominus, & non vt conuertatur a vijs suis & viuat? Si autem auerterit se iustus & fecerit iniquitatem, omnes iusticias quas fecerat non recordabor. In præuaricatione sua, & in peccato suo morietur. Iccirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo dicit dominus. Reuertimini & viuite, quia nolo mortē morientis, sed vt conuertatur et viuat dicit dominus.

Cap. 20.

¶Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat, ait dominus. Viuo ego dicit dominus deus, qm̄ in manu forti, & in brachio extento , & in furore effuso regnabo super vos.

Cap. 21.

Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, dicit dominus.

Cap. 22,

Ecce complosi manus meas dicit dominus super malicias quas feciſti. Nunquid sustinebit cor tuum, aut p̄ualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi, et conflabo vos et congregabo vos, et succendam vos in igne furoris mei, et conflabimini in medio eius sicut cō flatur argentum in medio fornacis et requiescam. Sacerdotes inter mundum et pollutum non intellexerunt. Hæc dicit dominus, Quæsiui virum q interponeret sepem , et staret oppositus contra me pro terra ne dessiparem eam et non inueni, Et effudi super eos indignationem meam

Cap. 24.

Immundicia tua execrabilis, Quia mundare te volui, et non es mundata a sordibus tuis . Ezechiel erit portentum vestrum

Cap. 27.

(Nota de pygmeis) Sed et pygmei qui erant in turribus tuis (o Tyre) pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum . Ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam .

¶Cap. 28.

¶Ecce sapientior tu es Daniele? Omne secretum non est absconditum a te. Fili hominis leua planctum super regem Tyri dicens. (Nota de angelo apostata) Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradysi dei fuisti. Omnis lapis precio sus operimentum tuum. Sardius, Topassius & Iaspis, Chrysolytus & Onyx & Berillus, Saphyrus Carbunculus & Smaragdus. Tu cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis a die conditionis tuæ donec inuenta est iniquitas in te. Repleta sunt interiora tua iniquitate, & cieci te de mõte sancto dei, & perdidi te o cherub protegens, de medio lapidum ignitorum. Eleuatum est cor tuum in decore tuo, & pdidisti sapientiam tuam in decore tuo. In terram proieci te.

¶Cap. 31

¶Cedri non fuerũt altiores illo in paradyso dei, &c. (Istud exponi potest de lucifero, quod cedri .i. angeli non fuerunt altiores eo, quia summus erat.)

¶Cap. 34.

¶(Nota in isto capitulo de pastoribus) Hæc dicit dominus. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipos, &c. Lac comedebatis, & lana operiebamini &c. Gregẽ autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non consolidastis, &c. sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et disperssi sunt oues meæ eo q̃d non esset pastor. Ecce ego dominus requiram gregem meum de manu eorum, &c. Ego ipse pascam oues meas. Saluabo gregem meum ait dominus, & suscitabo super eum pastorem vnum qui pascat eum, Dauid, (.id est, Messiam) seruum meum. Ego dominus ero eis in deum et seruus meus Dauid princeps eorum.

Cap. 36.

¶Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab inquinamentis vestris, et dabo vobis cor nouũ & spiritum nouum ponam in medio vestri.

Et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, etcæt. et faciam vt in præceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis et operemini. Nõ propter vos ego faciam, ait dominus deus, notum sit vobis sed propter nomen sanctum meum. Confundimini et erubescite super vijs vestris ait dominus.

¶Cap. 37.

¶Nota istud capitulum, vt bene exponatur.) Hæc dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populo meus, & inducam vos in terram Israel, &c. (Nota quæ sequuntur quia de Christo loquuntur. Item nota de Gog & Magog capitulis. 38. &. 39.

Cap. 44.

¶Porta hæc clausa erit & non aperietur, & vir non transiet per eam. Quoniam dominꝰ deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa. Sacerdotes docebunt populum meum, quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum. (Nota, quæ in isto & sequenti capitulo dicuntur de sacrificijs & templo spiritualiter, & de futura triumphanti ecclesia sunt exponẽda. Item de aquis quæ exponuntur de fonte baptismatis nota capitulo. 47.)

Daniel habet Cap. XIIII. Et agitur in eo de Daniele sociisque eius & cãtico eorum: De mundi monarchia, de mutationibus temporum: de potestate æternitate regni Christi, de historia Susanne, de destructione Bel atq; interfectione draconis.

Caput. I.

Aitrex Arphaxat præposito eunuchorũ vt introduceret de filijs Israel pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma & eruditos omni

sapientia: cautos scientia, & doctos disciplina. Proposuit autem Daniel in corde suo ne polluereturde mensa regis, neq; de vino potus eius. Dedit autem deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorꝝ. Et dixit Daniel: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vascendum, & aqua ad bibendum; & contemplare vultus nostros & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio, & sicut videris facies cum seruis suis: Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores, præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia. Non sunt inuenti tales de vniuersis vt Daniel Ananias Misael & Asarias

¶Visio Danielis de lapide qui abscissus de monte sine manibus, de Christo pulchre exponitur.

Caput. II.

BEnedixit Daniel deum cæli & loquutus est, Sit nomen domini benedictum a seculo, & vsque in seculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna atq; constituit, dat sapientiam sapientibus. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta. Tibi deus patrum meorum confiteor, teque laudo quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogaui te. Est deus in cælo reuelans mysteria.

¶Cap. 3.

¶Benedictus es domine deus patrum nostrorum & laudabilis, & glorioſum nomen tuum in secula, quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & vera sunt omnia iudicia tua. Non est confusio confidentibus in te domine. Et nunc sequimur in toto corde nostro & timemus te, & quærimus faciem tuam. Non confundas nos, sed

facnobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundū multitudinem misericordiæ tuæ,& erue nos in mirabilibus tuis,& da gloriam nomini tuo,& confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Benedictus es domine deus patrum nostrorum,& laudabilis & superexaltatus in secula. Benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile & superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ,& superlaudibilis,& superexaltatus in secula. Benedictus es in throno regni tui, &c. Benedictus es q intueris abyssos,& sedes sup cherubin, & laudabilis & supexaltatus in secula. Bñdictus es in firmamento cæli,& laudabilis & glorioſus,& supexaltatus in secula. Benedicite oīa opera dñi dño,&c. Bñdicite dño q eruit nos de inferno,& saluauit nos de manu mortis. Bñdicite omnes religiosi deo deorū,&c. Dixit Nabugodonosor,Eccce video viros quatuor,ambulantes in medio ignis,et species quarti similis filio dei.

¶Cap.4.

¶Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperū,dixit Daniel regi Nabugodonosor.Ego Nabugodonosor oculos meos ad cælū leuaui,& altissimo bñdixi,et viuentē in sempiternū laudaui et glorificaui,qa potestas eius potestas sempiterna, et regnum eius in gñationem et gñationem, et oēs habitatores terræ apud ipm in nihilum reputant. Iuxta voluntatē suam facit,tam in ꝯtutibus cæli q in habitatoribus terræ, et non est q resistat manui eius,et dicat, quare sic fecisti? Nunc igitur laudo magnifico et glorifico regem cæli,qu ia omnia opera eius vera.

¶Cap.5.

¶Tu quoq non humiliasti cor tuum, sed aduersus dominatorem cæli eleuatus es. ¶Cap.6.

¶Eductus est Daniel de lacu leonum,et nulla lesio apparuit in eo,quia credidit deo suo.

¶Cap.7.

¶Aspiciebā donec throni positi sunt,et antiquus dierū sedit.Vestimentū eius q̄si nix candidū,et capilli capitis

eius quasi lana munda. Tronus eius flammæ ignis, Rotæ eius ignis accensus (cætera quære) Milia miliũm ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. (In isto capitulo & sequentibus multa scribuntur de Antichristo, quę in historia Scholastica satis conuenienter exponuntur, & cæt. quære) Aspiciebam propter vocem sermonũ grãdium, quæ cornu illud (s. Antichristus) loquebatur. Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & oẽs populi, tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus Aspiciebam, & ecce cornu illud (scilicet antichristus) faciebat bellum aduersus sanctos, & prævalebat eis donec venit antiquus dierum, &c. Nota hic de Antichristo diligenter. Et tradentur in manus eius, s. antichristi, sancti & boni Christiani, vsq; ad tempus & tempora, & dimidium temporis. i. tres annos cum dimidio.

¶Cap. 8.

¶Ego Daniel ægrotaui & langui post visionem pdictã

¶Cap. 9.

¶Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuã, & audi. Neq; enim in iustificationibus nostris pfundimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare, domine, ne moreris. Dixit Gabriel ad Danielem. Septuaginta hebdomades, supple annorum, abbreuiatæ sunt sup populũ tuũ, & sup vrbem sanctã tuam, & consumetur puaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleat iniqtas, & adducatur iusticia sempiterna, & impleatur visio & pphetia, & vngat sctũs sanctorũ (.i. Chs, etc. q̃re in textu.) Nota hic pulcherrima de tpe aduentus Chri, et passione ipsius, ac obstinatione Iudæorũ. Bñ exponit in Scholastica historia, q̃re diligenter.) Et post hebdomades sexaginta duas occidet Christus et non erit eius populus

qui eum negaturus est, et ciuitatem et sanctuariũ dissipabit populus cum duce venturo, et finis eius vastitas et vsq; in finem perseuerabit desolatio, scilicet Iudæorum excæcatio.

¶Cap. 10.

¶Intelligentia opus est in visione. Daniel vir desyderiorum intellige. (Nota in isto capitulo de contrauersia inter angelos prouinciarum ac populi custodes) Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendũ, vt affligeres te in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua. Noli timere vir desyderiorum, pax tecum, esto robustus.

¶Cap. 12.

¶In vndecio capitulo nota de antichristo, quæ tamẽ partim exponuntur de Antiocho ⌟ In tpe illo consurget Michael princeps magnus qui stat ꝓ filiis populi tui, et veniet tẽpus quale non fuit, ex eo ex q̃ gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud. Istud tpe Antichristi implebit. Multi de hisqui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt, alii in vitam æternã, alii in opprobrium vt videant semper. Qui aũt docti fuerint fulgebũt quasi splendor firmamenti, et qui ad iusticiam erudiũt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. Item nota residuum huius capituli in q̃ de Antichristo tangit, q̃d scilicet post mortem eius conuertentur ab eo decepti ad agendam pœnitentiam.

¶Cap. 13.

¶Iniquitas egressa est de Babylone a senioribus qui videbant regere populum, ait dñs. Angustiæ mihi sunt vndiq;. Sed melius est mihi absq; ope incidere in manus vestras quam peccare in conspectu domini. Dixit Susanna. Flens autem Susanna suspexit in cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino.
Deus æterne qui absconditorũ es cognitor qui scis omnia antequam fiant. Reuertimini ad iudicium. Semen Chanaan et non Iuda species decepit te, et concupiscentia subuertit cor tuum.

¶Cap. vlt.

¶Apprehendit angelus domini Abacuk in vertice eius,et portauit eum capillo capitis sui. Posuitq; eum in Babylone super lacum in impetu spiritus sui. Recordatus es mei domine deus meus, et non dereliquisti diligentes te.

Osee continet Cap. XIIII. Et loquitur de idolatria populi Israel, signata per mulierem meretricem: de mundatione peccatorum, & exhortatur vt filij Israel ad dominum conuertantur

Caput. I.

PRincipium loquendi domino ad Osee. Et dixit dñs ad Osee. Vade sume tibi vxorem fornicationum,et fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a domino. Erit in loco vbi dicitur eis, non populus meus vos,dicetur eis. Filij dei viuentis.(Istud allegat apostolus ad Romanos de vocatione gentium.

¶Cap.2.

¶Ecce ego sepiam viam tuam spinis,et sepiam eã maceria. Ecce ego lactabo eam,et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. Sponsabo te mihi in sempiternum,et sponsabo te mihi in iudicio et iustitia,et in misericordia et miserationibus,et sponsabo te mihi in fide,et scies quia ego dominus.

¶Cap.3

¶Dies multos sedebunt filij Israel sine rege et sine principe,et sine sacrificio,et sine altari et sine ephot,et sine teraphim. Et post hæc reuertent filij Israel, et quærent dñm deum suum,et Dauid regẽ suũ (.i. Messiam)et pauebunt ad dñm,et ad bonũ eius in nouissimo diez:(Istud mõ in Iudæis obstinatis verificatũ est,sed in fine mũdi antichristi detecta p fidia ad Chm reuertentur) &c.

Cap.4.

Iudicium domino cum habitatoribus terræ. Non est veritas,& nō est misericordia,& non est scientia dei in terra. Maledictum est homicidium,& mendacium & furtum,& adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Vnusquisque non iudicet. Populꝰ tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam dei.
Quia tu scientiam repulisti,repellam te ego,ne sacerdotio fungaris mihi. Quia oblita es mei,obliuiscar & ego filiorum tuorum. Gloriam eorum in ignominiā commutabo. Peccata populi mei comedent,& ad iniquitatem sublcuabunt animas eorum. Et erit sicut populus,sic & sacerdos. Dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio & ebrietas,& vinū auferunt cor. Spiritꝰ fornicationis decepit eos,& fornicati sunt a deo suo. Populus non intelligens vapulabit. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel.

Cap.5.

Attendite hoc sacerdotes quia vobiscum iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super montem. Victimas declinastis in profundum.

Cap.6.

In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite & reuertamur ad dominum, qa ipse cepit et sanabit nos, percutiet & curabit nos. Misericordiā volui & non sacrificium,et scientiam dei plus quam holocausta.
Ipsi autem sicut Adam præuaricati sunt. In domo israel vidi horrendum. ¶Cap.7.
Circundederunt eos adinuentiones suæ corā facie mea factæ sunt. Omnes adulterātes quasi clybanus succensus a coquente. Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit. Factus est Effraim quasi columba seducta non habens cor. Væ eis quoniam recesserunt a me. Vastabuntur quoniā prævaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia.&c.

Et receſſerunt a me, Et ego erudiui eos, & roboraui brachia eorum, & in me cogitauerunt maliciam. Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo. &c.

Cap. 8.

Ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. Ventum ſeminabunt & turbinē metēt

Cap. 9.

Noli lætari Iſrael & noli exaltari, quia fornicatus es a deo tuo. Non libabunt domino vinum, & non placebunt ei ſacrificia eorum. Profunde peccauerunt. Væ eis cum receſſero ab eis. Exoſos habui eos propter maliciam adinuentionū eorum, de domo mea eiiciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes principes eorum recedentes. Radix eorum exiccata eſt, fructum nequaquam facient. Abiiciet eos dominus deus meus. quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.

¶Cap. 10.

Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Confundetur Iſrael in voluntate ſua; Dicent montibus operite nos, & collibus cadite ſuper nos. Iuxta deſiderium meum corripiam eos. Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ, & innouate vobis nouale. Tempus requirendi dominum, cum venerit qui docebit vos iuſticiam.

¶Cap. 11.

Puer Iſrael & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum. Ego quaſi nutritius Effraim, portaui eos in brachijs meis, & neſcierunt quod curaui eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Populus meus pendebit ad reditum meum.

¶Cap. 12.

Iuxta vias eius, & iuxta aduentiones eius reddet ei. Miſericordiam & iudicium, & ſpera in deo tuo ſemper In manu prophetarum aſſimilatus ſum.

Cap. 13.

Ego dominus deus tuus, & ſaluator non eſt præter me

Saturati sunt & eleuauerunt cor suũ, & obliti sunt mei.
Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora eorum, & consumam eos vt leo.
Perditio tua Israel ex te, in me tantummodo auxiliũ tuum. Dabo tibi regem in furore meo. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.
Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne.

¶Capite. vlt. s. 14.

Conuertere ad dominum deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, & cõuertimini ad dominum & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Sanabo contritiones eorum, diligã eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis. &c.
Ero quasi ros. Israel germinabit q̃si lilium. Conuertent sedentes in vmbra mortis. Quis sapiens & intelliget ista, intelliget & sciet hæc? Quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in eis, præuaricatores vero corruẽt in eis.

¶Ioel habet Cap. III. Et loquitur de consumptione terræ per erucam, brucum, locustam, & rubiginem: de inductione ad pœnitentiam, & de iudicio futuro.

Caput primum.



Expergiscimini ebrii & flete, & vlulate õnes qui bibitis vinum in dulcedine. Cõputruerunt iumẽta in stercore suo.

Cap. 2.

Conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies domini, dies tenebrarum & caliginis. Similis ei nõ fuit a principio, & posi cum non erit. Ante faciem eius ignis vorans, & posi eum exurens flamma. A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam.

A facie eius contremuit terra, & moti sunt cæli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorẽ suum. Multa sunt nimis castra domini (id est, angeli sancti) fortia & facientia verbum eius. Magnus dies domini & terribilis valde. Et quis sustinebit eum? Nunc ergo hæc dicit dñs. Conuetimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & plãctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra. &c. Conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens et multæ misericordiæ, & prestabilis super malicia. Quis scit si ignoscat deus, et relinquat post se benedictionem. Sacrificium et libamen domino deo nostro. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes. &c. Exultate in domino deo vestro, qui dedit vobis doctorem iusticiæ. Non confundetur populus meus in sempiternum. Post hæc effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filij vestri et filiæ vestræ. (Istud Petrus allegat in actibus. &c) In monte Syon et in Hierusalem erit saluatio, et in residuis quos dominus vocauerit.

¶Cap. 3.

Nota de iudicio vltimo.

Congregabo omnes gentes, et deducam eos in vallem Iosaphat, et disceptabo ibi cum eis. Cito velociter reddam vicissitudinem super caput vestrum. Consurgãt et ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. &c. Et dominus de Syon rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, et mouebuntur cæli et terra, et dominus spes populi sui.

¶Amos complectitur Capita. IX. Et loquitur de sceleribus Iudæorũ & Gentiũ, de ira dei & vindicta super eos ventura: Inducit quoque ad pœnitentiam & prædicit finalem reparationem.

EPITO. EX AMOS

Cap. I.

DOminus de Syon rugiet, etcæ.

Cap. 2

¶Super tribus sceleribus Israel. et super quatuor non conuertam eum. pro eo quod vendiderit pro argento iustum et pauperem pro calciamento. Ecce ego stridebo subter vos sicut stridet plaustrum onustū fœno, et peribit fuga a veloce, et fortis non saluabit animam suam.

¶Cap. 3.

¶Visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit. Quia non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus loquutus est, quis non prophetabit? Nescierunt facere rectum dicit dñs, thesaurizantes impietatem.

¶Cap. 4.

¶Iurauit dominus in sancto suo quia ecce dies veniēt super vos et leuabūt vos in contis, et reliquias vestras in ollis feruētibus, et per aperturas exibitis altera cōtra alteram et proiciemini in Arnon dicit dominus. Præparare in occursum dei tui Israel, quia ecce formans mentes et creans ventum, et annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, etc. Dominus exercituum nomen eius.

¶Cap. 5.

¶Domus Israel cecidit, non adiiciet vt resurgat. Faciens arcturum et orionem, conuertens tenebras in mane, et diem nocte mutans. Qui vocat aquas et effundit eas super faciem terræ, dominus nomen eius. Odio habuerunt corripientem, loquentem perfecte abominati sunt. Cognoui multa scelera vestra, et fortiora peccata vestra. Nunquid hostias et sacrificium obtuliſtis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? etcæt. (Istud inducit Stephanus in actibus Apostolorum.

Cap,6.

Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Iurauit dominus deus in anima sua, detestor ego superbiam Iacob, & domus eius odi. Væ qui lætamini in nihili, qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua, qui conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium &c.

Cap.7.

Domine deus propicius esto, & quiesce obsecrò. Non sum propheta, & non sum filius prophetæ.

Cap.8.

Venit finis super populum meum Israel, non adijciam vltra vt pertranseam eum. Iurauit dominus, si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Ecce dies veniunt dicit dominus, & emittam famem in terrã, non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbum dei &c.

Cap,9.

Qui ædificauit in cælo ascensionem suam &c. In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit & reædificabo aperturas eius &c. (Nota istud allegat apostolus Iacobus in actibus apostolorum, tamen secundum translationem septuaginta interpretum.

Abdias vnicum habet caput, Et loquitur de comminatione & destructione Aedon & Esau.

SVperbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum. Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. Omnes viri fœderis tui, illuserunt tibi &c. Qui comedunt tecum, ponent insidias subter te. Propter iniquitatem in fratrem tuum operiet te confusio, & peribis in æternum. Sicut feci sti fiet tibi. Ascendent saluatores in montem Syon iudicare, & erit domino regnum.

Ionas continet Cap. IIII. Et loquitur de naufragio Ionæ, & in hoc Christi passionem præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat, atque sub nomine Niniuæ salutem gentium præfigurat.

Cap. I.

QVid tu sopore deprimeris? Surge & inuoca deum tuum, si forte cogitet deus de nobis & non pereamus.

Cap. 2.

Præparauit dominus piscem grandem & erat Ionas in ventre piscis tribus diebꝰ & trib. noctibus. Dixit Ionas, Clamaui ad dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me. Subleuabis de corruptione vitam meam domine deus meus. Cum angustiaretur in me spiritus meus, domini recordatus sum. Qui custodiunt vanitates frustra miam suam derelinquūt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi quæcunque voui reddam domino pro salute. Et dixit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.

Cap. 3.

Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et crediderunt Niniuitæ domino & operti sunt saccis &c. Quis scit si conuertatur & ignoscat deus, & reuertatur a furore iræ suæ, & non peribimus. Et vidit deus opera eorum & misertus est.

Cap. 4.

Et nunc domine, tolle quæso animam meam, quia melior est mihi mors quam vita. Putasne bene iraseris tu?.

Micheas habet Cap. VII. Et prædicit Samariæ deuastationem & cap-

tiuitatem, atque interitum principum Israel & pseudoprophetarum & de ingratitudine & malicia eorundem.

Cap. I.

FAciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum, quia desperata est plaga eius.

Cap. 2.

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, quoniam contra dominum est manus eorũ, Hæc dicit dominus. Ecce ego cogito super familiam istam malum vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. Nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur Dixit Micheas. Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendatium potius loquerer. Congregatione congregabo te Iacob totum &c. (Inquire in textu & expositionem scrutare.

Cap. 3.

Nunquid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, qui comedunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt, Tunc clamabunt ad dominum & exaudiet eos sicut nequiter egerunt, &c. Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, virtute & iuditio, vt annunciem Israel scelus & peccatum suũ. Audite hæc q abominamini iudiciũ & recta peruertitis

Cap. 4.

Et erit in nouissimo dierum, erit mons domus domini præparatus in vertice montium &c. (Nota istud habetur supra in Esaia, quære ergo & inspice vtrobique textum ac sensum) Nos ambulabimus in nomine dei nostri inæternum & vltra. Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion, ad te veniet potestas prima regnum filiæ Hierusalem. Nunc quare mœrore consumeris, Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem.

Cap. 5.

Nota in isto de duplici Christi natura ac generatione æterna. Item nota totum capitulum, quoniam pulcherrimum est. ¶ Et tu Bethlehem Effrata, paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Et stabit & pascet in fortitudine domini, & conuertētur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ in medio vniuersæ terræ. Et erit iste pax Assyrius cum venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.

Cap. 6.

Iudicium domini cum populo suo. Populе meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, respondе mihi &c. Quid dignum offeram domino. Curuabo genu deo excelo. Nunquid offeram ei & holocaustomata. Nunquid placari potest dominus in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum pinguium. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam & solicitum ambulare cum deo tuo. Salus erit timentibus nomen tuum domine.

Cap. 7.

Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Præcoquas ficus desiderauit anime mea. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Vir fratrem suum venatur ad mortem. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui quia filius contumeliam facit patri & c. Inimici hominis domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam, & expectabo deum saluatorem meum. Audiet me deus meus. Ne lætеris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam. Cum sedero in tenebris dominus lux mea est. Iram domini portabo quia peccaui ei, donec causam meam iudicet.

Et deducet me dominus in lucem, & videbo iusticiam eius. Et aspiciet me inimica mea, & operietur confusione quæ dicit ad me, Vbi est deus tuus. Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ. Videbūt gentes & confundentur super omni fortitudine sua. Non immittet dominus vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

Naum habet Cap. III. Et loquitur de ira dei & vindicta graui contra Niniuen, qui ad prædicationem Ionæ pœnitentiam egerunt de peccatis, & postea fuerunt peccatis maioribus inuoluti. Cap. I.

DEus æmulator & vlciscens dominus. Vlciscens dominus & habens furorem, vlciscens in hostes suos. Dominus in tempestate & turbine viæ eius. Increpans mare & exiccans illud. Ante faciem indignationis eius quis stabit, & quis resistet in ira furoris eius. Bonus dominus & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se, Quid cogitatis contra dominum, consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio. Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

Cap. 3.

Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas.

Abacuc continet Cap. III. Et loquitur de disputatione, quam propheta fecit cum deo & hoc mundo: & quomodo iusti conculcātur, & prosperantur iniqui. Cap. I.

VSquequo domine clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis Quare non respicis contemptores & taces conculcante impio iustiorem se. Propter hec lacerata est lex. Quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Nunquid non a principio domine deus meus, sancte meus, & nõ moriemur. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non potes. Quare nõ respicis super inique agentes, & taces deuorante impio iustiorem se.

Cap. 2.

Super custodiam meam stabo, & figam gradũ meũ super munitionem & contemplabor. Vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Apparebit dominus in finem & non mentietur, si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in sua fide viuet. Quõ vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, & non decorabitur. Qui dilatat quasi infernus animam suam & ipse quasi mors, & non adimplebitur. Væ ei qui multiplicat non sua. Vsquequo aggrauat contra se lutum densum. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Dominus autem in templo sancto suo, fileat a facie eius omnis terra.

Cap. 3.

Domine audiui auditionem tuam & timui &c. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo &c. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem.

Sophonias habet Cap. III. Et loquitur de iudicio dei contra Iudæos & gentes & de consolatione Israel.

Cap. I.

RVinæ impiorum erunt', & dispergam eos a facie terræ dicit dominus. Disperdam eos qui auertuntur de post tergum domini dicit dominus, & qui non exquisierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. Silete a facie domini dei, quia iuxta est dies domini. Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur, & qui compleuit domum dei sui iniquitate & dolo. Et erit in tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Ambulabũt vt cæci, quia domino peccauerunt. In igne zeli domini deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet dominus cunctis habitantibus terram.

Cap. 2.

Quærite dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati. Quærite iustum, quærite mansuetum, si quo mõdo abscondamini in die furoris domini, Horribilis dominus super impios, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum viri de loco suo omnes insulæ gentium.

Cap. 3.

Expecta me dicit dominus in die resurrectiõis meæ in futurũ &c ⌊ Quare totũ istud, quia de Christo exponitur resurgẽte ⌋ Lauda filia Siõ iubila Israel, exulta in omni corde tuo filia Hierusalem, Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos rex Israel, Domi

nus in medio tui, non timebis malum vltra. Nolite timere, non dissoluantur manus vestræ. Dominus deus in medio tui fortis, ipse saluabit. Gaudebit super te dominus in lętitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude.

Aggæus habet Cap. II. Et prædicit reuersionem Iudæorum, de reædificatione tẽpli, ac ciuitatis renouatione Cap. I.

POnite corda vestra super vias vestras.

Cap. 2.

Spiritus meus erit in medio vestri, nolite timere. Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes. Et veniet desyderatus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ dicit dominus Et in loco isto dabo pacem. (Nota de Christi aduentu prophetiam euidentem atq; pulcherrimam. Loquitur autem propheta de domo facta per Zorobabel.) Percussi vos vẽto vrente, & erugine & grãdine, & non fuit in vobis q reuerteret ad me dicit dñs. In die illo dicit dñs assumam te Zorobabel fili Salatiel serue meus dicit dominus. Et ponam te quasi signaculum, quia te elegi dicit dominus exercituum.

Zacharias habet Cap. XIIII. Et loquitur de liberatione Iudæorum & de vindicta contra inimicos eorum, de humilitate aduẽtus Christi & passione eiusdem. Cap. I.

HEæc dicit dñs exercituum. Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Ne sitis sicut patres vestri

Conuertimini de viis vestris malis, & cogitationibus vestrrs pessimis dicit,dominus. Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas dicit dominus. Reuertar ad Hieruſalem in miſericordijs.

Cap.2.

Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur,& alius angelus egrediebatur in occurſum eius,& dixit ad eum. Curre,loquere ad puerum iſtum,dicens: Abſque muro habitabitur Hieruſalem. Hæc dicit dominus exercituum,Poſt gloriam miſit ad me gentes quæ ſpoliauerunt vos. Qui tetigerit vos,tanget pupillam oculi eius, & cognoſcetis quia dominus exercituum miſit me. Lauda & lętare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, ait dominus, & applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum,& habitabo in medio tui, & ſcies quia dominus exercituum miſit me ad te. (Nota.In verbis iſtis dicit dominus exercituum ſe mixti a domino exercituum,in quo tangitur pluralitas perſonarū ac Chriſti diuinitas) Sileat a facie domini omnis caro,quoniam conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.

Cap.3.

Dixit dominus ad Satan, Increpet in te dominus Satā, & increpet dominus in te. (Nota hic dicitur ter dominus ad deſignandum in ſimplici deo perſonalem trinitatem. Ecce ego adducam ſeruum meum orientem(id eſt,Chriſtum)Item oriens id eſt, Meſſias ſecundū tranſlatione chaldaicam. Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt, Ecce ego celabo ſculpturam eius ait dominus, & auferam iniquitatem terræ illius in vna die. (Nota in Chriſto lapide angulari ſunt ſeptē dona ſancti ſpiritus. Item ſpiritus ſanctus formauit ſculpturam id eſt, corpus eius,& in die Paraſceues abſtulit Chriſtus mundi peccata.

Cap.4.

Non in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritu meo dicit dominus exercituum. Iſti ſunt duo filij dei, qui

assistunt dominatori vniuersæ terræ.

Cap.6.

Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum domino, & ipse portabit gloriam & sedebit & dominabitur in solio suo, & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter duos illos, (quia in Christo pagani & iudæi in vna fide congregati sunt. Item hæc prophetia in Christo impleta est, qui ædificauit templum, id est ecclesiam, & dominatur in militanti & c.

Cap. 7

Iudicium verum iudicate, & misericordiam et miserationes facite vnusquisq; cũ fratre suo, et malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Noluerunt attendere & auerterunt scapulas recedentes & aures suas aggrauauerunt ne audirent legem. Cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem.

Cap.8.

Zelatus sum Sion zelo magno dicit dominus. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum me ad iracundiam &c. Veritatem tantum et pacem diligite. Ibimus vobiscum. Audiuimus enim, quoniam dominus vobiscum est.

Cap.9.

Exulta satis filia Sion iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator. Ipse pauper et ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ, & loquetur pacem gentibus. Potestas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad fines terræ. Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. (Christus enim eduxit patres de lymbo.) Quid bonum domini & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Istud intelligitur de corpore et sanguine Christi.

Cap.10

Pete pluuiam a domino, in tempore serotino. Super

pastores iratus est furor meus ait dominus.

Cap. 11.

Benedictus dominus, diuites facti sumus. Dixi, si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam, & si non, quiescite. Et apprehenderunt mercedem meã triginta argenteos. Et dixit dominus ad me. Proijce eos ad statuarium. Decorum precium, quo appreciatus sum ab eis. (Nota de Christi venditione. Nota in isto capitulo de malo pastore quid faciat &c.) O pastor & idolum derelinquens gregem. Brachium eius ariditate siccabitur &c.

Cap. 12.

Dixit dominus extendens cælum & fundans terram & fingens spiritum hominis in eo. Et erit qui offenderit ex eis in die illa, id est tempore gratiæ, quasi Dauid & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eorum. [Istud dicit propheta ad designandum magnitudinem misericordiæ dei tempore Christi & gratiæ] [Effundam super domum Dauid spiritum gratiæ & precum. Aspicient ad me quem cõfixerunt, & plagent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebũt super eum sicut doleri solet in morte primogeniti.

Cap. 13.

[Nota de fonte baptismi.] In die illa erit fons patens domui Dauid id est, ecclesiæ Christi, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. In die illa dicit dominus disperdam nomina idolorum de terra. Non sum propheta, homo agricola ego sum, Et dicentei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum. Et dicet. His plagatus sum in medio eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, id est CHRISTVM, & super virum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Ducam eos per ignem, & vram eos sicut vritur argentum & probabo eos sicut probatur aurum,

& ego exaudiam eos & dicam, populus meus es, et ipsi dicent, dominus deus meus. ¶Cap.14.
Stabunt pedes domini in die illa super montem oliuarū qui est contra Hierusalem. (Nota in isto capitulo multa pulcherrima & difficilia, etiam aliqua de Antichristo.) Veniet dominus deus meus, omnesque sancti eius cum eo. Et erit in die illa non erit lux, sed frigus et gelu. Erit dies vna quæ nota est domino, non dies neq; nox. &c. & in die illo exibunt aquæ viuæ de Hierusalem, &c. In die illa erit dominus rex super omnē terram. In die illa erit dominus vnus, & nomē eius vnū

¶Malachias habet Capita .IIII. Et loquitur de abiectione populi iudæorum, & sacrificiorum eius: & de aduentu Christi.

Caput primum.

DIlexi vos dicit dñs. Nonne frater erat Esau Iacob? Et dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Filius honorat patrē, & seruus timet dñm suū. Si ergo pater ego sum, vbi ē honor meus? Et si dñs ego sum vbi est timor meus dicit dominus.
Ad vos o sacerdotes q despicitis nomen domini. Et nunc deprecamini vultum domini, vt misereatur vestri, si quo modo suscipiat facies vestras.
⌊Nota de sacrificio nouæ legis⌋ Non est mihi voluntas in vob dicit dñs exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis magnū est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offert nomini meo oblatio mūda, qa magnū est nomen meū in gentibus dicit dñs exercituū. Maledictus dolosus, qa rex magnus ego sum dicit dominus, & nomē meum horribile in gētibus. ¶Cap.2.
Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est.

Vos autem recessistis de via, & scãdalizastis plurimos in lege. Propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populis. Nunquid non pater vnus omnium nostrum, nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque vr̃m fratrem suũ, violans pactum patrum nostrorum. Disperdat dominus virum qui fecit hoc. Custodite ergo spiritum vestrum, & nolite despicere. Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris in eo quod dicitis. Omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini, & tales ei placent, aut certe, vbi est dies iudicij?

¶Cap. 3.

(Nota de præcursore, aduentuque Christi.) Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Et quis poterit cogitare diem aduentus ei⁹ aut qs stabit ad vidẽdum eum? Ipse enim quasi ignis cõflans. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & q calumniantur & opprimunt nec timuerunt me dicit dñs. Ego dominus & non mutor. Reuertimini ad me & reuertar ad vos dicit dominus exercituum. Si affiget homo deum quia vos configitis me dicit dominus. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea ait dominus. Inualuerunt super me verba vestra dicit dominus. Et dixistis. Vanus est qui seruit domino, & q̃d emolumẽtum qa custodimus p̃cepta eius, & qa ambulauimus tristes coram dño. ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt, &c. Parcam timentibus me dicit dominus, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.

¶Cap. 4

Conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impiũ, & inter seruiẽtem deo et nõ seruientem ei. Ecce dies veniet succensa q̃si caminus, et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniẽs dicit dñs, q̃ non derelinquet eis radicẽ. Orieť vob̃ timẽtib⁹ nomen meũ sol iusticię et sanitas in

pennis eius. Egrediemini & salietis quasi vitulus de armento, & calcabitis impios in die q̄ ego facio dicit dominus. (Nota de Heliæ aduentu ante finem mundi.) Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis, et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.

Machabeorum liber I. habet capita XV. Et agitur in eo de prælijs inter Hebræorum duces & gentem Persarum: & de liberatione populi sub Mathathia, Iuda, Ionatha & Simone

Capite primo.

REgnauit Alexāder annis duodecim et mortuus est. Exijt ex pueris eius radix peccati Antiochus illustris filius Antiochi regis q̄ fuerat Romę obses. Scd'm gloriam eius multiplicata ē ignominia eius. Aedificauit Antioch⁹ rex abominādū idolum desolationis super altare dei. Multi de populo Israel elegerunt magis mori, quam cibis coinquinari immūdis.

¶ Cap. 2.

Mathathias habebat filios q̄nq̄, Ioānam, Simonē, Iudā Machabeū, Eleazarū, & Ionathā Dixit Mathathias. Heu mihi vt qd natus sum videre contritionē populi mei et ciuitatis sanctæ? Ecce sancta nostra & pulchritudo nostra, & claritas nr̄a desolata est. Quæ erat libera facta ē ancilla. Propicius sit nobis deus, non est nob̄ vtile relinq̄re legem & iusticias dei. Omnis qui zelum habet legis exeat post me. Moriamur omnes in simplicitate nostra & testes sup nos erūt cælum terra (Nota q̄d Iudęi male bāt occidi, q̄ in die sabbati inimicis pūgnādo resistere.) Nunc ergo filij ęmulatores estote legis, et date animas vestras p̄ testamento patrum, & mementote operū patrū q̄ fecerunt, & accipietis gloriam magnam, et nomē

ęternũ Abrahã noĩe in tentatione inuentus est fidelis,& reputatum est ei ad iusticiam. Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit mandatum, & factus est dom us Aegypti. Daniel in sua simplicitate, liberat⁹ est de ore leonum. Omnes qui sperant in domino non infirmãtur. A verbis peccatoris ne timueritis,quia gloria eius stercus et vermis. Hodie extollitur & cras non inuenitur,quia cõuersus est in terrã suam, & cogitatio eius periit. Ecce Simon frater vester, scio quod vir consilij est,ipsum audite semper,& ipse erit vobis pater. Et Iudas Maccabæus fortis viribus a iuuentute sua,sit vobis princeps militiæ. (Hæc omnia sunt verba Mathiæ cum alijs quæ habentur in isto capitulo quæ sunt valde notabilia,quære ergo.&c. Nota pręconia Iudæ Maccabæi

Cap.3,

Surrexit Iudas Maccabæus pro patre. & adiuuabãt eũ omnes fratres eius,& qui se coniunxerant patri eius,& præliabantur prælium Israel cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo suo, & induit se loricam sicut gygas, & accinxit se arma bellica sua in prælijs. Similis fact⁹ est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiés in venatione,& persequut⁹ est iniquos,et q̃ turbabant populum suum succendit flammis, & omnes operãtes iniquitatis conturbati sunt, & in sęculum memoria eius in benedictione. Et nominatus est vsque ad nouissimũ terræ, et cõgregauit pereuntes. Dixit Iudas. Nonẽ differentia in conspectu dei cæli liberare in multis & in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Accingimini & estote filij potentes (ait Iudas)& estote parati vt pugnetis, quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ & sanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cælo sic fiat.

¶Cap.4.

Dixit Iudas. Impetum inimicorum ne formidetis. Memẽtote q̃liter salui facti sunt patres nri. Et nunc clamemus in cęlũ, & miserebitur nostri deus noster.

Non concupiscatis spolia quia bellum contra nos est, sed state nunc contra inimicos, &c. Deijce domine inimicos gladio diligentium te. Dixit Iudas & fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendam⁹ nunc mundare sancta & renouare. Et ascenderunt in montē Syon, &c.

¶Cap. 5.

¶Conuenit Iudas & fratres eius & ecclesia magnacogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erant, &c. Erat Iudas congregans extremos, & hortabatur populum per totam noctem.

¶Cap. 6.

¶Vocauit Antiochus rex omnes amicos suos & dixit Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corde corrui præ solicitudine, & dixi in corde meo. In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristiciæ, q iocundus eram & dilectus in potestate mea. Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ & mori ad acuendos eos in prælium. (Nota in hoc loco multa de robore elephātorum, & de audacia Eleazari filij Saura qui pro populo suo supposuit se elephanto, &c.)

¶Cap. 7.

¶Satis agebat īpius Alchimus, ꝑ principatu sacerdotij sui, &c.

¶Cap. 8.

¶Possederunt Romani omnem locum consilio suo & pacientia. (Nota in isto capitulo multa de Romanis.)

¶Cap. 9.

¶Ait Iudas. Si appropinquauit tempus nr̄m, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Et ingrauatum est præliū, & multi ceciderunt, & Iudas cecidit, & cæteri fugerūt. (Nota postq̄ inijt pactū cū Romanis occisus est Iudas) Cætera verba Iudæ, bellorꝝ & virtutum quas fecit, nō sunt descripta. Multa enim erant valde, &c.

¶Cap. 11.

¶Occidebāt tria milia Iudæorꝝ, cētū milia in die illa & liberauerūt regē Demetriū.

¶Cap. 12

¶Habemus solatio sctōs libros q sunt in manib. nr̄is

¶Cap.13.

¶Nunc non mihi contingat parcere animæ meæ pro fratribus in omni tempore tribulationis. Occidit Triphon, Ionathan, & duos filios eius.

¶Cap.14.

¶(Nota de Simone fratre Machabæi.) Confirmauit Simon omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit, & abstulit omne malum & iniquum. Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum. Et quæsiuit bona gentis suæ, & placuit eis potestas eius & gloria cunctis diebus.

¶Cap.11. & vlt.

¶Auxilium de cælo vobiscum sit. Ptolomeus socer Simonis, occidit Simonem & duos filios eius.

Machabæorum liber. II. habet Cap. XV. Et recapitulantur in eo quædam in primo libro dicta: deinde agitur de tribulatione populi, de constantia septem fratrum & matris eorum, & de liberatione populi per Iudam Machabæum.

Caput. I.

BEnefaciat vobis deus, & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem, corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua & in præceptis suis & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras & reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo. Orauimus ad dominum, & exauditi sumꝰ. (Nota in isto capitulo de igne absconso in puteo tempore captiuitatis Babylonicæ.) De magnis periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi. Per omnia benedictus qui tradidit impios. (oratio Neemiæ.) Domine deus omnis

creator terribilis & fortis, iustus & misericors qui solus es rex bonus, solus præstans, solus iustus omnipotens, & æternus, custodi partem tuam & sanctifica. Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia, constitue populum tuum in loco sancto tuo.

¶Cap. 3

¶Facies & color immutatus, declarauit animi internum dolorem. Ipse qui habet in cælis habitationem visitator & adiutor est loci sui.

¶Cap. 4.

¶In leges diuinas impiè agere, impune non cedit. (Nota in isto capitulo de laude Oniæ pontificis.)

¶Cap. 5.

¶Contigit per vniuersam Hierosolymorum ciuitatẽ videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordinem digestos & congressiones fieri, &cætera. (Nota in textu istam visionem.) Erant autem toto triduo in Hierusalem octoginta milia ab Antiocho interfecti, quadraginta milia vincti, non minus autem venundati. Verum non propter locum gentem, sed propter gentẽ locum dominus elegit. Qui derelictus est in ira dei oĩ potentis, iterum in magna dei reconciliatione cũ summa gloria exaltabitur. Existimauit se Antiochus rex præ superbia terram quidem ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. Iudas autem Machabæus secessit in desertum locum, ibiq; inter feras vitam in montibus cũ suis agebat, & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

¶Cap. 6.

¶(Nota isto capitulo, quomodo deus electos in præsenti punit require in textu, &c.) Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Eleazarus ætate prouectus, glorioſissimam mortẽ magis quam odibilem vitam complectens voluntarie pi-

bat ad supplicium. Destinauit enim non admittere il licita propter vitæ amorem . Cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ dignam eminentiam,& ingenuam nobilitatis caniciem Non enim ætati nostræ dignum est fingere,vt multi adolescentium decipiantur . Domine qui habes sanctam scientiam,manifeste scis,quia duros corporis sustineo dolores secundum animam vero propter timorem tuum, libēter hæc patior.

Cap.7.

Parati sumus magis mori,quam patrias dei leges p̄uaricari. (Nota in isto capitulo de martyrio fratrum Machabæorum,& matris eorum,& verbis eorū,|&c.) Rex mundi deus defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. De cælo ista possideo,sed ꝓpter dei leges nunc hæc ipsa despicio. Potestatem inter homines habes,cum fis corruptibilis facis quod vis,sed sustine & videbis,qualiter deus tetorquebit. Peto nare vs aspicias ad cælum & terram,& ad omnia q̄ in eis sunt,& intelligas , quia ex nihilo fecit illa deus,ita fiet vt non timeas carnificem istum. Tu ꝯo q̄ inuentor omnis maliciæ effectus es,non effugies manum dei. Tu aūt o sceleste & flagitiosissime,noli frustra extolli. Nondum em̄ omnipotentis dei & omnia inspicientis iudicium effugisti, tu ꝯo iudicio dei, iustas superbiæ tuæ pœnas exolues.

Cap.8.

Ira dei in misericordiam conuersa est. Nos aūt in oipotenti deo confidimus , qui' potest nos & vniuersum mundum vno nutu delere

Cap . 9.

Iustum est subditum esse deo,& mortalem non paria deo sentire. Orabataūt sceleſtus Antiochus dn̄m,a quo non esset misericordiam consequuturus . Si bene valetis maximas agimus gratias.

Cap. 10.

(Nota capitulo decimo de q̄nq; viris de cælo apparentibus & succurrentibus Iudæ Machabæo& suis,&c.)In hymnis & confessionibus benedicebant dominum, qui

magna fecit in Israel,& victoriam dedit illis.

Cap. 11.

(Nota in isto capitulo etiam de apparitiõe, etc.)Ibãt prompti de cælo habentes adiutorem et miserantẽ eos dominum. Si bene valetis,sic est vt volum⁹,sed et nosipsi bene valemus.

Cap.12.

Fortissimus Iudas collatiõe facta duodecim milia dragmas argenti misit Hierosolymam,etc. Sancta ergo et salubris cogitatio pro defunctis exorare,etc.

Cap.14.

(Nota hic de Razia qui se virtuose occidit, etcæte.) Tu dñe vniuersitatis q̃ nullam habes indigentiam voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nũc sancte sanctorum omnium domine, cõserua domũ istã impolluta̅m.

Cap.vlt.f.15

Machabæus aũt confidebat semp cũ omni spe auxilium sibi a deo affuturũ,et hortabat suos ne formidarẽt, sed sperarent ab omnipotente sibi futurã victoriã,et al loquutus est eos de lege et,pphetis. Iudas singulos armauit,non hasta et clypeo,sed sermonib⁹ optimis et exhortationibus. (Nota hic de apparitione Oniæ,et Hieremiæ,pphetæ facta Iudæ) Onias sacerdos vir bonus et benignus,verecundus visu,modestus moribus,et eloquio decorus,a puero in virtutibus exercitatus fuit. Hic est fratrum amator q̃ multum orat,p populo Hieremias,ppheta dei. Et dedit Iudæ Machabæo gladiũ aureum dicens. Accipe sctm̃ gladiũ munus a domino q̃ deiicies aduersarios Israel. Dominator cælorum mitte angelum tuum bonum ante nos, in timore et tremore magnitudinis brachij tui. Iudas aũt et q̃ cum eo erãt manu quidem pugnabant dominum autem cordibus exorabant. Sicut vinum semper bibere, aut semper aquam contrarium est,alternis autem vti delectabile,ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Iudas per omnia corpore et animo mori pro ciuibus paratus erat,

NOVI TESTAMENTI EPITOME.

Matthæus habet Cap. XXVIII. Et agitur in eo principaliter de Christi humanitate.

Caput. I.



Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham, &c. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus. (Nota quod Lucas dicit Ioseph esse filium Heli, ergo quære concordiam.) Dixit angelus ad Ioseph. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

¶Cap. 2.

¶Per aliam viam reuersi sunt magi in regionem suam.

¶Cap. 3.

¶Dixit Ioannes baptista. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos, etc. Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere a futura ira. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. Christus congregabit triticum in horreum suum, paleas autem combureт igne inextinguibili. Respondens Iesus Ioanni dixit. Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iusticiam. (Nota hic de baptismo Christi, et de descensu spiritus sancti in eum, ac voce paterna. Hic est filius meus dilectus, etcæt.)

¶Cap. 4.

Ductus est Iesus in desertum vt tentaretur a diabolo, &c. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Non tentabis dominum deum tuum. Ecce angeli accesserunt & ministrabant ei (.i.Christo.) Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam,&cæ. Circuibat Iesus sanans omnem languorem,& omnem infirmitatem in populo.

¶Cap.5

¶Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persequutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnū cęlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines,& persequuti vos fuerint,& dixerint omne malū aduersum vos mentientes propter me.

Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Vos estis sal terræ. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera,& glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Non veni soluere legem sed implere. Donec transeant cælum & terra, vnus apex non præteribit de lege. Qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiēs aduersario tuo, dum es in via cum eo. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te,&c. Omnis qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis fa

cit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Ego dico vobis non iurare omnino, neq; per cælum, neque per terram, neq; per caput tuum, &c. Sit aũt sermo vester est est, non non. Quod his abundantius est, a malo est. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, p̃be ei & alteram. Qui vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, &c. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vobis, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, & pater tuus qui videt in abscõdito reddet tibi. ¶Cap. 6.

¶Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, q̃ amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum, & clauso ostio, ora patrem in abscondito. Orantes autem nolite multum loqui, scit enim pater vester quid opus sit vobis antequam eum petatis. Sic ergo orabitis. Pater noster, &c. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo et tinea demolitur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totũ corpus lucidũ erit. Nemo potest duob. dñis seruire. Non potestis deo seruire & mammonæ. Ne soliciti sitis animæ vestræ q̃d manducetis, neq; corpori vestro q̃d induamini. Respicite volatilia cæli q̃m non serunt neq; metunt, & p̃r vester cælestis pascit ea. Scit eñ pater vester cælestis, q̃a his omnibus indigetis; Quærite ergo primum

regnum dei & iusticiam eius, & hæc omnia adijcient̃ vobis. Nolite soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicit⁹ est sibijpsi. Sufficit diei malicia sua.

¶Cap. 7.

¶Nolite iudicare vt non iudicemini. Qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Quid vides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo nõ vides? Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucã de oculo fr̃is tui. Nolite sctm̃ dare canib. neq; margaritas vr̃as añ porcos, ne cõculcẽt eas pedib. suis. Petite et dabit̃ vob̃, q̃rite et inuenietis, pulsate et apietur vobis. Omnis em̃ q petit accipit, et q q̃rit ĩuenit, et pulsanti apietur. Omnia q̃cunq; vultis vt faciãt vobis hoĩes, ita et vos facite illis. Hæc est enim lex et ꝓphetæ. Intrate ꝑ angustã portã, qa lata et spaciosa est via q̊ ducit ad ꝑditionem, et multi inueniunt eã. Quam angusta porta et arcta via q̃ ducit ad vitam, et pauci inueniũt eã. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala aũt arbor, fructus malos facit. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cæloꝝ sed qui facit voluntatem pr̃is mei qui in cælis ẽ. Multi dicent mihi in die illo. Dñe dñe nonne in noĩe tuo ꝓphetauimus, etc. Oĩs qui audit ꝟba hæc et facit ea assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domũ suã supra petram. Et omnis qui audit verba hæc et non facit ea, similis erit viro stulto qui ædificauit domũ suam supra arenam, &c. Erat Iesus docens sicut potestatem habens, nõ sicut scribæ & Pharisæi.

¶Cap. 8.

¶Dñe si vis potes me mundare. Dixit Iesus leproso curato. Vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, &c. Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic ꝟbo, & sanabit̃ puer meus. (Hæc sunt ꝟba centurionis) Filij regni eijciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Dixit Iesus discipulo, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Domine salua nos perimus. Quid timidi estis modicę fidei. Imperauit Iesus ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Dæmones rogabant Iesum dicentes. Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. (Ecce quam nihil possunt diaboli nisi permissi.) Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Nunquid possunt filij sponsi lugere, quam diu cum illis est sponsus. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt. Dixit Iesus, Puella surge, & statim surrexit a mortuis. Miserere nostri fili Dauid. Secundum fidem vestram fiat vobis. Messis quidem multa, operarij vero pauci, rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

¶Cap. 10.

¶Dedit Iesus duodecim discipulis potestatem spirituum immundorum & vt curarent omnem languorem, & misit eos dicens. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum nec calciamenta, &c. Intrantes in domum, salutate ea dicentes. Pax huic domui, &c. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis, &c. Eritis odio omnibus hominib⁹ propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Nihil opertum quod non reuelabitur, & occultum quod non sciatur. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui habet potestatem & animam & corpus perdere in gehennā ignis. Nōne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadit super terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Non veni pacem mittere in terram sed gladium. Veni enim ho-

minem separare a patre, etcæt. inimici hominis domestici eius (in Michea propheta) Qui amat patrem aut matrem aut filium plus quam me, non est me dignus, Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, aut iustũ in nomine iusti, mercedem prophetæ & iusti accipiet Qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, amen dico uobis, non perdet mercedem suam

¶Cap. 11.

¶Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Inter natos mulierum, non surrexit maior Ioãne baptista. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Cecinimus vobis & non saltastis lamentauimus & non planxistis. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax, & potator vini, & peccatorum & publicanorum amicus, &c. (Nota in textu istam parabolam.) Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibss, et reuelasti ea paruulis. Ita pater, quia sic placitum fuit ante te. Oñia mihi tradita sunt a patre meo. Nemo nouit patrem nisi filius, neque filium quis nouit nisi pater & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue.

¶Cap. 12.

¶Dominus est filius hominis etiam sabbati. Ecce puer meus quem elegi, etc. (Nota istum passum in textu, qui habetur Esaiæ. 42.) Omne regnum contra se diuisum desolabitur, etcæte. Qui non est mecum contra me est. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, nõ remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, etc.

Ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis. Omne verbum ociosum quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. (Nota hic de figura Ionæ prophetæ in ventre piscis, &c.) Quicunq; facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. ¶Cap. 13.

¶Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructũ aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimũ. Qui habet aures audiendi audiat. Qui habet dabitur ei & abundabit, qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. (Nota hic allegationem Esaiæ de excæcatione Iudæorum, &c.) Vestri beati oculi quia vidẽt & aures quia audiunt. Hic est qui verbum dei audit, & cum gaudio suscipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & p̃sequutione propter verbum, continuo scandalizatur, &c. (Nota in isto capitulo de differentia eorum qui audiunt verbum dei.) Inimicus homo hoc fecit. Sinite vtraq; crescere vsque ad messem &c. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, &c. Tunc fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorum. In consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c. Vnde huic sapientia hæc & virtutes. Dixit Iesus. Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. ¶Cap. 14.

¶Ascendit Iesus in montem solus orare. Venit Iesus ad discipulos ambulans super mare, &c. Modicæ fidei quare dubitasti? Quicunq; tetigerunt fimbriam vestimenti Iesu, salui facti sunt, &c.

¶Cap. 15.

¶Quare vos transgredimini mãdata dei, p̃p traditionẽ vr̃am? Populus hic labr̃is me honorat, cor aũt eorũ longe est a me. In vanũ aũt colunt me, &c. Non q̃d intrat in os coinq̃nat hominẽ, sed q̃ p̃cedunt de ore, hæc coinquinant hominem. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis eradicabitur. Sinite illos

Cæci sunt, duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Adhuc et vos sine intellectu estis? Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Miserere mei domine fili Dauid. Non est bonum sumere panem filiorũ & mittere canibus. Catelli edunt de micis. &c.

Cap. 16.

(Nota increpat Iudæos quod non aduerterunt ex prophetis, maxime ex Daniele, tempus sui aduentus. &c.) Ait Iesus Pharisæis. Faciem cæli iudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater. Præcepit Iesus discipulis ne dicerent quod ipse esset Christus. Vade post me. Non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ sunt hoim. Scandalum es mihi. Si qs vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucret, aiæ vero suæ detrimentum paciatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima sua?

¶Cap. 17.

Transfiguratus est Iesus ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol. &c. Domine bonum est nos hic esse. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipsum audite. Helias venturus est, & restituet omnia. (Nota de Heliæ futuro aduentu.) Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Cap. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regnum cælorum. Qui autem scandalizauerit vnum ex his pusillis, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vę mũdo ab scandalis. Necesse ẽ eñ vt scandala veniant. Veruntamẽ vę hõi illi, p quem scandalum venit. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis, quia angeli eorum in cælis semp vident faciem patris mei. Nõ est voluntas añ pr̃em, vt pereat vn⁹ ex istis pusillis Si aũt peccauerit i te frater tu⁹, vade et corripe eũ inter

te & ipsum solum, Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe vnum vel duos, vt in ore duorꝫ vel triũ testiũ stet omne ῾bum. Quod si non audierit dic ecclesiæ, Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Si duo ex vobis consenserint de omni re quamcumꝙ petierint, fiet illis a patre meo qui est in cælis. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum. Patientiam habe in me. &c.

¶Cap. 19.

Quos deus coniunxit, homo non separet. Sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum qui potest capere capiat. Dixit Iesus. Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus deus. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Si vis pfectus esse, vade vende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere me. Facilius est camelum per foramen acus trãsire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Apud deum omnia possibilia sunt. Amen dico vobis, quod vos qui secuuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores aut patrem. &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Multi erũt primi nouissimi, & primi nouissimi Cap. 20

Quid hic statis tota die ociosi? ite & vos in vineam meam. &c. Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est & vade. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare.

Cap. 21.

Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. &c. in Zacharia. (Nota in isto capitulo de parabola vineæ, in qua videntur Euangelistæ discordes, sed in sententia non discordant.) Domus mea, domus orationis vocabitur. Omnia quęcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Cap. 22.

Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, nõ fuerunt digni, Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Ligatis manibus eius & pedibus, mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ & stridor dentiũ. Scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Quid me tentatis hypocritæ. Erratis nescientes scripturas, neque virtutẽ dei. In resurrectione non nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli dei. Non deus mortuorum, sed viuentiũ. Diliges dominum deũ tuum. &c. Hoc ẽ primũ & maximum. &c. (Quęre postea plenius.

Cap. 23.

Oia quęcumque dicunt facite, secundum opa aũt illorũ nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligant aũt onera grauia super humeros hominum, digito aũt suo nolunt tangere. Vos vero nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester. Neq; vocemini magistri. &c. Oẽs autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram, Vnus est enim pater vester in cælis Qui se exaltauerit humiliabit, & qui se humiliauerit exaltabitur. Vos non intratis in regnum cælorum, nec introeuntes finitis intrare. Væ vobis duces cæci. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutiẽtes. Væ vobis qui mundatis quod deforis est, intus autem pleni estis immundicia. Cæce munda prius quod intus est. &c. Væ vob qui similes estis sepulcris dealbatis, q̃ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sũt ossibus mortuorum & oi spurcitia. Sic & vos qdem a foris paretis hoĩbus iusti, intus vero pleni estis hypocrisi & iniqtate. Vos implete mẽsurã patrum vestrorũ.

Genimina viperarum quõ fugietis a iuditio gehennæ

Cap.24.

Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus.&c. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.&c. Quoniam abundabit iniquitas, refrigscet charitas multorum,qui autem perseuerauerit vsque in finem,&c. Erit tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio vsque modo,neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi,non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabũtur dies illi. (Nota hic de Antichristo,& finali iudicio cõsũmatiõeq; mũdi) Surgẽt pseudoꝓphetę pseudo Chri et dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem ducant si fieri potest etiã electi. Sicut fulgur exit aboriente,& apparet vsque in occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur & luna non dabit splendorem suum.&c.& tunc apparebit signum filij hominis in cælo.&c. De die autem illa & hora nemo scit,neque angeli cælorum,nisi pater solus. Ideo & vos estote parati quia nescitis quâ hora filius hominis venturus sit.

Cap.25.

Prudẽtes virgines acceperũt oleum secum in vasis suis cum lampadibus. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit exite obuiam ei. Quæ paratæ erãt intrauerunt cum eo ad nuptias& clausa est ianua. Amẽ dico vobis nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Euge serue bone & fidelis,quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam,intra in gaudium domini tui. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Dicet rex his q̃ui a dexteris eiꝰ erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurui enim.&c. Tunc dicet his qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius.&c.

¶Cap.26.

Dixit Iesus discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Cœnantibus illis accepit iesus panem & benedixit ac fregit deditque discipulis suis & ait. Accipite et manducate, hoc est corpus meum, &c. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Vagilate et orate, vt non intretis in tentationem, Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Discipuli omnes relicto eo fugerunt. Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, et venientem in nubibus cæli.

Cap. 27.

Iesus autem stetit ante præsidem, et cum accusaretur nihil respondit. Plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes, Aue rex iudæorum. Et expuerunt in faciem eius, et percutiebant caput eius arundine &c L Compatere mitissimo atq; dulcissimo agno o lector J Dederũt ei vinum bibere cum felle mixtum. A sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonam. Erit nouissimus error prior priore. Iesus clamans voce magna emisit spiritum, et ecce velum templi scissum est &c.

Cap. 28.

Erat aspectus angeli sicut fulgur, vestimenta autẽ eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes &c. Ecce Iesus occurrebat mulieribus dicens, Aue te. Tunc accesserunt et tenuerunt pedes eius &c. Loquutus est Iesus discipulis dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris et filij, et spiritus sancti. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Marcus continet Cap. XVI. Et agitur in eo principaliter de Christi fortitudine & resurrectione.

Cap. I.

PRædicabat Ioannes dicens. Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calcia mentorum eius. Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Erat iesus cum bestijs, & angeli ministrabant ei. Scio quia sis sanctus dei. Non sinebat Iesus dæmonia loqui quoniã sciebant eum Egressus est Iesus in desertum locum, & ibi orabat.

Cap. 2.

Fili dimittuntur tibi peccata tua. Cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent ait &c. Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati &c.

Cap. 3.

Contristatus est Iesus super cæcitate cordis eorum, circumspiciens eos cum ira &c. Obseruabant iudæi iesum si sabbatis curaret vt accusarent eum &c. Quotquot habebant plagas & spiritus immundi cum iesum videbãt procedebant ei dicẽtes. Tu es filius dei, & vehementer comminabatur eis, ne manifestarent eum. Dicebant quidam de iesu, quoniam in furorem versus est Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

Cap. 4.

Vobis datum est scire mysterium regni dei, illis vero q foris sunt omnia in parabolis fiunt, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Aerumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscẽtiæ intreountes in cor suffocant verbum dei, & sine fructu efficitur &c. Erat iesus in puppi super cerucal dormiens, & surgens comminatus est vento & dixit mari. Tace & obmutesce, & facta est tranquillitas magna. Quisputas est hic, quia ventus & mare obediunt ei.

Cap. 5.

Iesu fili dei summi. Dixit diabolus ad iesum. Legio mihi nomen est quia multi sumus. Vade & nuncia quãta tibi fecerit deus & misertus est tui.

Cap. 6.

Non est propheta sine honore nisi in domo sua, & in cognatione sua, & in patria sua. Mirabatur iesus propter incredulitatem eorum. Audito Herodes nomine iesu ait: Quem ego decollaui ioannem, hic a mortuis resurrexit, & ideo virtutes operantur in eo. Herodes metuebat ioannem sciens eum virum iustum & sanctum &c. Dixit iesus discipulis. Venite seorsum in desertum locum, requiescite pusillum.

Cap. 7.

Sic & vos imprudentes estis. Catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Suspiciens iesus in cælum ingemuit & ait. Adaperire, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Cap. 8.

Adhuc cæcatum habetis cor vestrum. Interrogat iesus discipulos suos dicens. Quem me esse dicunt homines?

Cap. 9.

Transfiguratus est iesus coram discipulis &c. Et venit vox de nube dicens. Hic est filius meus charissimus Audite illum. Helias cum venerit primo restituet omnia. Siquid potes adiuua nos. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio. Si quis vult primus esse erit omnium nouissimus et minister. Qui non est aduersum nos, pro nobis est. Bonum est sal quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos.

Cap. 10.

Erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Complexans iesus paruulos, et imponens manus super illos, benedicebant eos, Quid me dicitis bonum. Nemo bonus nisi vnus deus, dixit iesus. Quã difficile qui pecunias habent, in regnum dei introibũt Filius hominis non venit vt ministraretur, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

Animæquior esto. Vade, fides tua te salum fecit.

Cap. 11.

Habete fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, tolle & mittere in mare &c. Cum stabitis ad orandū dimittite si quid habetis aduersum aliquem. Si non dimiseritis. nec pater vester qui in cęlis est, dimittet vobis peccata vestra. Propterea dico vobis, omnia quęcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet vobis. In qua potestate hæc facis, & qs dedit tibi hanc potestatem vt ista facias?

Cap. 12,

Coloni dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, Respondit iesus, Primum omnium mandatum est, Audi Israel, Dominus deus tuus vnus est, & diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, Secundum autem simile est illi, Diliges puoximum tuum tanquam teipsum. Diligere deum ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Non es longe a regno dei, Hæc vidua plus omnibus misit.

Cap. 13.

Qui autem sustinuerit vsque in finem hic saluus erit. De die illa & hora nemo scit neq; angeli in cælo, neq; filius nisi pater, Vigilate, nescitis enim qñ dominus veniat, sero an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cū venerit repente, inueniat vos dormientes. Videte, vigilate, & orate.

Cap. 14.

L Incipit passio J Cœpit iesus pauere & tędere &c. L q re sensum istius J Non quod ego volo pater, sed quod tu.

Cap. 15.

Tu es Christus filius dei benedicti Erat autem hora quasi tertia, & crucifixerunt eum. Hora nona exclamauit iesus voce magna, Heloy heloy lamasabathani &c.

Cap. 16.

Exeuntes milites de monumento fugerunt, & nemini

quicquam dixerunt ⌊quere sensum istius, quia videtur contrarium aliis euangelistis⌋ Surgens iesus, mane prima sabbati apparuit primo mariæ Magdalenæ &c. Exprobrauit iesus incredulitatem illorum et duritiam cordis &c. Prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit &c Qui vero non crediderit, condemnabitur, Signa aũt eos qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent &c. Dominus iesus assumptus est in cælum, et sedet a dextris dei, Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

Lucas continet Cap. XXIIII. Et agitur in eo principaliter de incarnatione, passione & morte Christi.

Cap. I.

IPse (scilicet Iohannes) p̃cedet añ illũ (scilicet Christũ) in spiritu & virtute Heliæ &c parare domino plæbem pfectam. Sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines. In mense autem sexto (scilicet a conceptione ioannis) missus est Gabriel angelus a deo &c Aue gratia plena dominus tecum &c, Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, &c Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini &c, Beata quę credidisti &c Magnificat anima mea dominum &c. (Nota profunde canticum Mariæ) Disperssit superbos mente cordis sui. Quisputas puer iste erit. Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plæbis suæ &c

Cap. 2.

⌊Nota in isto capitulo multa pulcherrima, & de sancta Anna prophetissa vidua⌋ Peperit Maria filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

Gloria in altissimis

deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Trãseamus vsque bethlehem. Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. Quia &c. Puer iesus crescebat plenus sapientia. Fili quid feciſti nobis sic &c Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse. Iesus proficiebat sapientia, ætate & gratia apud deum & homines ⌊Quęre intellectũ ⌋

Cap. 3.

⌊Verba Esaiæ allegat⌋ Parate viam domini &c. Dixit ioannes baptista. Qui habet duas tunicas det non habenti. Et qui habet escas similiter faciat. Nihil amplius quam constitutum est vobis faciatis ⌊Verba sunt ioannis ad milites⌋ Neminem concuciatis neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Factum est autem iesu baptizato & orante apertum est cælum & descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de cælo facta est Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi &c. ⌊Nota hic de genealogia saluatoris⌋

Cap. 4.

Consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo vsque ad tempus, Cum plicuisset iesus librum reddidit ministro. Spiritus domini super me &c. ⌊Nota in textu verba Esaiæ de Christo⌋ Medice cura teipsum. Duxerunt iesum ad supercilium montis vt præcipitarent eum, Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Cap. 5.

Exi a me, quia homo peccator sum domine. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam ⌊Dixit iesus.⌋

Cap. 6.

Vellebant discipuli iesu spicas per sata, & manducabãt confricantes manibus. Exiit iesus in montem orare, et erat pernoctans in oratione dei. Quęrebãt iesum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Ele-

uatis Iesus oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum cælorum ⌊Supra in Matthęo⌋ Veruntamen væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines. Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus vobis. Omni autem petenti te tribue, & qui auferr quæ tua sunt, ne repetas. Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini. Dimittite & dimittimini, date & dabitur vobis Mensuram bonam & refertam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura &c. Vnaquæque arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus &c.

Cap. 7.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, propter quod memetipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Ait Iesus, Adolescens tibi dico surge, Et resedit qui erat mortuus & cœpit loqui &c. Ecce qui in veste preciosa sunt & in dilicijs, in domibus regum sunt. Pharisæi autem & legisperiti consilium dei spreuerunt in semetipsis. Similes sunt homines isti pueris sedentibus in foro & dicentibus. Cantauimus vobis tibijs & non saltastis, lamentauimus vobis & non planxistis. Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Stans mulier retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Quis magis diligit? Aestimo quia is cui plus donauit. Recte iudicasti. Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Osculum mihi non dedisti &c. Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Cui

autem minus dimittitur, minus diligit.

Cap. 8.

Quod autem in terrã bonam cecidit, hi sunt, qui in cor de bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo accendit lucernam & operit eam vase, sed ponit eam super candelabrũ &c. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet dabitur illi &c. Mater mea & fratres mei hi sunt qui audiunt verbum dei. & faciunt, dixit Iesus. Quid mihi & tibi est Iesu fili dei altissimi. Obsecro te ne me torqueas. Rogabant Iesum dæmonia ne imperaret eis vt in abyssum irent sed in porcos &c. Iesus clamauit, Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Narra quanta tibi fecit deus.

Cap. 9.

[Nota in isto capitulo de Christi transfiguratione] Si quis vult venire post me &c. Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Tu autem vade & annuncia regnum dei. Nemo mittens manum suam in aratrum & aspiciens retro aptus est regno dei.

Cap. 10.

Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. In eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt Dignus est enim operarius mercede sua. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit, ait Iesus. Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur. Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Exultauit Iesus spiritu sancto & dixit, Confiteor tibi pater &c. [supra in Matthæo] Diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & omni mente tua. Hoc fac & viues. Maria sedés secus pedes domini audiebat verbum illius. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Cap.11.

Qui non colligit mecum dispergit. Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ. Ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.

Cap.12.

Quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, &c. ⌊ supra in Matth. ⌋ Nonne quinq; passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in oblitione coram deo. ⌊ Nota de proudētia dei ⌋ Vestri autē & capilli capitis numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus, Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te, quæ autem parasti cuius erūt Sic est omnis qui thesaurizat, & non est in deo dives. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurū non deficientem in cælo &c Sint lumbi vestri precincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris &c. Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit, plagis vapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui multū commendatum est, plus quæretur ab eo. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?

Cap.13.

Dico vobis, nisi pœnitentiā egeritis, oēs simul peribitis Omnis populus gaudebat in vniuersis q̄ gloriose fiebant a iesu Contendite intrare p̄ angustam portam. Ite dicite vulpi &c. ⌊ dixit Iesus de Herode ⌋ Benedictus qui venit in nomine domini.

Cap.14.

Cum inuitatus fueris, recumbe in nouissimo loco &c. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles cæcos & claudos, & beatus eris quia non habent retribuere tibi.

Beatus qui manducabit panem in regno dei. Compelle intrare vt impleatur domus mea. Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem, & fratres & sorores, & vxorem & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Qui non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis ex vobis volens turrim &c. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Qui non renunciat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Bonum est sal &c. [quære in textu]

Cap. 15.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia. Gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore &c. Quanti mercennarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum & dicam ei. Pater peccaui in cælum & coram te, & iam non sum dignus vocari filius tuus, Fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Aepulari & gaudere oportet, quia hic frater tuus mortuus fuerat & reuixit. Perierat et inuentus est.

Cap. 16.

Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris villicare. Fodere non valeo, mendicare erubesco. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis &c. Qui fidelis est in minimo, in maiori fidelis est, Et qui in modico iniquus est, in maiori iniquus est. Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda vestra, Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno &c. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Si Moysen & prophetas non audient, neque si quis ex mortuis resur

rexerit credent.

Cap.17.

Si septies in die peccauerit frater tuus in te ,& septies in die conuersus fuerit ad te dicens, pœnitet me,dimitte illi. Adauge nobis fidem. (Nota in textu similitudinem de seruo)Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite,serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Iesu præceptor miserere nostri. Ite ostendite vos sacerdotibus. Regnum dei intra vos est Sicut fulgur coruscans de sub cælo , in ea quæ sub cælo sunt fulget,ita erit filius hominis in die sua. Memores estote vxoris Loth (Nota in textu de tempore ante iudicium) In die illa erunt duo in lecto vno vnus assumetur & alter relinquetur. Vbicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ.

Cap.18.

Oportet semper orare & non deficere. (Nota in textu parabolam) Deus propicius esto mihi peccatori &c. (Item nota de publicano pœnitente &c.) Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Increpabant turbæ cæcum ipse vero multomagis clamabat,fili David miserere mei. Quid vis vt faciam tibi?

Cap.19.

Dixit Iesus, Zachæe festinans descende ,quia hodie in domo tua oportet me manere, Et festinans excepit illum gaudens. Dixit Zachæus,Ecce dimidium bonorũ meorum domine do pauperibus. Et siquid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Hodie huic domui salus facta est. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Negociamini dum venio. Nolumus hunc regnare super nos. Timui te, quia homo austerus es &c. De ore tuo te iudico serue nequam. Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in cælo & gloria in excelsis. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi &c.

Cap.20.

Dixit dominus vineæ,quid faciã? Mittam filiũ meum dilectũ,forsitan cum hunc viderint verebuntur. (Nota

q̃d in ista parabola videtur Lucas aliter ponere quam Matthæus. Illi qui digni habebuntur seculo illo, æquales sunt angelis dei, & filij dei sunt, neque vltra mori poterunt. Deus non est mortuorum sed viuorum. Omnes enim viuunt.

Cap. 20.

Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit. Nam omnes ex abundanti sibi miserunt &c. L Nota in isto capitulo, de præcedentibus iudicium. J Capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra, possidebitis animas vestras. Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum, dixit Iesus. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Attendite vobis ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Tanquam laqueus superueniet dies illa L scilicet iudicij J in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia quæ ventura sunt, & stare ante filium hominis.

Cap. 22.

L Incipit passio J Intrauit Satanas in Iudam qui cognominabatur Scharioth &c. Dixit Iesus. Desiderio desyderaui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Facta est autem contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior &c. Qui maior est in vobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut ministrator. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos estis qui pmansistis mecum in tentationibus &c. Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Veruntamẽ non mea voluntas, sed tua fiat Apparuit Christo angelus de cælo cõfortãs, & factus in agonia, plixius orabat, Et factus ẽ sudor ei⁹ sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. Quid dormitis? Surgite & orate vt non intretis in tentationẽ. Hæc est hora vestra & potestas tenebrarũ. Conuersus dominus respexit Petrum. & recordatus est Petrus verbi domini Iesu & fleuit amare. Viri q tenebãt illũ illudebant ei cẽdentes eum, & velauerunt eum & pcusserunt faciẽ ei⁹ &c

Si vobis dixero, non credetis mihi, si autem interroga uero, non respondebitis mihi, nec dimittetis.

Cap. 23.

Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo & illusit veste alba, & remisit ad Pilatum. Nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & filios vestros. &c. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Tunc incipient montibus dicere cadite super nos, & collibus operite nos. Hic est Christus dei electus. Nec tu times deum, quod in eadem damnatione es. &c. Digna factis recepimus. Cap. 24.

Quid quæritis viuentem cum mortuis? Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulãtes, & estis tristes? O stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in glorlam suam? Mane nobiscum dómine quoniam adueſperascit. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueret nob in via, & aperiret nobis scripturas? Surrexit domin° vere, & apparuit Simoni. Stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit pax vobis. &c. Palpate & videte qa spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Dixit Iesus. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis, & psalmis de me. Oportebat Christũ pati et resurgere die tertia, et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorꝫ in omnes gentes. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto, & ego mittam promissum patris mei in vos. Eleuatis manibus benedixit eis Iesus, & ferebatur in cælum. Erant (scilicet discipuli Christi & apostoli) semper in templo laudantes & benedicentes deum.

¶Iohannes habet Capita. XXI. Et aperiuntur in eo Christi diuinitas & sacramenta.

¶Caput primum.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Quod factum est, in ipso vita erat (quia in filio dei sunt omnia vita et lux.) Erat lux vera quæ illuminat. &c. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. &c. Verbum caro factum est. &c. De plenitudine eius (scilicet Christi) accepimus omnes gratiam pro gratia. Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. (Verba Christi ad Nathanael.) Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israel.

Cap. 2.

(Christus conuertit aquam in vinum.) Vocatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias. Nondum venit hora mea. Nolite facere domũ patris mei domum negotiationis. Quod signum ostendis nobis quia hæc facis. Multi crediderunt in Iesum, Ipse autem non credidit se metipsum eis, eo quod ipe nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

¶ Cap. 3.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat, sic est omnis qui natus est ex spiritu. Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. &c Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis? Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. & cætera.

Sic deꝰ dilexit mundum, vt filiū ſuum vnigenitū daret vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vītam æternam. Non miſit deus filium ſuum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filiꝰ dei. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. &c. Omnis qui male agit odit lucem. Et non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Qui facit veritatem venit ad lucem vt manifeſtentur opera eius, quia in deo ſunt facta. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi ei datum fuerit de cælo. Qui habet ſponſam ſponſus eſt, (hæc ſunt verba Ioannis baptiſtæ de Chriſto) Amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet, ꝓpter vocē ſpōſi. &c. Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui de terra eſt, de terra eſt, & de terra loquitur, qui de cælo venit ſuper omnes eſt, & quod vidit teſtatur. Quem miſit deus, ῥba dei loquitur. Non ad menſuram dat deus ſpiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam æternam. Qui autem incredulus eſt filio ira dei manet ſuper eum

Cap. 4.

Ieſus non baptizabat ſed diſcipuli eius. Ieſus fatigatus ex itinere. &c. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. (dixit Ieſus mulieri Samaritanæ) &c. Salus ex Iudæis eſt. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & tales pater quærit Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Mirabantur diſcipuli, quia cum muliere loquebatur Ieſus (Nota. Videtur ergo Ieſus non habuiſſe cō ſuetudinem loquendi cum eis.) Meus cibus eſt vt faciā volūtatem patris mei qui miſit me, vt perficiam opꝰ eius. Ipſe Ieſus teſtimonium perhibuit, quia prophēta in ſua patria honorē non habet. Niſi ſigna & prodi-

videritis, non creditis [Nota hic sanauit filium reguli agonizantem solo verbo, etiã absens] Cap. 5.

Ecce sanꝰ factus es iã noli peccare ne deterius aliqd tibi contingat. Dixit Iesus. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Quærebant Iudæi Iesum interficere, quia non solum solue bat sabbatum, sed patrem suum dicebat deum, æqualem se deo faciẽs. Non potest filius a se quicquã facere, nisi quod viderit patrẽ facientem. Quæcumque enim pater facit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & ömnia demonstrat ei quæ ipse facit. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filiꝰ quos vult viuificat. Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. &c. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem q̃ misit illum. Mortui audient vocem filij dei. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei. &c. Dixit Iesus. Non possum ego a meipso facere quicquam. Iudicium meum iustum est, quia non quæro volũtatem meã. &c. Iões erat lucerna ardens & lucens. Opera quæ dedit mihi pater quæ facio, testimonium perhibent de me. Claritatem ab hominibus nõ accipio. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo deo est non quæritis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. (Hoc dixit Iesus de Antichristo.)

¶ Cap. 6.

Hoc dicebat Iesus tentãs eum (scilicet Philippum. &c.) Cũ cognouisset Iesus q̃ venturi erãt vt facerẽt eum regẽ, fugit iterũ in montẽ ipe solus. Voluerũt discipuli Iesum accipere in nauim, et statim nauis fuit ad terrã ad q̃ ibãt. Operamini nõ cibum q̃ perit, sed q̃ pmanet in vitam æternã. Hunc eñ pater signauit deꝰ (Nota in isto capitulo multa de corpore Christi.)

Non Moyses dedit vobis panem, sed pater meus dat vobis panem verum. Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, & qui credit in me, non sitiet vnq̃. Dñe, semper da nobis panem hunc. Oẽ q̃d dat mihi pater ad me veniet, et eum qui venit ad me non eiiciam foras. Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Omnis qui audiuit a patre & didicit venit ad me. Patrem non vidit quisquam, nisi is qui est a patre (s. Christus) P anis quẽ ego dabo caro mea est pro mundi vita. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Caro mea ꝑe est cibus, & sanguis meus vere est potus qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Qui manducat me, & ipse viuet ꝓpter me. Qui manducat hunc panem, viuet inæternum. Durus est hic sermo, Quis potest eum audire, &c. Spiritꝰ est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Dicebat Iesus. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Respondit Petrus Christo. Dñe ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei.

¶Cap. 7.

¶Dixit Iesus, non potest mundus odisse vos, me autẽ odit quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Quidã in turba dicebant de Iesu, quia bonus est, alij aũt non, sed seducit turbas, &cę.
Si quis voluerit voluntatem dei facere, cognoscet de doctrina an ex deo sit. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam dei hic verax est, & iniusticia in illo non est.
Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Christus cum venerit, nemo scit vnde sit.
Clamabat Iesus. Si quis sitit veniat ad me & bibat.
Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiri-

tu ſancto quem accepturi erant credentes. Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus &c. Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethlehem caſtello vbi erat Dauid venit Chriſtus? Dixerunt miniſtri Iudæorum de Ieſu. Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Nunquid lex noſtra iudicat hominem niſi audierit ab ipſo prius, & cognouerit quid faciat?

¶Cap. 8.

¶Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Vade & amplius noli peccare, &c. Loquutus eſt Ieſus. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuũ non eſt verum.. Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam, dixit Ieſus. Neq; me ſcitis, neq; patrem meum. In peccato veſtro moriemini. Dixit Ieſus. Vos deorſum eſtis, ego de ſurſum ſum. Vos de mundo eſtis, ego non ſum de mundo, &c. Dixit Ieſus. Ego ſum principium, qui & loquor vobis. Cum exaltaueritis filium hominis. &c. Non reliquit me pater ſolũ, quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper. Veritas liberabit vos. Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in domo inæternum, filius autem manet inæternum. Sermo meus non capit in vobis. Vnum patrem habemus deum. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſyderia patris veſtri vultis perficere. Diabolus homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui eſt ex deo, verba dei audit. Propterea vos nõ auditis, quia ex deo non eſtis. Ego non quæro gloriam meam, eſt qui quærat & iudicet. Dixerunt Iudęi ad Ieſum. Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Si glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Abraham exultauit vt videret diem meũ, & vidit & gauiſus eſt. Antequam Abraham fieret ego ſum. Ieſus autem ab-

scondit se(.i.inuisibilem reddidit se) & exiuit, &c.

¶Cap. 9.

¶Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. (Nota hic de cæco nato illuminato.) Dicebant Pharisæi. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Ipsum interrogate, ætatē habet, ipse loquatur pro se. &c. Da gloriam deo. Scimus quia peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum qa aperuit quis oculos cęci nati. Nisi esset hic homo a deo, non posset facere quicquam.

¶Cap. 10.

¶Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde fur est & latro, &c. Ego sum ostium ait Iesus. per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. (Nota in isto capitulo de bono pastore. & mercennario.) Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem & dimittit oues & fugit, &c. Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Fiet vnum ouile & vnus pastor. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Dicebant multi ex iudæis de Iesu. Dæmonium habet et insanit, quid eum auditis? Quousq; animam nostram tollis? Opera quæ facio in nomine patris mei, testimonium perhibent de me. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, &cæt. Ego et pater vnum sumus. Si non facio opera dei, nolite credere mihi. Si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite. Quærebant Iesum apprehendere, et exiuit de manibus eorum. (Nota valde mirabile, quia imperceptibiliter exiuit.) etc. Ioannes signum nullum fecit. s. baptista.

¶Cap. 11.

¶Domine ecce quem amas infirmatur . Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, &c. Diligebat Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum, &c. Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, &c. si autem in nocte offendit. Scio quia quæcunq; popoſceris a deo, dabit tibi deus. Dixit Iesus. Ego sum resurrectio & vita, &c. Vtique domine. Ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum venisti. Iesus vt vidit Mariam (ſ. Magdalenam) plorantem, & Iudæos, infremuit spiritu & turbauit seipsum , & lachrymatus est Iesus. Si credideris videbis gloriam dei. Iesus eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniã audisti me. Ego autem sciebam quoniam semper me audis. Iesus clamauit voce magna. Lazare veni foras, & statim prodiit, &c. Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed vt filios dei qui dispersierant congregaret in vnum.

¶Cap. 12.

¶Lazarus vnus erat ex discumbentibns. (Nota hicde vnctione pedum Iesu a Maria, &c.) Venerunt non pp Iesum tm̃, sed vt Lazarum viderent, &c. Videtis quia nihil proficimus? Nisi granum frumenti cadens in terra, &c. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, &c. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora . Nunc iudicium est mundi , &cæte. Adhuc modicum lumen in vobis est Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebrę vos comprehendant. Qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. (Nota in isto passu allegationem Esaiæ prophetæ, et verba Euangelistæ in textu quære.) Ex principibus multi crediderunt, etcæt. Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam dei. Dixit Iesus qui me spernit, sermo quem loquutus sum iudicabit eũ in nouissimo die.

¶Cap. 13.

¶Ante diem festum paschę sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, vsque in finem dilexit eos. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vos vocatis me magister et domine, et benedicitis. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Non est seruus maior domino suo. Si hæc scitis beati eritis si feceritis ea. Ego scio quos elegerim. Erat recumbens vnus ex discipulis in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Post buccellam introiuit in ludam satanas. Quod facis, fac citius. Nunc clarificatus est filius hominis, et deus clarificat⁹ est in eo. Mãdatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicẽ.

¶Cap. 14

¶Non turbetur cor vestrum. In domo patris meĩ mansiones multæ sunt. Vado parare vobis locum, vt vbi sum ego et vos sitis. Dixit Iesus. Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me, et patrem meum vtiq; cognouissetis. Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Qui videt me, videt et patrem. Verba quæ ego loquor, a meipso non loquor. Qui credit in me, opa q̃ ego facio et ipe faciet, et maiora hor faciet, quia ego ad patrem vado. Quodcunq; petieritis patrem in nõe meo hoc faciam vt glorificef paterin filio. Si diligitis me, mandata mea seruate, etc. Non relinq̃ vos orphanos, veniam ad vos, etc. Ego ĩ patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui diligit me, diligef a patre meo, et ego dilgã eũ et manifestabo ei meipm. Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit. Et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.

Paracletus autem spiritus sanctus, ille vos docebit oia et suggeret vobis omnia, etcæ. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Pater maior me est. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Non turbetur cor vestrum, neque formidet, etc.

¶Cap. 15

¶Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat, etcæt. Sine me nihil potestis facere. Si manseritis in me, quodcunque volueritis petetis, et fiet vobis. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Hoc est præceptum meũ vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat qs ꝓ amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, &cæ. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus q̃d suũ erat diligeret: qa ꝟo de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo. propterea odit vos mundus. Si me persequuti sunt, & vos persequentur, quia non est seruus maior domino suo. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit peccatum non haberent (ait Iesus) Nunc autem viderunt & oderunt, et me et patrem meum.

¶Cap. 16.

¶Hæc loquutus sum vobis vt non scandalizemini. Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo, &c. Si non abiero paracletus non veniet ad vos, &c. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso, &c. Oia

quæcunque habet patermea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet(scilicet spiritus sanctus,&c.) Amen dico vobis,quia plorabitis & flebitis vos. Mundus autē gaudebit,sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Et vos nūc qdē tristiciam habetis.Iterum aūt videbo vos &gaudebit corvr̄m& gaudiū vr̄m nemo tollet a vobis Amē dico vobis,si qd petieritis patrem in noīe meo dabit vobis.Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Ipse pater amat vos, quia vos me amatis. Exiui a patre & veni in mundū, &c. Non sum solus, quia pater mecum est,&c.

¶Cap. 17.

¶In mundo pressuram habebitis. Sed cōfidite ego vici mundum. Subleuatis Iesus oculis in cælum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum,&c.Hæc est autem vita æterna vt cognoscant te solum verum deum & quem misisti Iesum Christum. Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate q̄ habui prius q̄ mundus fieret.&c.Non,p mūdo rogo, sed,p eis quos mihi dedisti,quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum sicut & nos,&cæt. Non rogo vt tollas eos de mundo,sed vt serues eos a malo.Sanctifica eos pater in veritate. Sermo tuus veritas est. Non pro his rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt p verbum eorum in me,vt omnes vnum sint,sicut tu pater in me,& ego in te,& ego in eis, vt sint cōsummati in vnum.Pater quos dediti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecum vt videant claritatem meam quā dedisti mihi,quia dilexisti me ante constitutionē mundi,&c.Pater iuste mundus te non cognouit,Ego autē te cognoui & notum feci eis nomen tuum, vt dilectio tua in eis sit,& ego in ipsis.

¶Cap. 18. (Hic passio incipit.)

¶Vt dixit Iesus,ego sum,abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Calicem quem dedit mihi pater, vis vt non bibam illum, &cætc. Vnus ministrorum dedit alapam Iesu,&c.

Si male loquut⁹ ſum, teſtimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? &c. Dixit Ieſus, regnum meum non eſt de hoc mundo. Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocē meā. Quid eſt veritas. ¶Cap. 19

¶Tunc appræhendit Pilatus Ieſum & flagellauit. Exiit Ieſus portans ſpineam coronam, et purpureum veſtimentum, etcæ. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi eſſet datum deſuper. Baiulans ſibi crucem exiuit. Crucifixerunt eum et alios duos hinc et hinc, medium autem Ieſum. Ieſus Nazarenus, rex Iudæorum. Quod ſcripſi, ſcripſi. Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius, etc. Non fregerunt crura Ieſu, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiuit ſanguis et aqua, etcæt. Venit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ et aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, et ligauerunt illud linteis cum aromatibus. Qui vidit teſtimonium perhibuit, et verum eſt teſtimonium eius, etc. Os non comminuetis ex eo. Videbunt in quem transfixerunt.

¶Cap. 20

¶Nondum ſciebat diſcipulus ille (ſ. Ioannes) ſcripturam, qa oportebat Chriſtum a mortuis reſurgere, etc. Vidit Maria duos angelos in albis ſedentes vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, etc. Conuerſa Maria vidit Ieſum ſtantē, exiſtimās qa hortulanus eſſet, etc. Noli me tāgere. Nondū cm aſcēdi ad p̄rem. Aſcēdo ad p̄rem meum et patrem veſtrum, etcæt. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio diſcipulorꝝ. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Inſufflauit Ieſus et dixit. Accipite ſpiritū ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta ſunt. ⌊ Hic dat Ieſus ſpiritum ſanctum in terra. ⌋ Noli eſſe incredulus ſed fidelis. Quia vidiſti me credidiſti. Beati qui non viderunt et crediderunt. ¶Cap. 21.

¶Domine tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te, Quid

ad te, tu me sequere. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. (Non spacio locorum, sed capacitate legẽtium.

Epistola ad Romanos habet Capita XVI. Et reuocat Apostolus in ea Romanos ab erroribus Gentium & cæremonijs legis ad veram catholicam fidem.

Caput. I.

EVangelium ante promisit deus per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Iesus Christus p̃ destinatus est filius dei in virtute secundum spm̃ sanctificationis, &c. Gra vobis & pax a deo patre nr̃o, & dño Iesu Christo. Testis mihi est deus cui seruio in spũ meo, q̃d sine intermissione memoriam vestri facio semp in orationibus meis. Non erubesco euangelium, Virtus enim dei est in salutem omni credẽti, ludæo primum & Græco. Iustus ex fide viuit. Inuisibilia dei a creatura mundi, p ea q̃ facta sunt intellecta conspiciunt. Sempiterna q̃q; ẏtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Quia q̃d notũ est dei, manifestũ est in illis. Cũ cognouissent deũ, non sicut deũ glorificauerunt aut gras egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum. Dicẽtes cm̃ se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Qui mutauerũt gloriã ĩcorruptibil' dei ĩ similitudinẽ imaginis corruptibilis hois, &c. Seruierũt creaturæ poti' q̃ creatori, q est deus bñdictus in secula. Propter q̃d tradidit illos deus in passiones ignominiæ, &cæ. (In isto cap. loq̃t apostolus de innaturali pctõ. Si vis q̃re.) Tradidit illos deus in re, pbũ sensum, &c. Cũ iusticiã dei cognouissent, nõ intellexerũt qm̃ q mala agũt digni sunt morte, nõ solũ q faciũt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

¶Cap. 2.

¶Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas teipsum condemnas, Eadem enim agis. Existimas autem o homo qui iudicas eos & talia agis, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis dei & patientiæ et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiem tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Gloria honor & pax omni operanti bonum Iudæo primum & Græco. Non est personarum acceptio apud deum. Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum, &cæte. Qui alium doces, teipsum non doces. Qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis deum inhonoras.

¶ Cap. 3.

¶Est autem deus verax, omnis autem homo mendax, &c. Aiunt quidam. Faciamus mala vt veniant bona, quorum damnatio iusta est. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram deo. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Omnes peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. An Iudæorum deus tantum, nonne & gentium? Imo & gentium.

¶Cap. 4.

¶Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, &c. Lex iram operat. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio, &c. Deus viuificat mortuos, & vocat ea q̃ nõ sunt, tanq̃ ea q̃ sunt. Abrahã contra spẽ in spẽ credidit, & non est infirmatus in fide, plenissime sciens. qa q̃cunq; promisit deus potens est & facere. Non est aũt scriptum pp ipsum, sed propter nos,

Iesus Christus traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

¶Cap. 5.

¶Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deum per Iesum Christum. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus scientes quod tribulatio patientiam operatur. Patientia autem probationem, probatio autem spem. Spes nō confundit, quoniam charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spm̄ sctm̄ qui datus est nobis. Commendat autem charitatem suam in nobis deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Si cum adhuc inimici essemus recōciliati sumus deo per mortem filij eius, multomagis nunc recōciliati salui erimus in vita ipsius. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen etiam in eos qui non peccauerunt (Quære intellectum) Non sicut delictum ita et donum, etc. Sicut per vnius inobedienti am peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Vbi abundauit delictum, superabundauit et gratia.

¶Cap. 6.

¶Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Absit, etcæt. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? (Nota hic in textu quomodo per baptismum in Christo renascimur, et ei assimilamur.) Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iusticiæ deo. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra vestra seruire iusticiæ in sanctificationem. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. Nam finis

illorum mors est. Nunc autem liberati a peccato ser[vi] autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipēdia peccati mors. Gratia autem dei, vita æterna.

¶Cap. 7.

Ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor. Peccatum non cognoui nisi per legem. &c. Peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortē, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonū. Nam velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem alteram legem in membris meis, repugnātem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per dominum nostrum iesum Christum. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carni aūtem legi peccati.

Cap. 8.

Nihil ergo dānationis est his qui sunt in iesu Christo qui non secundum carnem ambulant. &c. Deus de peccato damnauit peccatum. &c. Qui secundum carnē sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritū sunt, quæ sunt spiritus sapiunt. Prudētia carnis mors est. Prudentia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta. Qui autem in carne sunt deo placere nō possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si qs aūt spiritum christi non habet, hic nō est eius. Fratres debitores sumus non carni vt secundum carnem viuam⁹. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicūq; spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt.

Nō accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus: Abba pater.

Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod

filij dei sumus. Si autem filij & hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi, si tamen cõpatimur vt & conglorificemur. Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat. &c. Spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes. Nam q̃d videt quis quid sperat? Si aũt quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Similiter spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Scimus quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit. &c. ⌊ Quæ re in textu, non possum omnia scribere. ⌋ Si deus pro nobis, quis contra nos, qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomõ etiam non omnia nobis cum illo donauit? Quis accusabit aduersꝰ electos dei? &c. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames? &c. In his omnibus superamus ꝓpter eum qui dilexit nos. Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia. &c. neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo iesu domino nostro.

¶ Cap. 9.

Veritatem dico in Christo, non mentior testimoniũ mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto. ⌊ Nota ineffabilem charitatem apli ⌋ Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. &c. ex quibus Christus secundũ carnẽ, qui est super omnia deus benedictus in secula. In Isaac vocabit tibi semen. &c. Cum nondum nati fuissent, aut aliqd egissent boni ac mali, (scilicet Esau & Iacob.) vt scdm electionẽ ꝓpositum dei maneret nõ ex opibus, sed ex vocãte, dictum ẽ: Maior

seruiet minori sicut scriptum est (scilicet in Malachia ppheta) Iacob dilexi, Esau vero odio habui. Quid igit dicemus. Nunquid iniquitas est apud deum? &c. Igit non volentis neque currentis, sed miserentis ē dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quoniam in hocipm excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam (In exodo habetur.) Dicis itaque, ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Voluntati autem eius, quis resistit? O hō tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. &c. (Nota verbum Ozee de vocatione gentium.) Vocabo non plæbem meam, plæbem meam. Verbum breuiatum faciet dominus super terram.

Cap. 10.

Aemulationem dei habent, sed non secundum scientiā. Ignorantes dei iusticiam, & suam volentes constituere iusticiæ dei non sunt subiecti. Finis legis est Christus. Corde creditur ad iusticiā, ore autem cōfessio fit ad salutem. Idem dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini saluus erit. (Nota in isto capitulo plures allegationes apostoli ex prophetis.) Quam spectosi pedes euangelizantium pacem. &c. Fides est ex auditu. &c. Esaias dicit. Inuentus sum a non quærentibus me. &c. ad Israel autem. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. &c. (Nota testimonium Esaiæ de illuminatione gentium, & excæcatione Iudæorum.)

¶Cap. 11.

Nunquid repulit deus populum suum? Absit. Reliquiæ secundum electionē gratiæ dei saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia non est gratia. (Nota testimonia de obstinatione Judæorum.) Dedit illis spiritum compunctionis, oculos vt non videāt. &c. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. &c. Ministerium meum honorificabo. &c. Si delibatio sancta & massa, et si radix sancta, & rami

Noli altum sapere sed time. Si enim deus naturalibus ramis nō pepercit, ne forte nec tibi parcat. (Nota apostolus loquitur de Iudæis & gentibus sub parabola olee astri & oliuæ, vide in textu) Vide bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem dei, si pmanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Non sitis vobisipsis sapientes. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gētium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cō siliarius eius fuit? Ex ipso & per ipsum, et in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum.

Cap. 12.

Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis copora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Nolite conformari huic sæculo, sed renouāmini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens & pfecta. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Qui præest in solicitudine. Dilectio sine simulatione. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, spiritu feruentes, spe gaudentes, in tribulatione patientes. Benedicite persequentibus vos. &c. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum in inuicem sapientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantū coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus.
Si fieri potest quod in vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Nō vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Cap. 13.
Omnis aīa potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Non est potestas nisi a deo. Quæ aūt a deo sūt ordinata sūt.

Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit.
Qui autem resistunt sibipsis damnationem acquirunt;
Nam principes non sunt timori boni opis sed mali.
Vis autem non timere? Fac bonum, et habebis laudem.
Si autem male feceris time. [Nota in textu quomodo etiam sæculari potestati obediendum est.] Reddite omnibus debitum. Cui timorem, timorem. cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem impleuit, &c. Plenitudo legis est, dilectio. Hora est iam nos de somno surgere. &c. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarę, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Carnis curam ne feceritis in desyderijs.
Sed induimini dñm iesum Christū ¶Cap. 14.
Infirmū infide assumite. Qui infirmus ē, olus mānducet
Is qui manducat, non manducantem non spernat. Et qui non manducat, manducantem non iudicet. &c.
Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Nemo nostrum sibi viuit. Siue enim viuimus siue morimur, domini sumus. Tu quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum?
Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet deo.
Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.
Noli illum perdere pro quo Christus mortuus est.
Non est regnum dei esca & potus, sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inimuicem custodiamꝰ.
Omnia quidem munda sunt. &c. Omne quod non est ex fide peccatum est. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum. &c. ¶Cap. 15.
Debemus autē nos firmiores, imbecillitates infirmoꝝ sustinere & non nobis placere. Vnusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit. &c. Quæcunque scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt per

patientiam & consolationen scripturarum spem habeamus. Deus patientiæ & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum iesum christum, vt vnanimes vno ore honorificetis deum & patrem domini nostri iesu christi. Suscipite inuicem, sicut & christus suscepit nos. Deus spei repleat vos omni pace & gaudio in credendo, vt abundetis in spe & virtute spiritus sancti. Audacius scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens. Obsecro vos fratres per dominũ nr̃m iesum christũ, & per charitatem spiritus sancti, vt adiuuetis me orationibus vestris. Salutate inuicem in osculo sancto. Soli sapienti deo per iesum christum honor & gloria in secula seculorum. Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.

Epistola ad Cor. Prima habet Cap. XVI. In qua quosdam a falsis apostolis & prophetis per eloquentiam, quosdam vero per obseruantiam legis Iudaicæ seductos, reuocat ad veram fidem, & euangelicam sapientiam.

Cap. I.

GRatias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quæ data est vobis in christo iesu &c. Obsecro vos fratres per nomen domini nostri iesu christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, id est, nobis virtus dei est.

Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo, &c. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt, Nos autem prædicamus Iesum Christum iudæis quidem scandalum, gentibus autem contumeliam. Ipsis autem vocatis, &c. Christum dei virtutem & dei sapientiam. Quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sunt inter vos. Quæ stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientes. Et infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia &c Vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis a deo sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio.

Cap. 2.

Non iudicaui me aliquid scire inter vos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Et prædicatio mea non est in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in sapientia spiritus & virtutis, &c. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius mundi &c. sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est Si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Oculus non vidit, nec auris audiuit &c. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda dei. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis nisi, spiritus hominis qui in ipso est. Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus. sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi. Spiritualis autem omnia diiudicat, & ipse a nomine diiudicatur.

Cap. 3.

Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, &c. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Neq; qui plantat est aliquid neque qui rigat

sed qui incrementum dat deus. Vnusquisque videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est iesus Christus [Nota hic de superædificatione, auri argenti, lapidum, ligni, fœni, stipulæ &c.] Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Itaque nemo glorietur in hominibus.

Cap. 4.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi &c. Mihi pro minimo est vt a vobis iudicer &c. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum &c. & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a deo. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, qd gloriaris quasi non acceperis? Spectaculum facti sumus mundo, & deo, & hominibus. Nos stulti propter Christum. Maledicimur, & benedicimus, blasphemamur, & obsecramus. Non è in sermone regnum dei, sed in virtute. Quid vultis in virga veniam ad vos, aut in charitate, & spiritu mansuetudinis.

Cap. 5.

Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio &c. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit.

Cap. 6.

An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Nescitis quoniam angelos iudicabimus. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi &c. Qui adhæret mere-

trici vnum corpus efficitur. Qui autem adhæret domino vnus spiritus est. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti,& non estis vestri. Empti estis precio magno.Glorificate & portate deum in corpore vestro.

Cap. 7.

Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet &c. Vnusquisque proprium donum habet ex deo, alius quidem sic,alius vero sic. Melius est nubere quam vri. In pace autem vocauit nos deus ⌊ Nota in isto capitulo de matrimonio,quorum alter infidelis est⌋ Vnusquisque in qua vocatione vocatus est,in ea permaneat. Hoc itaque dico fratres.Tempus breue est,Reliquum est,vt qui vtuntur hoc mundo, ſint tanquam non vtentes. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse.

Cap. 8.

Scientia inflat,charitas autem ædificat. Si quis se existimat scire aliquid,nondum cognouit,quomodo oporteat eum scire.Si quis autem diligit deum,hic cognitus est ab eo. Nullus deus nisi vnus deus pater ex quo omnia,& nos in ipso,& vnus dominus Iesus Christus per quem omnia,& nos per ipsum. Peccantes in fratres,& percutientes cõscientiã eorũ infirmã in Chm peccatis.Si esca scandalizat fratrem meũ,non manducabo carnes in æternum ne fratrem meum scandalizem.

Cap.9.

Quis militat suis stipendijs vnquam &c. Nunquid de bubus cura est deo. Si nos vobis spiritualia seminauimus,magnum est si vestra carnalia metamus. Nescitis quoniã qui in sacrario operãtur, quæ de sacrario sunt edunt & c. Cum liber essem ex omnibus,omnium me seruum feci,vt plures lucrifacerem. Factus sum infirmis infirmus &c. Nescitis quod hi qui in stadio currunt &c.Sic currite vt comprehendatis. Omnis qui in agone contendit &c. Ego sic curro non quasi in incertum. Sed castigo corpus meum & in seruitutem

redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.

Cap. 10.

Petra autem erat Christus. Hæc omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem propter eruditionē nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cū tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Vt prudentibus loquor, vosipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cōmunicatio sanguinis christi est. Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est. Nemo quod suum est quærat, sed q̄d alterius. Si quis vocat vos ad cœnam infidelium, & vultis ire, omne quod vobis apponitur mā ducate &c, Siue manducatis siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam dei facite, Sine offensione estote ecclesię dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant,

Cap. 11.

Omnis viri caput est christus, caput autem mulieris vir, caput vero christi deus, Vir non debet velare caput, quoniam imago est & gloria dei, Mulier autem gloria est viri, Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum, Ideo debet mulier habere velamen super caput suum &c Vir si comam nutriat, ignominia est illi &c Si quis videatur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus. Oportet hęreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. Laudo vos, in hoc non laudo: Ego accepi a domino, quod & tradidi vobis &c. Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indigne reus erit, corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicās corpus domini.

Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur.

Cap. 12.

Nemo potest dicere dominus iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, vnus autem spiritus &c. Idem deus qui operatur omnia in omnibus Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum &c. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo, &c. Quæ ihonesta sunt nostra abundantiorem honestatem habent. Quosdam posuit deus in ecclesia, primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores &c. Aemulamini autem charisma ta meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

Cap. 13.

Si linguis loquar angelorum & hominum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonãs aut cymbalum tinniens &c. Charitas patiens est, benigna est Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate &c. Omnia suffert, omnia credit &c. Charitas nunquam excidit. Scientia destruetur. Ex parte cognoscimus &c. Cũ aũ veneri perfectum est, euacuabit q̃d ex parte est, . Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebã vt paruulus. Cum autem factus sum vir euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas tria hæc. Maior autem horum est charitas.

Cap. 14.

Spiritus autem loquitur mysteria. Nam si orem lingua, mens mea sine fructu est. Quid ergo. Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente.

In ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui vt & alios instruam, quam decem milia lingua. Fratres mei nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote. Sensibus autem perfecti sitis. Linguæ in signum sunt non fidelibus sed infidelibus &c. Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Non enim est dissensionis deus sed pacis. Si quis ignorat ignorabitur. Omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant in vobis.

Cap. 15.

Visus est Christus post resurrectionem Cephæ [id est, Petro] & post hæc vndecim. Deinde visus est plus quã quingentis fratribus simul. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum &c. Gratia dei sum id quod sum &c. Si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit &c. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus resurrexit primitiæ dormientium. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quotidie morior propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Nolite seduci, Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Alia claritas solis, alia claritas lunę, alia claritas stellarũ &c. Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale [Nota de quatuor dotibus corporum glorificatorum] Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Caro & sanguis regnum dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptelã possidebit.

Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus &c. In momento in ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti &c. Stimulus mortis peccatum est, &c. Deo gratias qui dedit nobis victoriam, per dominum nostrũ iesum christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.

Cap. 16.

Vigilate, state in fide, viriliter agite, confortamini, & omnia vestra in charitate fiant. Salutate inuicem in osculo sancto. Si quis non amat dominum nostrum iesum christum, sit anathema maranatha.

Epistola. II. ad Cor. habet Capitula XIII. In qua eosdem quos supra ad pœnitentiam conuersos & emendatos laudat, consolatur, & docet.

Cap. I.

Benedictus deus & pater domini nostri iesu christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ita vt possimus & ipsi consolari eos, q in omni pressura sunt. Sicut abundant passiones christi in nobis, ita per christum abundat consolatio nostra. Scitote, quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ &c. Deus dedit pignus spiritus in cordibus nostris.

Cap. 2.

Si ego vos contristo, & quis est qui lętificat me, nisi qui contristatur ex me. Non ignoramus cogitationes eius [scilicet satanæ] Deo gratias qui semper triumphat nos in christo iesu. Christi bonus odor sumus deo.

Cap. 3.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris.

Fiduciam talem habemus ad deum, non quod sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Habentes autem talem spem, multa fiducia vtimur. Dominus spiritus est. Vbi autem spiritus domini ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate claritatem, tanquam a domini spiritu.

Cap. 4.

Deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, &c. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus &c. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, semper mortificationem Iesu in corpore nostro circũferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Propter quod non deficimus, licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. In quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, nõ cõtẽplãtibus nobis q̃ videẽt, sed q̃ nõ videẽt. Quę em̃ videntur temporalia sunt, quæ autem nõ videntur æterna sunt.

Cap. 5.

Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam æternam in cælis, &c. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit. Charitas Christi vrget nos. Pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Si cognouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc non cognouimus. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundũ carnem, &c. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.

Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo.

Cap. 6.

Exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te &c. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem &c. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus &c. in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto. In charitate non ficta, in verbo veritatis &c. Per arma iusticiæ a dextris & a sinistris. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrũ dilatatum est. Quæ societas luci ad tenebras, quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cũ infideli, &c. Vos estis templum dei viui, sicut dicit dominus. Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorum deus &c.

Cap. 7.

Has ergo promissiones habentes charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos &c. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Qui consolatur humiles, consolatus est nos deus. Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Quæ enim secundum deum est tristitia, pœnitentiã in salutem stabilem operatur, Seculi autem tristitia, mortem operatur.

Cap. 8.

Altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simpliciratis eorum. Propter nos christus egens factus cum esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus. Prouidemus bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus.

Cap. 9.

Qui parce seminat parce & metet, & qui seminat in be-

nedictionibus, de benedictionibus metet, &c. Hilarem datorem diligit deus. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis &c. Gratias deo super inenarrabili dono eius.

Cap. 10.

In carne ambulantes, non secundum carnem militamus Nam arma militiæ nostræ non carnalia-, sed prudentia deo &c. in captiuitatem redigentes omenm intellectum in obsequium christi. Quales sumus in verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Ipsi nobis nosipsos metientes & comparantes &c. Qui gloriatur in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commendat.

Cap. 11.

Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me, &c. Timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri & excidant a simplicitate quę est in christo. Ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Non ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iusticiæ, quorum finis erit secundum opera eorum. Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. ⌊ Nota in isto capitulo de tribulationibus & afflictionibus sancti apostoli. ⌋ Quis infirmatur, & ego non infirmor. Quis scandalizatur, & ego non vror. Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.

Cap. 12.

Scio hominem in christo. siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum, quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba quæ non licet hŏi loqui. Ne reuelationum magnitudo extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. ⌊ Nota in isto capitulo de miraculis apostoli, sicut ipsemet asserit. ⌋ Virtus in infirmitate perficitur.

Cap. 13.

Non quæro quæ vestra sunt, sed vos. Non debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Ego aũt libentissime impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. In ore duorum vel triu n &c. Si estis in fide ipsi vos probate. An non cognoscitis v osipsos, nisi forte reprobi sitis? Non possumus aduersus veritatẽ sed pro veritate. Potestatem dedit mihi dominus in ædificationem, & non in destructionem, &c.

Epistola ad Galat. habet Cap. VI. In qua seductos a falsis apostolis vt ad legem & circumcisionem reuertẽtur, reuocat ad veram fidem catholicæ veritatis.

Cap. I.

IEsus Christus dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti culo nequam. Licet nos, aut angelus de cælo euangelizaret vobis præterquã euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædixi & iterum dico, si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Non acquieui carni & sanguini.

Cap. 2.

Deus personam hominis non accipit. Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem restiti ei, quia reprehensibilis erat &c. Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei, q dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non abijcio gratiam dei.

Cap. 3.

Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis nunc carne consummemini. Credidit Abrahã deo, & reputatũ est ei

ad iusticiam. Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Igit qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Iustus ex fide viuit. &c. Christus nos redemit, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Lex propter trãgressiones posita est. &c. Mediator vnius non est, deus aũt vnus est. Omnes filij dei estis, per fidem in Christo Iesu. Quicunque in Christo baptizati estis Christum induistis. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.

¶Cap. 4.

Vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suũ factum sub lege, natum ex virgine. &c. Quoniam estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. &c. Ergo inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis. Bonum in bono æmulamini semper, & non tantum cum præsens sum. &c. Illa quę sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim. Lętare sterilis. &c. ¶Cap. 5.

In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque præputium, sed fides quæ per charitatem opatur. Currebatis bene. Quis vos fascinauit veritati non obedire? Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Per charitatem spiritus seruite in inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Quo si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem cõsummamini. Spiritu ambulate & desideria carnis nõ perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumq; vultis illa faciatis. Manifesta aũt sunt opa carnis, quæ sunt fornicatio. &c. inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, &c. qui talia agunt regnũ dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, pacientia, longanimitas, bonitas. &c. aduersus huiusmodi non est lex. Qui aũt sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscentijs.

Cap. 6.

Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicē inuidentes. Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q spirituales estis, huiusmōi instruite in spiritu lenitatis, considerās teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Opus suum probet vnusquisque. Vnusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui cathezizatur verbo, ei qui se cathezizat in omnibus bonis. Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Qui semi nat in carne sua, de carne metet corruptionem. Qui autem seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu chri, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

¶Epistola ad Ephesios habet Capita .VI. In qua Ephesij (qui ab Apostolo verbo veritatis accepto, perstiterunt in fide) laudantur.

Caput primum.

DEus elegit nos in Christo, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Deus prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. & cætera. Deus instaurauit omnia in Christo, siue quæ in cælis sunt siue quæ in terris. &c.
Prædestinati sumus secundum propositum dei, qui ope

ratur omnia secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius. Spiritus sanctus est pignꝰ hæreditatis nostræ. Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius. &c. (Nota de quatuor ordinibus angelorum) Deus constituit Christum ad dexteram suam in cælestibus, supra omnẽ principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem.

Cap. 2.

Nos aliquando conuersati sumus in delicijs carnis nr̃æ, facientes voluntates carnis & cogitationũ, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Deus q̃ dives ẽ in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est non ex operibus ne quis glorietur. Christus est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Per crucem dissoluens inimicitias in semetipso. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati sup fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, &c. Reuelatum est sanctis apostolis & prophetis in spiritu, eẽ gentes cohæredes & concorporales, & compartícipes promissionis dei in Christo Iesu.

Cap. 3.

(Nota de sancta trinitate.) Flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, vt det vob̃ scd̃m diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari p̃ spiritum sanctum in interiori homine, habitare Christum per fidẽ in cordibꝰ vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comp̃hendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo & latitudo, & sublimitas & profundum. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimꝰ aut intelligimus, ip̃i gloria in sæcula sæculorum amen.

Cap. 4.

(Nota optime et fac.) Obsecro vos ī dn̄o vt digne am-

buletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicē in charitate. soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium, qui sup omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique aūt nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, &c. Occurremus omnes in vnitate fidei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, Non iam sumus paruuli fluctuantes, nec circūueniamur omni vento doctrinæ. Deponite vos secundum pristinam conuersationē, veterem hominem qui corrumpitur secundum desyderia erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominē qui secundum deum creatus est. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Nolite contristari spiritum sanctū dei. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur a vobis. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis.

Cap. 5.

Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiā deo in odorem suauitatis. Nemo vos sedu cat inanibus verbis. Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate, probātes quid sit beneplacitum deo. Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit tibi Christus. Videte fratres quomodo caute ambuletis, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus, cantātes & psallentes in cordib⁹ vr̄is dño, gratias agētes p̄ oibus semp. &c. Subiecti estote inuicē i timore dei. Vir caput ē mulieris sicut & Christus est caput ecclesiæ, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctifi

caret,mundãs illam lauacro aquæ in ꝟbo vitæ,vt exhiberet sibi glorioſam eccleſiam,non habentem maculã neq; rugam &c. Nemo vnq̃ carnem ſuam odio habuit,ſed fouet.&c. Erunt duo in carne vna,ſacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto et in eccleſia. Vnuſquiſq; vxorem ſuam ſicut ſemetipſum diligat.

¶Cap.6,

Filij obedite parentibus veſtris in dño. &c. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros,ſed educate illos in diſciplina & correptione domini. Fratres confortamini in domino,& in potentia virtutis eius. Induite armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates contra ſpiritualia nequiciæ in cæleſtibus.&c. Accipite armaturam dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo,induti lorica iuſticiæ,in omnibus ſumentes ſcutum fidei,in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.&c. Orate omni tempore in ſpiritu vigilantes, in omni inſtantia & obſecratione.&c.

¶Epiſtola ad philippenſes continet Capita.IIII. In qua Apoſtolus Philippenſes collaudat, quod accepto verbo veritatis, perſtiterunt in fide:nec falſos receperunt Apoſtolos.

Caput.I.



Confido qa qui cœpit in vobis opus bonum pficiet, Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, vt probetis potiora & ſitis ſyncæri &ſine offenſione. In omni fiducia magnificabitur Chriſtus in corpore meo,ſiue per vim ſiue per mortem.

Mihi viuere Christus est,& mori lucrum. Desyderiũ habeo dissolui & esse cum Christo,multo enim melius. Tantum digne euangelio Christi conuersamini,&cæ. Vobis donatum est pro Christo, non solum vt in illũ credatis,sed vt etiam pro illo patiamini, &c.

¶Cap'. 2.

¶Si qua consolatio in Christo,si quod solatium charitatis,si quæ societas,si qua viscera misericordiæ,implete gaudium meum vt idem sapiatis vnanimes & id ipsum sentientes. Nihil agite per contentionem,neque per inanem gloriam, sed per humilitatem superiores sibinuicem arbitrantes,non q̃ sua sunt singuli considerantes,sed quæ aliorum. Christus cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est ęqualem se esse deo, sed semetipsum exinaniuit,&cæt. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque mortem, mortem autem crucis.Propter quod, &c. In nomine Iesu omne genu flectatur,cælestium,terrestrium & infernorum,&c. Deus operatur in vobis,velle & perficere pro bona voluntate. Omnia facite sine murmurationibus,vt sitis sine querela simplices filij dei in medio natiõis prauę atq; peruersæ,inter quos lucetis sicut luminaria mũdi verbum vitæ continentes. Omnes quæ sua sunt q̃runt,non quæ Iesu Christi.

¶Cap.3.

¶Gaudete in domino semper. Existimo omnia detrimentum esse,propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi, propter quod omnia arbitror vt stercora,vt Christum lucrifaciam. Fratres ego non arbitror me comprehendisse. Vnum autem,quæ quidem retro sunt oblitus,ad ea vero quæ priora sunt extendẽs meipsum ad destinatum persequor, ad brauium vocationis supernæ. Multi ambulant quorum finis interitus,quorum deus venter est,& gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Nostra conuersatio in cælis est. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratum corpori claritatis suæ.

¶Cap. 4. & vlt.

Fratres mei dilectissimi & desyrantissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino. Ego te rogo germane compar, adiuua illos, &c. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni gratiarum actione & obsecratione, petitiones vestræ innotescant apud deum. Pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq; amabilia, quæcunq; iusta, &c. hæc cogitate, & deus pacis erit vobiscum. Ego didici in quibus sum sufficiens esse. Scio humiliari, scio & abundare, vbiq; & in omnibus instructus sum & satiari & esurire. Omnia possum in eo q̃ confortat me, &c. Deus meus impleat omne desyderiũ vestrum secundum diuitias suas in Christo Iesu.

Epistola ad Colossenses habet Cap. IIII. In qua Apostolus Colossenses præuentos a falsis apostolis corrigit, eosqne de fidei veritate admonet.

Cap. I.

POstulamus vt impleamini agnitiõe voluntatis dei in omni sapientia, & intellectu spirituali, vt ambuletis digne deo per omnia crescentes in scĩa dei, &c. ¶Nota hic. 4. ordines angelorum. ¶Gratias agimus deo & patri, qui nos transtulit in regnum filij dilectionis suæ, q̃ ẽ imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, &c.

Exhibete vos sanctos & immaculatos, & irreprehẽsibiles coram deo, &c.

¶Cap. 2.

¶Volo vos scire qualem solicitudinẽ habeã p vobis.

Nam si corpore absens sum, tamen spiritu vobiscū sum gaudens & videns ordinem vestrum. Videte ne qs vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam, &c. In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, &c.

¶Cap. 3.

¶Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quę rite, vbi Christus est in dextera dei sedēs. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Auaritia quæ est simulacrorum seruitus, &cæ. Nunc aūt deponite iram, indignationem, turpem sermonem de ore vestro. Expoliate vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eiusqui creauit eum. Induite vos ergo sicut electi dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiā, supportantes inuicem & donantes vobismetipsis, si qs aduersus aliquem habet querelam, sicut & Christus donauit nobis. Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Pax Christi exultet semper in cordibus vestris, docentes & commonentes vosmetipsos in hymnis & psalmis, &c. Omnes quodcunq; facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes deo patri per ipsum. Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Quodcunq; facitis, ex animo agite, &c.

Cap. 4. & vlt.

¶Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Sermo vester in gratia semper, sale sit conditus, vt sciatis quomodo vos oporteat vnicuiq; respondere. Steris perfecti & pleni in omni voluntate dei. Vide ministerium qd accepisti in domino, vt illud impleas. Gratia domini Iesu vobiscum Amen.

Epistola. I. ad Thessalonicenses habet Capi. V. In qua Apostolus ipsos Thessalonicenses collaudat: quia verbo veritatis accepto, cum persecutionem paterentur a ciuibus suis, perstiterunt in fide: nec falsos apostolos receperunt

¶Caput. I.

EVangelium nostrum ad vos non fuit in sermone tñ, sed in virtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa. Conuersi estis seruire deo vero & viuo, & expectare filium eius de cælis.

¶Cap. 2.

¶Loquimur nõ quasi hominibus placentes, sed deo q̃ probat corda nostra. Peruenit ira dei super Iudæos vsque in finem.

¶Cap. 3.

¶Nemo moueatur in tribulationibus, quia in hoc positi sumus. Nunc viuimus, si vos statis in domino. Ipse deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat viam nostram, & abundare faciat charitatem nostram in inuicem & in omnes.

¶Cap. 4.

¶Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vr̃m vas suũ possidere in sanctificatione & honore. Ne quis circumueniat frãtrem suum. Itaq; qui hæc spernit, non hoĩem spernit sed deum. Rogamus vos ffes vt abundetis magis, & operã detis vt quieti sitis. Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desyderetis. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

Ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo, &c.

¶Cap. 5. & vlt.

¶Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis Christus mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Rogamus vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate. Propter opus illorum pacē habete cum illis. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oēs. Videte ne quis malum pro malo reddat, sed semp q̄d bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Spiritum nolite extinguere. Omnia probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis deus qui vocauit vos, qui etiam faciet.

Epistola II. ad Thess. habet Cap. III In qua Apostolus eosdem instruit de temporibus nouissimis: de aduentu, persequutione & fallacia Antichristi de ipsius exaltatione atq; ruina.

¶Caput. I.

IN reuelatione domini nostri Iesu Christi de cælo cum angelis virtutis eius, in flāma ignis dantis vindictam, his qui nō nouerunt deum, & qui non obediunt euāgelio Iesu Christi, pœnas dabunt interitu æternas, a facie domini, & a gloria

virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Dignetur vos vocatione sua deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ. &c.

Cap. 2.

Non cito moueamini a vestro sensu, neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem. &c. Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, q aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. [Nota hic de Antichristo] Reuelabit ille iniquus quē dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, cuius erit aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis et prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Dominus noster Iesus Christus & deus pater q dilexit nos exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono,

Cap. 3. et vlt.

Orate vt liberemur ab importunis & malis hominib⁹. Non omnium est fides. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Non inquieti fuimus, nec gratis panem manducauimus, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Si quis non vult operari, non manducet. Obsecramus vt cum silentio operantes, suum panem mãducent. Si quis non obedierit verbo, per epistolam hunc notate, & ne cõmisceamini cum illo, vt cõfundat. et c.

¶Epistola ad Timotheum prima habet Capita. VI. In qua Timotheum apostolus instruit de ordinatione & officio episcopatus, Diaconatus, atq; omnis Ecclesiasticæ disciplinæ.

Cap. I.

Finis præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona, & fide non ficta, a quibus quidam aberrantes, conuersi sunt ad vaniloquium, volentes esse legisdoctores & cætera. Scimus quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Iusto non est lex posita, sed iniustis & non subditis. & cætera. Gratias ago ei qui me cõfortauit in Christo Iesu. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mũdũ peccatores saluos facere quorum primus ego sum
Regi autem sæculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.
Hoc præceptum commendo tibi fili, vt milites bonam militiam, habens fidem & conscientiam bonam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.

Cap. 2.

Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus q in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.
Vnus est mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione.
Mulier in silentio discat cum omni humilitate, Docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum sed esse in silentio. Adam non est seductus, mulier aũt seducta in præuaricatione fuit.

Cap. 3.

Si quis episcopatum desyderat, bonum opus desyderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem doctorem, non percussorem, pudicum, non litigiosum,

& cæte. non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.
Diacones similiter pudicos non bilingues. & cætera. habentes mysterium in conscientia pura, & sic ministrēt nullum crimen habentes.
Scias quomodo oporteat te in domo dei cōuersari, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamētum veritatis.
Manifeste magnum pietatis est sacramentum, q̄d manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est gentibus, creditum est mūdo, assumptum est in gloria.

Cap. 4.

In nouissimis temporibus discedēt quidam a fide attendentes spiritibus erroris. & cætera.
Omnis creatura dei bona est. & nihil reiiciēdum quod cum gratiarum actione percipitur. Sāctificatur enī per verbum dei & orationem. Ineptas & aniles fabulas deuita.
Exerce autem teipsum ad pietatem.
Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est:
Pietas autem ad omnia vtilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Nemo adolescentiam tuā contemnat. Esto exemplum fidelium in verbo in conuersatione in charitate. Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est quæ data est tibi. Profectus tuus manifestus sit omnibus. Hæc meditare, in his esto. Hoc enim faciens teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

¶Cap. 5.

Seniorē ne increpaueris sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fres, anus vt mres. & cæt. Viduas honora quæ veræ viduæ sunt. Nam quæ in delitijs ē, viuens mortua est.

Si quis autē ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Qui bene preſunt preſbyteri, duplici honore digni habeant maxime qui laborant in verbo et doctrina. Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere niſi ſub duob⁹ aut tribus teſtibus. Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Sine præiudicio nihil facias in aliam partem declinando. Manus nemini cito impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis. Modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.

¶Cap. 6, & vlt.

Qui ſub iugo ſunt ſerui, dominos ſuos oī honore dignos arbitrentur. Superbus nihil ſciens, languens circa quęſtiones & pugnas ỹborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones. &c. Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil intulimus in hunc mundū, haud dubium quia nec auferre quid poſſimus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tētationem & laqueum diaboli. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Tu autem o homo dei hæc fuge. Sectare vero iuſticiam, pietatem, fidem, charitatem, pacientiam, manſuetudinem, Certa bonum certamen fidei. Serua mandatum ſine macula irreprehenſibile, vſque ad aduētum domini noſtri Ieſu Chriſti, quē oſtendet beatus, & ſolus potens, rex regum & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & gloria & imperium in ſempiternū amen.

Diuitib⁹ huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo viuo qui præſtat omnia nobis abunde. &c. diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere. O Timothee deuita prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. & cætera.

¶Epistola ad Timotheum. II. habet capita. IIII. In qua hortatur ipsum Timotheum ad coronam Martyrij, informatque eum de omni regula catholicæ veritatis: Et quid futurum sit nouissimis temporibus: & de sua passione.

¶Cap. I.

ADmoneo te vt resuscites gratiam dei quæ in te est. Non enim dedit deus nobis spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis et sobrietatis. Neli erubescere testimoniũ dñi nostri Iesu Christi, neq; me. Deus liberauit nos et vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia, manifestata est aũt nunc. &c. Scio cui credidi et certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborum in fide, in dilectione Iesu per spiritum sanctum qui habitat in vobis. Tu ergo fili mi cõfortare in gratia Iesu Christi, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei sunt alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo, implicat se negocijs sæcularibus. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus de omnibus intellectum. Fidelis sermo. Si commortui sumus et conuiuemus, Si sustinemus et conregnabimus &c. Noli verbis contendere. Ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Solicite cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem, recte tractantẽ verbum veritatis. Sermo vaniloquorum vt cancer serpit. Firmum fundamentum dei stat habens signaculũ hoc. Cognouit dominus qui sunt eius. Et discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. (Nota in tex

tu, quia loquitur de prædestinatis & reprobis). In magna domo non solum sunt vasa aurea vel argentea, sed & lignea & fictilia &c. Iuuenilia vero desideria fuge. Sectare autem iusticiam, fidem, charitatem & pacem. Stultas autem & sine disciplina quęstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum domini non oportet litigare, sed docibilem esse ad omnes patientem, cum modestia corripientem. Det deus illis pœnitentiam ad cognoscendā veritatem, & resipiscant a laqueis diaboli a quo captiui detinentur ad ipsius voluntatem. ¶Cap. 3

Scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos, cupidi, elati, sine affectione, sine pace, ac criminatores, &c. voluptatis amatores magis quam dei, habentes speciem quidem pietatis, virturem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterūt Moysi, ita & hi resistunt veritati. sed non proficiēt &c. Omnes qui pie volunt viuere in Christo persequutionē patientur. Tu vero permane in his quæ didicisti, & qa ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendū in iusticia, vt perfectus sit homo ad omne opus bonum ¶Cap. 2.

Prædica verbum, insta oportune, importune, atque obsecra, increpa in omni patientia. Erit tempus cumsanā doctrinam non sustinebunt, sed ad desideria sua coacervabunt sibi magistros &c. Tu vero vigila, in omnib⁹ labora, ministerium tuum imple, sobrius esto. Bonū certamen certaui, cursum consūmaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. &c

Epistola ad Titū habet capita tria. In qua Titū instruit apostolus de constitutione presbyterorum & de conuersatione spirituali, atque hæreticis vitandis. Caput. I.

OPortet episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem. Non superbum nō iracundum, &c. quære. Sunt multi inobedientes & vaniloqui, q̄s oporret redargui, Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi.

¶Cap. ii.

¶ Tu loquere quæ decet sanam doctrinam, senes vt sobriī sint, pudici, prudentes. &c. Iuuenes exhortare vt sobriī sint, &c. In omnibus teipsum præbæ exemplū bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum irreprehensibile, ut qui ex aduerso ē nihil mali habeat loq de nobis. Apparuit gratia dei salutaris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem & seculania desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei. Loq̄re & exhortare & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

¶Cap. tert. & vlt.

Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nr̄i dei. Nō ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. Discant nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.

Epistola ad Philemonem caput habet vnicum. Commēdat in ea Apostolus Philemonem, de fide & charitate in sanctos: & rogat eum vt indulgeat Onesimo seruo suo, & ipsum benigne suscipiat.

¶Capite vnico

MVltam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. Tu autem illum (scilicet fratrem) id est, viscera mea suscipe. Sine cõsilio tuo nihil volui facere. Si aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ita frater, ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo. Confidens de obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. &c.

¶Epistola ad Hebræos continet Capita. XIII. Ostendit in ea Apostolus defectũ & euacuationẽ legis Mosaicæ, & perfectionem legis Euangelicæ. Ostendit item & quod Christus verus deus sit & homo, dei & hominum mediator.

Caput. I.

MVltipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio quem cõstituit hęredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula. [Nota in isto capitulo multa testimonia de diuinitate Christi in litera.] Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portãsq; omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterã maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, ẽn to differentius præ illis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nonne omnes sunt administratorij spũs in ministerium missi propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis. Cap. 2.

Abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus ne pereffluamus. Quomodo enim effugiemus, si tantã

neglexerimus salutem, q̄ in nos confirmata est, contestante deo signis & portentis & virtutibus, & spiritus sancti distributionibus. Non angelis subiecit deus orbem terræ. Eum qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum, ꝓpter passionem mortis, gloria, & honore coronatum, vt gratia dei ꝓ omnibus gustaret mortem. Decebat eum propter quem omnia & p quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorē salutis eorum per passiones consummari. Vñ debuit per omnia fratribus similari vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum. In quo enim passus ē ipse & tentatus, potens est eis qui tentantur auxiliari,

¶Cap. 3.

Fratres sancti vocationis cælestis participes consydera te apostolum & pōtificem confessionis vestræ Iesum. Moyses quidem fidelis erat in tota domo dei tanquam famulus: Christus ẏo tanquā filius in domo sua, q̄ dom⁹ sumus nos si fiduciā & gloriā spei vsq; ad finē firmam retineam⁹. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si vocē ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vestra &c. Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedēdi a deo viuo & vero. sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

Cap. 4.

Non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei. Festinemus ingredi in illam requiem. Viuus est enim sermo dei et efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animæ ac spiritus. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. &c. Habentes pontificem magnum q̄ penetrauit cælos Iesum filium dei, teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. &c. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. ¶Cap. 5.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocat a deo, tanquam Aaron, Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret &c. Et cum esset filius dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam &c. Cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonis dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonis iusticiæ. Paruulus enim est. Perfectorum aũt est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

¶Cap. 6.

Intermittens igitur inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur, vt non segnes efficiamini &c. Abraham longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Abundantius volens deus ostẽdere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, qbus impossibile est mentiri deum fortissimum solatium habeamus. &c. Præcursor pro nobis introijt Iesus secundum ordinem Melchisedec factus sacerdos in æternum.

¶Cap. 7.

Nota hic de Melchisedec. & sacerdotio Christi. &c. quære. Melchisedec rex Salem, quod est rex pacis sine patre sine matre, &c. assimilatus filio dei. &c. Sine vlla contradictione quod minus est a maiore benedicitur. Trãslato sacerdotio, necesse ẽ vt legis trãslatio fiat. Manifestum est quodex Iuda ortus sit dominus noster. Nihil ad perfectum adduxit lex. Introductio vero melioris spei per quam approximamus ad deum. Christus eo quod maneat in æternum, sempiternũ habet sacerdotium. Vnde & saluare potest in perpetuum accedens per semetipsum ad deum, semper viuẽs ad interpellandum pro nobis. Talis decebat vt esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus & excelsior cælis factus. & cætera.

¶Cap. 8.

¶Talem habemus pontificem qui consedit in dextris sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister & tabernaculi veri quod fixit deus & non homo. Responsum est Moysi, Vide omnia facito secundum exemplar q̃d tibi ostensum est in monte. ⌊ Nota in isto capitulo testimonium Hieremiæ de nouo testamento. ⌋ Quoniã ipsi non permãserũt in testamẽto meo, ego neglexi eos dicit dominus. Quod antiquatur & senescit prope interitum est.

¶Cap. 9.

Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. p proprium sanguinem introiuit semel in sancta. &c. Si sanguis hircorum & vitulorum inquinatos sanctificat, quantomagis sanguis Christi q per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendũ deo. Noui testamenti Iesus mediator est. & cætera. Vbi testamentũ est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet dum viuit qui testatus est. Omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Non in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nũc vultui dei pro nobis. Quemadmodum hominibus statutum est semel mori, post hoc autem iudicium, sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundo autem sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.

¶Cap. 10.

Vmbram habens lex futurorum bonorũ non ipsam imaginem rerum. & cætera. nunquam potest accedentes perfectos facere. Impossibile est sanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Sanctificati sumus peroblationem corporis Iesu Christi semel. Christus vnam pro peccatis hostiã offerẽs sedet in sempiter-

mum in dextera dei, de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Habentes fratres fiduciam in introitu sanctorum per sanguinē Christi &c. accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis est enim qui repromisit. Consyderemus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdā, sed consolantes &c. Terribilis quædā ē expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quātomagis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Vinctis compassi estis & rapinam bonorum vestrorum, cum gaudio suscepistis. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem. Iustus meus ex fide viuit, quod si subtraxerit se non placebit animæ meę. Nos autem non sumus filij subtractionis in perditionē, sed fidei in acquisitionem animæ.

¶Cap. ii.

Est aūt fides, sperādarū substātia rerū, argumētū nō apparentum. In hac testimonium consequuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. ⌊Nota in isto capitulo de fide antiquorum sanctorum.⌋ Fide Enoch trāslatus est ne videret mortem. Sine fide impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Expectabat Abraham fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor deus. Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Magis elegit Moyses af-

figi cum populo dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum, improperiũ Christi. Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide transierunt mare rubrum tanquam per aridam terram &c. ⌊ Nota Samson ponit in numero sanctorum ⌋ Quid dicam de Gedeon, Barach Samson, Iepte, Dauid, Samuel, & alijs prophetis qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones in Christo iesu domino nostro &c. Lubdria & verba expti. Egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus &c. In solicitudinibus errantes, in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ ¶ Cap. 12

Ideoq; & nos tantam habentes impositam nobis nubẽ testium, deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum &c. Recogitate eum qui talem constituit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis &c. Fili mi noli negligere disciplinam domini &c. In disciplina perseuerate, tanquam filijs vobis se offert deus. Quis enim filius, quẽ non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Omnis disciplina in pñti quidem videtur non esse gaudij sed mœroris, postea aũt fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit, contemplantes ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Accessistis ad montem Syon & ciuitatem dei viuentis & Hierusalem cælestem, & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omniũ deũ, & spiritum iustorum perfectorum &c. Seruiamus deo placentes, cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est. ¶ Cap. 13.

Charitas fraternitatis maneat vobiscum, & hospitalitatem nolite obliuisci. Mementote vinctorum tâquam simul vincti. Honorabile connubium,& thorus immaculatus. Mementote præpositorum vestrorum qui vobis loquuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum imitamini fidem. Iesus Christus heri & hodie,ipse & in sæcula.Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.Optimum est gratia stabilire cor,non escis.Iesus vt sanctificaret populum extra portam passus est. Exeamus igit ad eum extra castra,improperium eius portantes.Non enim habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus.Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis deo semper. Beneficentię & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis placatur deus.Obedite præpositis vestris & subiacete eis.Ipsi enim peruigilant,quasi rationem pro animabus vestris reddituri:vt cũ gaudio hoc faciant & non gementes.Hoc enim expedit vobis. Deus pacis q eduxit de mortuis pastorem magnum dominum nostrum Iesum Christum,aptet vos in omni bono vt faciatis voluntatem eius faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum cui est gloria in secula sæculorum.Rogo vos fratres,vt,sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis.

Liber actuum apostolorum continet capita viginti octo. Declarat in eo sanctus Lucas Christo in cœlum assũpto,visibilem spiritus sancti missionẽ, gestaque apostolorũ & præcipue Pauli, atq; infantiam nascentis ecclesiæ describit

Caput primum

Cœpit IESVS facere, & docere vsque in diem,& cętera. qua assumptus est. Præbuit Iesus seipsum viuum post passionem suam in multis

argumētis per dies quadraginta apparens eis, & loqns de regno dei. Dixit Iesus apostolis, nō est vestrū nosse tēpora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Vidētibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Duo viri (.i. angeli) dixerunt apostolis. Hic Iesus q assumpt⁹ est a vob in cælū. sic ueniet quēadmodū vidistis eum euntē in cælum. Omnes erāt perseuerātes vnanimiter in oratione, cū mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Suspensus Iudas crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Fiat commoratio &c. (Hic Petrus apostolus coniungit ex duobus psalmis vnum testimonium) Cecidit sors super Mathiam. (Nota expositionem de hac sorte.)

¶Capite secundo

Cum complerentur dies pentecostes erāt omnes pariter in eodē loco &c. Apparuerūt apostolis dispartitæ linguæ tāquam ignis, seditque supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes spiritu sancto. Cœperūt apostoli loqui varijs liguis, put spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et audiebat vnusquisque lingua sua illos loquētes. Omnis quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. (Nota hic testimonium Iohel prophetæ de missione spiritus sancti in Christi discipulos) Iesum Nazarenū virum iustū & approbatum a deo in vobis virtutibus & prodigijs & signis quę fecit per illum deus in medio vestri (o viri Israelitæ) hunc definito consilio & præscientia dei traditum interemistis, quem deus suscitauit. &c. (dixit Petrus ad illos. Nota in litera testimonium Dauid de Christi resurrectione). Christus neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem, hunc Iesum suscitauit deus &c. Dixit Petrus, Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. Separamini a generatione ista praua. Appositæ sūt illa die animæ circiter tria milia (id est tria milia Iudęorum die pētecostes crediderunt.

Erant christiani perseuerantes in doctrina apostolorū, & cōmunicatiōe fractionis panis & orationibus (ijsus

erat in Hierusalē in principio ecclesiæ missō spiritu sancto.) Multa prodigia & signa fiebant per apostolos in Hierusalem, & metus magnus erat in vniuersis. Omnes qui credebant erant pariter, & erant eis omnia communia, & sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, & laudabant deum habentes gratiam ad omnem plebem.

¶Cap. 3.

Petrus dixit. Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula &c. Respondit Petrus: Viri Israelitæ, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati &c. Sanctum & iustum negastis, & authorē vitæ interfecistis, quem deus suscitauit. Fratres scio quod per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri. Pœnitemini ergo & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarum suorum pati Christum suum, implcuit sic. Moyses dixit. Propheram suscitabit vobis de fratribus vestris tanquam me. &c. Hlstud de Christo exponit. Omnes prophetæ a Samuel & deinceps annunciauerūt dies Christi &c. Primum deus suscitans filium suum, misit eum vt conuertat se vnusquisq; a nequicia sua.

¶Cap. 4.

Factus est numerus virorum credentium quinq; millia. Iesus Christus est lapis qui reprobatus est ab ædificātibus qui factus est ī caput āguli, & non est in aliq̄ alio salus. Nec enim nomen aliud est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat vos saluos fieri. Videntes principes Iudęorum Petri & Ioannis constantiam, compertoq̄d homines essent sine literis & idiotæ, mirabantur. Manifestum est & non possumus negare. Dixit Petrus. Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quā deum iudicate. Conuenerunt aduersus sanctum puerum tuum domine Iesum quem vnxisti, Pontius Pilatus & Herodes cum gentibus & populis Israel facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Et nunc

domine respice & da seruis tuis cum omni fiducia loq verbum tuũ. Et cũ orassent discipuli, motus est locus in quo erant, & repleti sunt spiritu sancto, & loquebantur verbum dei cum fiducia. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Nec quisquam eorꝝ quę possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, nec quisquam egens erat inter eos. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi &c. Quotquot possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebãt precia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes apostolorꝝ. Diui debatur autem singulis, prout cuique opus erat. ¶Cap.5.

Dixit Petrus. Anania cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto &c. Non es mentitus hominibus sed deo. Audiens aũt Ananias cedidit & expirauit &c. ⌊Nota in litera etiam de fœmina⌋ Per manus apostolorum fiebant signa & prodigia magna in populo, & magnificabat eos populus. In plateis eijciebant infirmos, vt saltem veniente Petro, vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitate sua &c. Posuerunt apostolos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens carcerem eduxit eos. Dixit Petrus. Obedire oporret deo magis quam hominibus. ⌊Verba sancti Gamalielis.⌋ Si est ex hominibus consilium aut opus hoc, dissoluetur. Si autem ex deo, non poteritis dissoluere illud, &c. Gamaliel Pharizeus legis doctor, honorabilis vniuersæ plæbi, & cætera. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati, Cap.6.

Non est æquũ nos derelinq̃re ꝟbum dei et ministrare mẽsis. Consyderate viros testimonij boni &c. Nos vero orationi et ministerio ꝟbi instantes erimus &c. Multa turba sacerdotũ obediebat Euangelio. Stephanus plenus gr̃a & fortitudine, faciebat ꝓdigia et signa magna in populo. Viderũt oẽs faciem Stephani tanquã faciem angeli. Cap.7.

Deus gloriæ apparuit Abraham & dixit. Egrederede terra tua et de cognatiõe tua, et veni in terram quam mõstrauero tibi &c. Translati sunt Iacob & filij eius in Sichẽ, & positi in sepulchro q̃d emit Abraham a filijs Emor. Enutritus est Moyses oĩ sapientia Aegyptiorum & erat potens in ỹbis & opibus suis. Existimabat Moyses intelligere fratres, qm̃ p man⁹ ipius de⁹ daret salutem illis &c. Viri, fratres estis. Vt quid nocetis alterutrum? Quis te cõstituit principem & iudicem sup nos? Deus misit moysen in Aegyptum ad Pharaonem, cũ manu angeli qui apparuit ei in rubo. Non in manufactis excelsus habitat. Dixit Stephanus ad Iudæos. Dura ceruice & incircumcisi corde & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto, sicut & patres vestri. Quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri, & occiderunt eos qui annũciauerunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legẽ in dispositione angelorum. Stephanus plenus spiritu sancto intendens in cælum vidit gloriam dei, & Iesum stantem a dextris dei & ait. Ecce video cælos apertos & filium hominis stantem a dextris virtutis dei &c. Lapidabant Stephanum dicentem. Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. &c.

Cap. 8.

Facta est persequutio magna in Hierusalem, & dispersi sunt omnes præter apostolos, & cætera. Saulus autem deuastabat ecclesiam &c. Dicebant Samaritani de Simone mago: Hic est ỹtus dei q̃ vocat magna. Imponebãt Petrus et Ioannes man⁹ sup illos, & accipiebãt spiritum sanctũ. Obtulit Simon Petro & Ioãni pecuniã &c. Cui dixit Petr⁹. Pecunia tua tecum sit in pditionẽ, qm̃ donũ dei existimasti pecunia possideri. Cor tuum non est rectũ coram deo. In felle em̃ amaritudinis & obligatione pcti te video eẽ. Precamini vos p me ad dñm. Tãq ouis ad occisionẽ ductus est, &c. in Esaia. Putas ne intelligis q̃ legis? &c. Credo filiũ dei eẽ Iesũ Christũ. Spus dñi rapuit Philippũ, et amplius nõ vdit eũ Eunuchus

&c. ⌊Iste Philippus non erat vnus apl'oꝝ, sed septem diaconoꝝ⌋

Cap.9.

Saulus adhuc spirãs minaꝝ & cædis in discipulos Chr̃i accessit ad prĩcipes sacerdotũ &c. Circũfulsit eũ lux de cęlo & audiuit vocẽ. Saule Saule qd me ꝑsequeris? (Nota de cõuersione Pauli.) Ego sum Iesus Nazarænus quẽ tu ꝑsequeris. Durũ est tibi contra stimulum recalcitrare. Dñe quid me vis facere? Ingredere ciuitatem & dicet tibi quid te oporteat facere. Erat Saulus tribus diebus non vidẽs & non manducauit neq; bibit. Vas electionis ẽ mihi iste. &c. ⌊Nota de mirac. b. Petri⌋ Inuenit Petrus Aeneã ab annis octo paralyticũ & sanauit eũ Dixit Petrus Thabitę defũctę. Thabita surge. At illa aperuit oculos, & viso Petro resedit.

¶Cap.10.

Cornelius cẽturio vir religiosus, timẽs deum & faciens eleemosynas & deprecans deum semꝑ, vidit manifeste in visu angelum dñi introeuntẽ ad se & dicẽtem sibi: O Corneli, orationes tuę et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. ⌊Nota hic de conuersione beatissimi Cornelij cẽturionis, postea episcopi facti⌋ Quod deꝰ purificauit, tu ne commune dixeris. Cornelius ꝓcidẽs ad pedes Petri adorauit. Petrꝰ aũt leuauit eũ dicẽs; Surge & ego homo sum. Petrus dixit: ĩ ꝟitate compi, quoniã non est ꝑsonaꝝ acceptor deus, sed in oĩ gente q timet eum & oꝑat iusticiã, acceptus ẽ illi. Iesum a Nazareth vnxit deus spũ sancto & virtute, q ꝑtrãsijt bñfaciendo & sanãdo oẽs oppressos a diabolo.

Hunc deus suscitauit, & dedit eum manifestũ fieri non oĩ populo, sed testibus ꝑordinatis a deo, nob̃ (scilicet apostolis) qui manducauimus & bibimus cum illo postq̃ resurrexit a mortuis. Ipe est q constitutꝰ est a deo iudex viuorum & mortuoꝝ. Huic oẽs ꝓphetæ testimonium ꝑhibent remissionem accipere peccatorum per nomen eius omnes q credunt in eũ. Adhuc loquente Petro ꝟba hæc, cecidit spũs sanctus suꝑ omnes qui audiebant verbum & loquebantur linguis.

Cap.11.

Ego quis eram qui possem prohibere deum. Barnabas erat vir bonus,& plenus spiritu sancto & fide. Cognominati sunt primũ Antiochiæ discipuli Christiani.

¶Cap.12.

Occidit Herodes fratrem Ioannis gladio,& cætera. Angelus domini astitit Petro in carcere,&c. Præcinge re. Discessit angelus a Petro,et ait. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum,& cætera. Angelus eius est & cætera. Percussit angelus domini Herodem, eo quod non dedisset honorẽ deo,& consumptus a vermibus expirauit.

¶Cap.13.

Erant in ecclesia Antiochiæ prophetæ et doctores, in q̃bus Barnabas,et Symeon et Lucius &c. Manahen &c. et Saulus. Paulus repletus spiritu sancto dixit. O plene omni dolo et omni fallacia fili diaboli et inimice omnis iusticiæ,non desinis subuertere vias dñi rectas. Et nunc manus domini super te, et eris cæcus &c. Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plębem,dicite. Dedit deus Iudæis Saul filium Cis annis quadraginta &c. Inueni Dauid filium Iesse,virũ secundum cor meum &c. Dabo vobis sancta Dauid fidelia⌊ alia translatio habet,misericordias Dauid fideles.⌋ Per Iesum remissio peccatorum annunciatur,ab omnibus a quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. Videte contemptores & admiramini & disperdimini. Vobis oportebat primum loqui verbum dei,sed quoniã repulistis illud,et indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. ⌊ Verba Pauli ad Iudæos ⌋ Crediderunt quotq̃t præordinati erãt in vitam æternam. Disseminabatur verbum domini per vniuersam regionem. Discipuli quoque replebant gaudio et spiritu sancto. ¶Cap.14.

Dixit Paulus claudo nato, surge. Et continuo exiliuit et ambulauit &c. Viri quid facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines. Lapidabant Iudæi Paulum,existimantes eum mortuum esse.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. ¶Cap.15.
Qui nouit corda deus, testimonium perhibuit, fide purificans corda eorum: Nunc ergo quid tentatis deum? Per gratiam dñi nostri Iesu Christi credimus saluari. Respondit Iacobus dicens. Viri fratres audite me. Simon narrauit &c. Huic concordant verba pphetarum. Post hæc reuertar et reædificabo tabernaculum Dauid quod ecidit, vt regrant cæteri hominum dñm et c. Istud exponitur de militante ecclesia partim ex gentibus congregata. Notum a sæculo est domino opus suum. Scripserunt apostoli gentibus. Visum est spiritui sancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quã vt abstineatis ab immolatis simulacrorum, et sanguine et suffocato, & fornicatione. Iudas, Barsabas et Sileas erant prophetæ. Facta est autem dissentio inter Paulum & Barnabam.

¶Cap.16.

Vetati sunt Paulus & sui a spiritu sancto loq verbum dei in Asia, & non permisit eos spiritus Iesu. Isti homines serui dei excelsi, qui annunciant vobis viam salutis. Crede in dominum Iesum, & saluus eris tu.

¶Cap.17.

Christum oportuit pati et resugere a mortuis. Nobiliores ex eis susceperunt verbum domini cum omni auiditate quotidie scripturas scrutantes. Quidam Epicurei & Stoici philosophi differebant cum Paulo & dicebant. Quid vult seminuerbius hic dicere? Nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse. Volumus scire quæ est hæc noua q̃ a te dicitur doctrina. Noua quædam infers auribus nostris. Athenienses ad nihil aliud vacabant, nisi aut discere aut audire aliquid noui. Quibus Paulus ait. Videns simulachra vestra inueni arã in qua scriptum erat, IGNOTO DEO. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundũ & omnia quæ in ipso sunt, hic cæli et terræ cum sit dominus, nõ in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo,

cum ipe det omnibus vitã & inspirationem & omnia. Non longe est deus ab vnoquoq; nostrum. In ipo enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & qdam poetarũ dixerunt, Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cũ simus dei. &c. Tpa prioris ignorantiæ despiciens deus, nũc annunciat hominibus vt omnes vbiq; pœnitentiam agãt, eo q̃d statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æqtate in viro quem statuit, fidẽ p̃bẽs omnibus Quidã adhærentes Paulo credebant in quibus & Dionysius Ariopagita & mulier nomine Damaris &c.

¶Cap. 18.

Erat Paulus scænofactoriæ artis. Dixit Paulus Iudæis. Sanguis vester super caput vr̃m. Mundus ego ex hoc. &c. Iudæus Apollo Alexandrinus genere, vir eloquens potens in scripturis vehementer reuincebat publice Iudæos ostendens per scripturam esse Christum Iesum, & multum cõtulit his qui crediderãt. Cum imposuisset Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis & prophetabant. Erãt autem omnes viri fere duodecim. Cap. 19.

[Nota de miraculis Pauli] Virtutes non modicas fecit deus p manus Pauli, ita vt sup languidos deferrentur a corpre ei⁹ sudaria, vel semicinctia, & recedebãt ab eis lãguores et spũs neq̃ egrediebãt. ¶Cap. 20.

Adolescens quidam Euticus cecidit de fenestra, et sublatus est mortuus. Et incubuit Paulus super eum et reuixit. Dixit Paulus discipulis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum, qualiter p omne tempus vobiscum fuerim, seruiens domino cum omni humilitate & lachrymis multis et tẽtationibus, q̃modo nihil subtraxerim vobis vtiliũ &c. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam preciosiorem quam me, dummodo consumem cursum meum &c. Attendite vob et vniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acquisiuit sanguine suo. Commendo vos deo, & verbo gratiæ eius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctis. Oportet memmisse verbi domini Iesu. Beatius est magis dare quã

accipere. Procumbentes discipuli super collum Pauli osculabãtur eum.

¶Cap.21.

Philippo vni de septem diaconibus erant quatuor filiæ virgines prophetantes. Dixit Paulus. Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego non solum alligari, sed etiam mori in Hierusalem paratus sum, propter nomen domini Iesu. Domini voluntas fiat. Vtique oportet conuenire multitudinem &c.

¶Cap.22.

Deus patrum nostrorum præordinauit te vt cognoscere voluntatem eius, & videres iustum.

¶Cap.23.

Tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Scriptum est. Principem populi tui non maledices. ¶Cap.24.

Cum in multa pace agamus per te, & multa per tuam prouidentiam corrigantur, semper & vbiq; suscepimus te o optime &c. cum omni gratiarum actione. Ne diutius protraham te, oro breuiter audi nos, p tua clementia. Dixit Paulus. Studeo sine offendiculo habere cõscientiam ad deum & ad homines semper.

¶Cap.25.

Multas & graues causas obiecerunt Iudæi Paulo, quòd non poterant probare, Paulo rationem reddente &c. Non est consuetudo Romanis donari aliquem homini priusq; is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Sine causa videt mihi mittere vinctum, et causam eius nõ significare &c. Cap.26.

Permittitur tibi loqui pro temetipso. Paulus extenta manu cœpit pro se rationem reddere. Obsecro patiẽter me audias. Quid incredibile videtur apud vos, si deus mortuos suscitat. Festus dixit, Insanis Paule, Multæ literæ ad insaniam te conuertunt. Et Paulus. Non insanio inquit optime Feste, sed verba veritatis & sobrietatis loquor.

¶Cap.27.

Ventus Typhonicus qui vocatur Euroaquilo. Suadeo vob bono animo esse. Propter qd bono animo estote viri. Vipera inuasit manum Pauli quam ille in ignem excutiens nil mali passus est &c: Patrem Publij febribus & diſenteria vexatum Paulus sanauit, omnesq; infirmos insulæ (Militenæ) curauit. Dixit Paulus Iudæis. Bene spiritus sanctus loquutus est per Esaiam ad patres nostros &c. [Nota testimonium in textu de excæcatione Iudæorum.)

¶ Canonica Iacobi Apostoli habet Capita. V. Et suadet in ea Iacobus ad patientiam, apud deum non esse personarum acceptionem, malaq; linguæ vitio prouenientia aperit: bella & controuersias reprehendit, & ad virtutes exhortatur.

Cap. I.

OMne gaudium existimate fratres mei, cũ in tentatiões varias inciderit is, scientes qd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia opus perfectum habet. Sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis vestrum indiget sapiẽtia, postulet a deo qui dat omnib⁹ affluẽter & nõ improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hęsitans. Qui autem hæsitat similis est fluctui maris &c. Vir duplex animo inconstãs est in omnibus vijs suis. Glorietur frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit de⁹ diligentibus se. Nemo cum tentatur dicat, quoniam a deo tentatur. Deus enim neminem tentat. Vnusquisque tentatur a concupiscẽtia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit parit pctm. Peccatũ ve-

ro cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimū & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Apud quē non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie genuit nos verbo veritatis &c. Sit omnis homo velox ad audiendū tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri iusticiam dei non operatur. Abiicientes omnem immundiciam in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmetipsos. Quia si quis &c. ⌊ Nota hanc similitudinem optimam. ⌋ Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam &c. huius vana est religio. &c.

¶Cap. 2.

Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide &c. Si personas accipitis, peccatum operamini. Quicunque totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus &c. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Quid proderit, si quis fidem dicat se habere, opera autem non habeat? Fides si non habet opera mortua est in semetipsa. Tu credis quoniam vnus est deus. Benefacis. Et dæmones credunt & contremiscunt. Abraham pater noster, nōne ex opibus iustificatus est? ⌊ Nota totū capitulum, imo totam epistolam, quia moralissima est, & doctrinalissima. ⌋

¶Cap. 3.

Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam grauius iudicium accipitis. In multis offendimꝰ omnes. Si quis in verbo non offendit, hic pfectus ē vir Linga nostra, ignis, vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totam corpus &c. ⌊ Nota hic de lingua refrenanda in textu. ⌋ Linguā nullus hoīm domare potest, inquietum malum, plenum veneno mortifero. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Quis sapiens & disciplinatus inter vos. Ostendat ex bona cōuersatione operationem suam in

mansuetudine sapientiæ. Si zelũ amarꝝ habetis et contentiones, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non ẽ ista sapientia de sursum descedens, sed terrena, animalis, & diabolica. Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia et omne opus prauum. Quę de sursum est sapientia, primum qdem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis.

¶Cap. 4.

Vñ bella & contentiones in vobis? Nonne ex concupiscẽtijs vr̃is? Non habetis qa non postulastis. Petitis et non accipitis, eo q̊d male petatis &c. Adulteri nescitis quia amicitia huius mundi inimica est dei? Quicũq; voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei costituit. Subditi estote deo. Resistite diabolo & fugiet a vobis. Purificate corda duplices animo. Risus vester in luctũ conuertetur, & gaudium in mœrorem. Nolite detrahere alterutrum fratres mei, Qui enim detrahit fratri aut iudicat fratrem suũ, detrahit legi, & iudicat legẽ. Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabit. Dicatis, Si dñs voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc vel illud. Nunc exultastis in superbijs vr̃is. Scienti bonũ facere & non facienti, peccatum est illi.

¶Cap. 5. & vlt.

Agite nũc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris quæ aduẽient vob &c. ⌊Quære in textu⌋ Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Clamor eorum in aures dei sabaoth introiuit. Pacientes estote vsq; ad aduentũ dñi, et confirmate corda vr̃a, quoniã aduentus dñi appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite longanimitatis, laboris, & patientiæ, ꝓphetas qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferẽtiam Iob audistis, & finem dñi vidistis. Añ oĩa nolite iurare neq; per cælum &c. Sit aũt sermo vester est, est, non, non. et c. Tristatur aliqs vestrum, oret æquo animo & psallat. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ec-

desiæ & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini &c. & oratio fidei saluabit infirmum & alleuabit eum dominus, & si in peccatis est dimittentur ei. ⌊ Nota de effectu extremæ vnctionis. ⌋ Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Multum valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis &c. ⌊ Nota de fiducia orandi. ⌋ Qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum.

¶Canonica Petri Apostoli prima habet Capita .V. Agit in ea gratias Petrus deo, qui per passionẽ, sanguinem, & mortem filij, genus saluauit humanum. Et ad rẽcte viuendum, diuersos statuum homines instruit.

¶Cap. I.

BEnedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam & hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcessibilẽ conseruatam in cælis. Iesum Christum cum non videritis diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, videntes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam quæ vobis offertur gratiam non configurati prioribus ignorãtiæ vestræ tenebris, sed secundum eum qui vocauit vos sanctũ, & ipi sancti in oi conuersatiõe siris. Nõ corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana

vestra cõuersatione, sed pcioso sanguine quasi agni im maculati et incontaminati Christi &c. Animas vestras castificate in obedictia charitatis, in fraterniratis amo re, simplici ex corde diligite inuicem attentius.

Cap. 2.

Deponentes omnem maliciam & omnem dolum & si mulationes & inuidias, & detractiones, sicut modo ge niti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quam dul cis est dominus. Ecce ponã in Syon &c. Vobis honor credentibus. Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annunci etis eius, q de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suum. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desyderijs quæ militãt aduersus animam, conuersationem vestrã inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos cõsyderantes, glorificent deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum &c. Omnes honorate, fraternitatem diligite &c. Sic est voluntas dei vt benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Serui subdi ti estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ est enim gratia si peccantes & colaphizati suffer tis? Si aũt benefacientes sustinetis, hæc est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis. Christus passus est pro nob, vobis relinquẽs exemplũ vt sequamini vestigia eius &c. Eratis aliquando sicut oues errantes, sed conuersi estis ad pastorem & episcopum animarum ve strarum.

¶Cap. 3.

Oẽs vnanimes, compacientes, fraternitatis amatores misericordes, modesti, humiles, nõ reddẽtes malum pro malo, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati

estis ⌊ Nota in isto capitulo de decenti ornatu & habitu mulierum. Et quomodo viri fœminis compati & cohitare debent, in textu quære. ⌋ Dominum Christū sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe. Quis est qui vobis noceat si boni æmulatores fueritis? Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu: deglutiēs mortem vt vitæ æternæ efficeremur hæredes &c.

¶Cap. 4.

Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armemini &c. Estote prudentes & vigilate in orationibus. Ante omnia mutuam charitatem in vobis continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorū. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Communicantes Christi passionibus gaudete, vt et in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Tempus est vt incipiat iudicium a domo dei. Si aūt primum a nobis, quis finis eorū, qui non credunt euangelio? Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? Qui patiuntur secundum volūtatem dei, fideli creatori commendant animas suas.

Cap. 5.

Seniores obsecro, pascite q in vobis est gregem dei, prouidentes non coacte sed spontanee secundum deum, nō turpis lucri gratia, neq; vt dominātes in cleris sed forma gregis facti ex animo, & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Adolescentes subditi estote senioribus. Omnes in inuicem humilitatem insinuantes, ga dīs supbis resistit &c. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Oēm solicitudinem vestram proiicientes in eum, qm ipsi cura est de vobis.

Sobrij estote et vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite in fide. Deus oīs gratiæ q vocauit vos in æternã suam gloriã in Christo Iesu modicũ passos ipse perfici et, cõfirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum Amen. Salutate inuicẽ in osculo sancto.

¶Canonica Petri secunda continet Capita .III. Monet in ea Petrus credentes tenere fidei veritatem: notat & damnat hæreticorum falsitatẽ: & secundum Christi aduentum describit.

¶Cap. I.

Is qui coæqualem nobiscũ sortiti sunt fidẽ, gratia vob et pax adimpleat in cognitiõe dei nostri, &c. vt efficiamini diuinę consortes naturæ, fugiẽtes eius quæ in mũdo est cõcupiscẽtiæ corruptionem. Satagite vt per bona opera certã vestrã vocationem et electionem faciatis. Non indoctas fabulas sequuti, notam vobis facimus domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam. Accepit enim a deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce modi a magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt dei homines.

¶Cap. 2.

Nota in isto capitulo de testimonio Noe et Loth, q̃d eis apostolus exhibet. Si deus angelis peccantibus nõ pepercit &c. Nouit deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicij cruciandos reseruare, q dominationem contemnunt, audaces, sibi placentes, pelli-

centes animas instabiles. Hi sunt quibus caligo tenebrarum reseruatur. Iniqui serui sunt corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. ¶Cap. 3. & vlt.
Veniēt in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes et dicentes: Vbi est pmissio aut aduentus eius? Cæli erant prius & terra de aqua et p aquam consistēs dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inūdatus perijt. Cæli vero qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt igni seruati in diem iudicij & perditionis impiorum hoim.
Vnus dies apud deum tanquam mille anni, & mille anni sicut vnus dies. Nō tardat dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnientiam reuerti. Aduenict autem dies domini vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Terra autem & quæ in ipa sunt opa exurentur. Cum ergo hæc omnia dissoluenda sunt, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei domini nostri Iesu Christi, per quēm cæli ardentes soluenf, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos cælos & nouam terram & promissa Christi expectamus in quibus iustitia habitat. Propter ꝙd charissimi hæc expectantes satagite imaculati & inuiolati ei inueniri in pace.

¶Canonica Ioannis apostoli. I. habet Capita. V. Testificatur in ea Ioannes de verbo veritatis & vitæ, ad confessiōnē peccatorū hortatur: affirmās nos dñm Iesum aduocatū habere apud patrē. Amorē mūdi dissuadet: & ad amorem dei & proximi hortatur.

¶Cap. I.

SOcietas nostra sit cū patre & filio eius Iesu Christo. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si ambulamus in luce sicut & deus in luce est, societatem habemus adinuicem. Si dixerimus quoniā peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus est vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate.

¶Cap. 2.

Si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c. In hoc scimus quoniam cognouimus deū si mādata eius seruamus. Qui dicit se nosse deum & mandata eius non seruat, mendax est. Qui seruat ȳbū Christi, vere in eo charitas dei perfecta est. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Qui diligit fratrem suum, in lumine permanet, & scandalum in eo non est. Qui odit fratrem suū in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat; quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et mundus trāsit & concupiscentia eius. Qui facit voluntatem dei manet in æternum. Filioli nouissima hora est. Et sicut audistis quia antichristus venit, nunc antichristi multi sunt facti &c. Ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Vos vnctionem habetis a sancto & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus, sed q̄si scientibus. Hic ē antichristus qui negat patrem & filiū Qui negat filium, nec patrem habet. Non necesse habetis vt aliqs doceat vos, sed vnctio docet vos de oībus Filioli manete in Christo, vt cum apparuerit habeamus fiduciam & non confundamur ab eo in aduentu eius.

Cap. 3.

Videte qualem charitatem dedit nobis deus pater, vt filij dei nominemur & simus. Propterea mundus nō nouit nos, quia non nouit deum. Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cū apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Omnis qui peccat non vidit deum, nec cognouit eum. Filioli nemo vos seducat &c. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam diabolus ab initio peccat. In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opa diaboli. Qui natus est ex deo non peccat, quoniam semen eius manet in eo. Hæc est annunciatio quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum. Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrem suū necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Charissimi si cor nostrū non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus accipiemus &c.

¶Cap. 4.

Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Maior est qui in nobis est, quam qui in mundo &c. Ipsi de mundo sunt et de mundo loquuntur, et mundus eos audit &c. Charissimi diligamus inuicem quoniam charitas ex deo est, & omnis qui diligit fratrem suum, ex deo natus est, & cognoscit deum. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuam⁹ p eum. In hoc est charitas, non q̄si nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Charissimi si deus sic dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere et c. Si diligamus inuicem, deus manet in nobis. Pater mī

sit filium suum saluatorem mundi, Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Timor non est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autẽ timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit diligo deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere?

¶Cap. 5. & vlt.

Hæc est charitas dei, vt mandata eius custodiamus. Et mandata eius grauia non sunt. Omne quod natum ẽ ex deo vincit mũdũ, & hęc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Spiritus testificatur, quoniam Christus est veritas. Tres sunt qui testimonium dant in cælo. Pater, ✠bum, et spiritus. Et hi tres vnum sunt. Qui nõ credit in filium, mendacem facit deum, quoniam non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo. Hæc est fiducia quam habemus ad deum, quia q̃d cumque petierimus secundum voluntatem eius, nos audit. Omnis qui natus est ex deo non peccat, sed generatio dei conseruat illum. Mundus totus in maligno positus est. Scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus deus & vita æterna. Custodite vos a simulacris, &c.

¶Canonica Ioannis secũda habet Caput vnicum: Commẽdat in ea Electã & filios eius: ad fraternam charitatẽ hortatur: & monet hæreticos deuitare.

¶Cap. vnicum.

SIt vobiscum gratia, misericordia, & pax a deo patre & a Iesu Christo filio patris in veritate & charitate.

Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Multi seductores exierunt qui non credunt Iesum Christum venisse in carne. Si quis hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei aue, communicat operibus eius malignis.

¶Canonica Ioannis tertia habet Caput vnicum. Extollit in ea Gaium pietatis causa, quam exercebat in peregrinos: atq; in ipsa pietate permaneat exhortatur.

¶Cap. vnicum

CHarissime orationem facio prospere te ingredi & valere, sicut prospere agit anima tua. Maiorem horum gratiam non habeo, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Is qui amat primatum gerere in fratribus non recipit nos, &c. Charissime noli imitari malum, sed quod bonum ē semper. Qui benefacit ex deo est. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim. &c.

¶Canonica Iudæ Apostoli habet Caput vnicum. Monet in ea Iudas Apostolus omnes vt de sua salute soliciti sint: inducit altercationem Michaelis cum Sathana: detestatur quoque hæreticorum vitam.

¶Cap. vnicum.

IEsus populum saluans de terra Aegypti, secundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni dei, vinculis æternis sub caligine reseruauit (scilicet Iesus) ⌊Hic innuitur vnitas personalis dei & hominis in Christo⌋ Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit. Imperat tibi dominus. Væ illis qui via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & contradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis conuiuantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumates suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Prophetauit autẽ de his septimus ab Adam Enoch dicens. Ecce venit dominus in sanctis milibus suis, facere iudicium & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorũ, & de omnibus duris quæ loquuti sunt contra dñm peccatores impij. Hi sunt murmuratores queruloſi, secũdum desyderia sua ambulantes, & os eorũ loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Saperædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Miseremini alijs in timore, odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos, in aduentu Iesu Chri, soli deo per Iesum Christum dñm nostrum, gloria, magnificentia, imperium & potestas ante omnia sæcula, & nunc & in omnia sæcula sæculorum, Amen.

¶Apocalypsis Ioannis Apostoli continet Capita .XXII. Et agitur in eadereuelationibus Ioanni factis per angelum, in Pathmos insula: de tribulationibus quas Ecclesia Christi tũc patiebatur, & in futurum passura erit, et præsertim tempore Antichristi: Et de supplicijs damnatorũ, ac præmijs electorũ. ¶Cap.I.

GRatia vob & pax ab eo qui est & qerat & qui venturus est, & a Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorꝫ & princeps regum terræ, Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Ego sum Alpha & O, principium & finis dicit dominꝰ qui est & qui venturus est omnipotẽs. De ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in virtute sua, & ait. Ego sum primus & nouissimus, & viuus & fui mortuus, & ecce sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo claues mortis & inferni.

Cap.2.

Habeo aduersus te pauca, quia charitatem tuam primã reliquisti. Memor esto itaq; vñ excideris, & pœnitentiã age, alioquin venio tibi cito, &c. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradyso dei mei.

¶Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuit. Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui vicerit, non lædetur a morte secũda. Hæc dicit qui habet rumpheam ex vtraque parte acutã

Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptũ: q̃d nemo ſcit niſi qui accipit. Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis: Ego ſum ſcrutans renes & corda, & dabo vnicuiq; ſecundum opera ſua. Id quod habetis tenete donec veniam.

¶Cap. 3.

Qui vicerit dabo illi ſtellam matutinam. Nomen habes quod viuis, ſed mortuus es. Non enim inuenio opera tua plena coram deo meo. In mente habe qualiter acceperis & audieris, & pœnitentiam age, & eſto vigilans. Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniã ad te. Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis, q̃a digni ſunt. Qui vicerit, veſtietur veſtimentis albis, & confitebor nomen eius coram patre meo. Hæc dicit ſctũs & verus, qui habet clauem Dauid, qui claudit, & nemo aperitt, aperit & nemo claudit. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo dei mei, & ſcribam ſup eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis nouæ Hieruſalem. Hęc dicit teſtis fidelis, & verus qui eſt principium creturæ dei. Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus. Vtinam frigidus eſſes aut calidus. Sed quia tepidus es nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues ſum & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper & cæcus & nudus. Suadeo tibi emere aurum ignitum & probatum, &c. (id eſt, charitatem orationibus.) Ego quos amo, arguo & caſtigo. Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Si qs aperuerit mihi ianuã, & audierit vocem meam, introibo ad illum & cœnabo cum illo & ipſe mecum. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo in throno eius.

¶Cap. 4.

Quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, &c. ⌊Nota hic concordiam sancti apostoli cum beato Ezechiele propheta de descriptione figuræ quatuor euangelistarum.⌋ Requiem non habebant die ac nocte dicentia. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens qui ē & qui erat, & qui venturus est. Dignus es domine deus noster accipere honorem & gloriam & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam creata sunt.

¶Cap. 5.

Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, accipere librum & soluere septem signacula eius. Dignus es domine accipere librum & soluere signacula eius, quoniam occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo. Erat numerus angelorum milia milium dicentium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem. Benedictio, honor; gloria & potestas sedē ti in throno & agno in sæcula sæculorum.

¶Cap. 6.

Animæ interfectorum clamabant voce magna. Vsquequo domine sanctus & verus non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et dictum est illis vt requiescerent tēpus adhuc modicum, donec cōpleatur numerus conseruorum eorum, & fratrum qui interficiendi sunt sicut & ipsi. Reges terræ, principes tribuni, diuites & fortes, absconderunt se in speluncis & petris montium, dicentes montibus & petris cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni.

¶Cap. 7.

Salus deo nostro qui sedet super thronum & agno, &c. Benedictio & claritas, & sapientia & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo deo nostro, in sæcula sæculorum, Amen. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt stolas suas in sanguine agni.

Ideo sunt ante thronum dei,& seruiunt ei die ac nocte: Non esurient neq; sitient amplius,&c. Absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum,&c.

¶Cap.8.

Stetit angelus ante altare habens thuribulum aureum & data sunt ei incẽsa multa, vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum,quod est ante thronũ dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo.

Cap.9.

Ascendit fumus putei abyssi, sicut fumus fornacis magnæ. In diebus illis querent homines mortem & non inuenient eam,et desyderabũt mori,et fugiet mors abeis.

¶Cap.10.

Angelus leuauit manum ad cælum, & iurauit per viuẽtem in sęcula sæculorũ,qa tempus vltra non erit,sed consummabitur mysterium dei,sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.

Cap.11.

Ciuitatem sanctam calcabunt mẽsibus quadraginta duobus (id est,tribus annis cum medio tempore antichristi,scilicet ecclesiam Christi. Nota hic de antichristo & sanctis Helia & Enoch. Quęre totum in textu cum expositione, quia concordat his quæ Daniel propheta prædixit.) Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis: Hi sunt duæ oliuæ & duo candelebra lucentia, in conspectu domini terræ stantes,&c. Cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso(id est,antichristus) faciet aduersus illos bellum,& vincet eos & occidet illos. Et iacebunt corpora eorũ in platea ciuitatis vbi dominus eorum crucifixus est per tres dies et dimidium,& non sinent ea poni in monumentis,&c. Et post tres dies & dimidium,spiritus vitæ a deo intrauit eos,& steterunt supra pedes suos,& audierunt vocem magnam de cælo dicentem. Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube,&c. [Istud exponitur de interfectione Heliæ & Enoch, & resurrectione eorũ.]

Gratias agimus tibi do mine deus omnipotēs qui es & qui eras qui accepisti virtutem tuam magnam & regnasti.

¶Cap.12.

Signum magnum apparuit in cælo. Mulier amicta sole,& luna sub pedibus eius, et in capite eius corona stellarum duodecim,&c. ⌊ De militante ecclesia dicitur secundum literam,tamen de sancta Maria trāssumit.⌋ Factum est prælium in cælo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, &c. Proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui seducit vniuersum orbem. Nunc facta est salus & virtus, & regnum dei nostri et potestas Christi eius, quia proiectus ē accusator fratrum nostrorum,&c. Descendit diabolus habens iram magnam,sciens quia modicum tempus habet. ⌊Hoc tempore Antichristi erit.⌋

¶Cap.13.

Vidi de mari bestiam ascendentem, habētem capita septem et cornua decem (id est,antichristum.) Datum est ei(scilicet antichristo) os loquēs magna et blasphemias,et data est illi potestas facere menses quadringinta duos. (quia tam diu regnabit antichristus.) Plaga mortis eius curata est,&c.(quia finget se a morte surgere.) Datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere eos(scilicet christianos.) ⌊ Istud capitulū pulchre exponit Beda de Antichristo. Nota et quære. ⌋ Adorauerunt eum(scilicet antichristum)omnes qui habitāt terram quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ & agni q occisus ē ab origine mundi. Habebat cornua duo similia agni(scilicet antichrist⁹)et fecit signa magna vt etiam ignem faceret de cælo descendere in conspectu hominum,et seducit habitantes in terra,,ppter signa quæ data sunt illi facere,&c. & faciet omnes habere caracterembestiæ,&.

¶Cap.1.

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati,virgines enim sunt,hi sequuntur agnum quocunque ierit. &c. Timete dominum et date illi honorem,& adorate eum qui fecit cælum et terram, mare & fontes aqua-

rum & omnia quæ in eis sunt. Cruciabitur iniquus igne & sulphure in conspectu angelorꝫ sanctorum & agni. Et fumꝰ tormētorꝫ eius ascendet in sæcula sæculorꝫ, & requiem non habebit die ac nocte. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorꝫ sequūt illos. ¶Cap.15.

Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens. Iustæ & veræ sunt viæ tuæ rex sanctorum. Quis non timebit te & magnificabit nomen tuū, quia solus pius es. Etiam domine deus omnipotens, iusta & vera iudicia tua.

¶Cap.16.

Blasphemauerunt nomen dei, & non egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam, & commanducauerunt linguas suas prę dolore, & blasphemauerunt deum cæli prę doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. ⌊Nota in isto capitulo de antichristo, de.10.cornibus, &c. in Beda.⌋

¶Cap.17.

Sunt spiritus dæmoniorum facientes signa.

¶Cap.18.

Agnus dominus dominorum est, & rex regum. Quantū glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Exultate cæli, & sancti apostoli & prophetæ, quoniam iudicauit deus iudicium vestrum.

¶Cap.19.

Laus & virtus & gloria deo nr̄o, quia vera & iusta iudicia eius sunt. alleluia. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni. Regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus & exultemus et demus gloriam ei. Quia venerunt nuptiæ agni, et vxor eius prępauauit se. Byssinum, iustificatiōes sunt sanctorꝫ. Beati q ad cœnā nuptiarꝫ agni vocati sunt. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Deum adora. Testimonium Iesu, est spiritus prophetiæ.

Habet in vestimento & in fœmore suo scriptum, rex re gum & dominus dominantium.

¶Cap. 20.

Regnauerunt cum Christo mille annis, &c. (Quære ex positionem huius passus.) Hæc ē resurrectio prima. &c. Cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, et exibit et seducet gentes quæ sunt sup quatuor angulos terræ Gog et magog, et congregabit eos in prelīū. &c. (Nota de antichrō ī textu et glosa. De Gog & Magog concordat cū Ezechiele ppheta.) Libri aperti sunt, & liber vitæ apertus ē, & iudicati sunt mor tui ex his quæ scripta erant in libris. Qui non est inuē tus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

¶Cap. 21.

Vidi cælum nouum & terram nouam. Primum em̄ cæ lum & prima terra abijt, et mare iam non est. Ecce ta bernaculum dei cum hominibus, et habitabit cū eis, et ipsi populus eius erunt, et ipse deus cum eis, erit eorum deus. Dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio om nia. Hæc verba fidelissima et vera sunt. Ego sum al pha et O, initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Qui vicerit possidebit hæc. Et e ro illi deus, et ipse erit mihi filius. Timidis autem et in credulis et execratis et omnibus mendacibus, pars illo rum erit in stagno ardenti et igni et sulphure quod est mors secunda. Templum non vidi in ea (scilicet ciuita te sancta Hierusalem quæ est vxor agni.) Dominus em̄ deus omnipotens templum illius est et agnus. ⌊Nota in isto capitulo concordiam sancti Ioannis cum Eze chiele propheta in descriptione ciuitatis et templi.⌋ Et ciuitas non eget sole neque luna. Nam claritas dei il luminabit eam, et lucerna eius est agnus. Non intra bit in illam aliquid coinquinatum, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.

¶Cap. 22.

Serui dei seruient illi, et videbunt faciem eius, et nomen eius in frontibus ipsorum, et regnabunt in sæcula sæculorum. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Qui in sordibus est sordescat adhuc, et qui nocet noceat adhuc. Et q iust⁹ ē iustificet adhuc, et sanct⁹ sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecū est, reddere vnicuique secundum opera sua. Ego sum alpha & O, primus & nouissimus, principium & finis Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, &c. Ego Iesus misi angelum meum. Ego sum radix et genus Dauid, stella splendida et matutina. Qui sitit veniat, et qui vult accipiat aquā vitæ gratis. Veni cito. Veni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

FINIS PIMAE PARTIS EPITOMES.

SECVNDA pars huius Epitomes: non parum ad mysticum faciens intellectum eorum quæ in vtroq; tractantur Testamento.

¶De distinctione inter legem æternam, legem naturalem, & legem humanam. Articulus primus.

DEus creauit de terra hominem, & secundū imaginem suam fecit illum. Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatē eorū quæ sunt sup terram, Creauit ex illo adiutoriū simile sibi. Consilium & cor dedit illis ad excogitandum, & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit corda illorū. Ostendit illis bona & mala, & lege vitæ hereditauit illos. Iustitiam & iudicia sua ostendit illis, et dixit eis: Attendite ab omni iniq̄. Deus cui⁹ opus plenū est gloria ei⁹, q̄ oīa in sapiētia fecit, atq; in numero, mensura, & pondere vniuersa constituit, sicut vnamquamque creaturam propter cōuenientem ac debitum finem produxit, sic singulari modo rationabilem creaturam propter æternam beatitudinem condidit: Vnde diuinus Dauid se, cunctosq; homines non frustra, sed propter cælestem fælicitatem creatos considerans, ita precatur Memorare quæ mea substantia? Nunquid enim vane costituisti filios hominū? Et sanctus Iob omnia diuinæ subesse prouidentiæ insinuans, Vniuersorum finem inquit ipse considerat, & ōnia quæ sub cælo sunt respicit, et iterum: Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Deo ergo cura est de omnibus, quēadmodum Ieremias testatur: fortissime, magne, potens dominus exercituum nomen tibi, cuius oculi apti sunt

Eccl. 17.

Eccl. 24. Psal. 103. Sap. 11.

psal. 88.

Iob. 37.

Ier. 32.

supomnes filios Adam, vt reddas vnicuique iuxta opera sua, sicut autem omni inferiori creaturæ impressit deus naturalem inclinationem ad proprium finem, naturalemque perfectionem, luxta illud ecclesiastici primo. Vnus est altissimus creator omnium rerum potens & metuendus nimis, ipse effudit sapientiam super omnia opera sua, & super omnem carnem. Sapientis namque est gubernare, & sibi subiecta congruenter dirigere. Sic intellectualibus suis creaturis indidit deus excellentiori mō quandā inclinationē non solum naturalem sed sapientialem ac cognitiuam, ad summum bonum seu vltimum finem. Iccirco secundum Augustinum omnis homo naturaliter beatitudinem appetit, sed quoniā appetitus iste beatitudinis, est intellectualis, oportebat homini naturaliter inesse atque conferri quandam huius beatitudinis noticiam, cognitionem quoque eorum per quæ ad beatitudinem peruenitur; hæc vero cognitio naturaliter menti humanæ inscripta, naturalis lex dicitur. Idcirco interrogationi multorum qui dicunt. Quis ostendit id est cognoscere fecit nobis bona? Respondet psalmista: Signatum est super nos lumen vultⁱ tui domine. In hoc quippe naturali lumine rationis veritatem cognoscimus, & inter bona ac mala discernimus, propter quod ad Romanos secūdo ait apostolus. Cum gentes quæ legem non habent naturaliter ea quę legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum. Est autē multiplex lex. Est namque lex æterna, lex naturalis, lex diuina & lex humana. Lex æterna, est ratio diuinæ sapientiæ, in quantum est directiua actionum ac motuum omnium creaturaum. De hac lege æterna summi atque incommutabilis dei, sapientiæ. 12. scriptum est. Cum sis ergo iustus iuste omnia disponis, virtus enim tua iusticiæ initium est, & rursus: Tu autem dominator domine cum tranquillitate iudicas, & cū magna reuerentia disponis nos Hæc enim lex æterna ipsa est diuina & increata sapientia, quæ attigit a fine vsque ad finem fortiter, suauiter

Psal. 4.

enim et cum voluerit posse, & disponit omnia suauiter, quoniam mouet vnumquodque ad propriam perfectionem secundum naturalis inclinationis exigẽtiã. Hæc lex diuinæ mentis æterna, omnis rectitudinis, virtutis veritatis ac legis origo est & fontale atq; causale principium, secundum Ancelmum in libro de veritate. Lex ergo naturalis est quædam participatio legis æternæ, naturis rerum creatarum naturaliter indita, per quam vnaquæque tendit in proprium finem, sibi a diuina sapiẽtia præstitutũ, & operatur proprias actiones: Quẽadmodum ait Boetius. O qui perpetua mundum ratione gubernas, stabilisque manens das cuncta moueri. Per hanc legem naturalem, omnia creata diuinæ voluntatis imperio ad nutum obediunt, dicente scriptura: En cælum & cæli cælorũ, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei commouebũt et cũ cõspexerit ea de⁹, tremore cõcutiẽt. Et denuo. Colũnæ cæli pauẽt ad nutũ ei⁹, itaq; lex naturalis in hoĩe est q̃ddã dictamen seu ordinatio practicę rationis per quã hõ ad aliqd agẽdũ vel nõ agẽdũ inducit. Considerandum est enim, quod intellectus seu ratio hominis est duplex, scilicet practica, vt cum veritatis cognitio ordinatur ad opus, sicut cognitio moralis. Nam quid sit virtus inquirim⁹ non vt sciamus, sed vt operemur & boni efficiamur. Ratio vero speculatiua seu intellectus contemplatiuus est, dum ipsa veritatis noticia, propter seipsam desideratur atque tenetur vt est cognitio diuinorum. Et quoniam beatitudo nostra in cognitione intellect⁹ speculatiui essentialiter sita est, iuxta illud Ioannis decimo septimo. Hæc ẽ vita æterna vt cognoscant te solum verum deum, ad quam beatitudinem homo perduci non potest nisi per rectam operationem, intellectus practici, iuxta illud Matthei decimo nono. Si vis ingredi ad vitã serua mandata. Et sapientiæ.3. Bonorum operum glorioſus est fructus, idem rationali animæ cõcreata est quædam habitualis cognitio primorum principiorum tam speculabilium quæ dicitur intellect⁹ ad rõnẽ speculatiuam pertinẽs, q̃ opabiliũ q̃ ecclesi.16. Iob.26.

appellatur synderisis, in practica ratione consistēs. Synderisis enim est habitus rationis quo cognoscunt prima principia naturalis iuris seu legis, vt quod deo est obediendum, quod malum est fugiendum, quod proximo est benefaciendum. Lex autem naturalis non est ipse habitus neque synderisis, sed quasi opus eius, videlicet censura rationis quid sit agendum determinans, q̄ censura per modum præcepti elicitur ex habituali cognitione synderisis, vnde decē præcepta decalogi ad naturalem pertinēt legem, Nam ratio naturaliter eis cōsentit, & ideo lex scripta data per Moysen quantum ad p̄cepta moralia, aliud non erat nisi naturalis legis reformatio ac renouatio. Lex enim naturalis tempore illo adeo obscurata fuit, vt omnes pene ad idolatriā declinarent, quæ rationis obscuratio inexcusabilis extitit quēdmodū sapiētiæ. 13. scriptū ē: Vani sunt oēs homines quib⁹ nē subest scientia dei, & causam adiunxit, A magnitudine enim spēciei creaturæ, cognoscibiliter videri poterit horum creator. Nam sicut omnis effectus inquantum est quædam participata similitudo suę causæ, naturaliter ad propriæ causæ noticiam introducit: sic omnis creatura cum sit quidam radius sui creatoris secundum Dionysium, naturaliter dirigit intellectū ad summi conditoris noticiam, Vniuersa enim propter
prou.16 seipsum operatus est dominus, quatenus diuinæ naturæ perfectio, creatricisq; bonitatis proprietas, in rebus creatis reluceant, ac per hoc res creatæ humanam mentem ad dei cognitionem perducant. Rationalem enim creaturam deus molitus est, quatenus creatorem suum cognoscat, cognoscendo diligat, diligendo teneat, tenendo fruatur, fruendo beata sit. Idcirco hæc dicit do-
Hier.9 minus. Non glorietur sapiens in sapientia sua, videlicet naturali atq; terrena, & non glorietur fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me. Fuerunt equidem quidam qui sibi sapiētes videbātur, seq; diuinorum noticiam attigisse gauisi sunt de quibus ad Romanos primo scripsit apostolus. Quia
Rom.1 quod notum est dei, id est, quod naturaliter de deo co-

cognosci potest, manifestum est in illis, id est, innotuit eis, quibus vtique nisi huius mundi philosophis? Inuisibilia enim dei, id est, naturales proprietates diuinę naturæ, per ea quæ facta sunt, id est per agnitionem creaturarum conspiciuntur. Sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas ex rebus creatis cognoscitur, ita vt sint inexcusabiles. Nam cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, sed seruierũt creaturæ potius quã creatori. Quamuis enim nonnulli eorum idolatriã pnicioſam esse cognouerant, nihilominus potius metuẽtes hominem quam deum, aut certe plus optantes placere hominibus quam deo, idola coluerunt. Vnde de magno illo philosopho, Senecam loquor. 6. de ciuitate dei Augustinus inducit quod dixerit. Sic idola adoramus, vt meminerimus huiusmodi cultum magis ad morem, id est vulgarem consuetudinem quam ad rem pertinere. Denicq; in libro de vera religione refert Augustinꝰ Platonem scripsisse, eo quod casus i mo virgo permanserit. Non quod Plato virginitatem crediderit esse illicitam, sed propter pontificum paganorum instantias. Veruntamen nec isti excusantur, quia de Seneca Augustinꝰ testatur, q̃d tãto damnabiliꝰ idola coluit, quanto illa q̃ mendaciter fecit, veraciter agere putabatur. Non audierunt isti atq; consimiles eis verbum illud filij dei salubre & sanctum. Nolite timere eos qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere. Et item quod Esaiæ. ſſ, conscriptum est. Nolite timere obprobrium hominum blasphemiasq; eorum. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & a filio hominis qui q̃si fœnum arescit? Nos ergo qui priuatum nostri amorem euellere & nos ipsos spiritualiter mortificare docemur, solum deum timeamus, solum deum amemus, & ei soli placere conemur, in eo stabiliri nitamur, nec hominem quemcumq; vel qualemcumq; formidemus aut diligamus nisi i deo & propter deum, quatenus cũ beatissimo Hieremia singuli dicere valeamus. Domin⁹ fortitudo mea & refugium meum, & robur meum, & rursum, Non est similis tui domine. Magnus es tu & magnum nomen tuum in

Mat. 10

Hier. 16

fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium? Tãto etiam deũ in patria clarius cernemus per speciem, quãto nunc clarius videmus per fidem, illam plane quæ p dilectionẽ operat. Quidam enim dicunt se nosse deum, sed factis negant. Ideo qui se dicit in deo manere, et mãdata eius non custodit, mendax est & fallax, sed quem fallit? Nonne seipsum? Arguet te malitia tua o similator, & auersio tua increpabit te o infelix hypocrita. Nũquid me ad iracundiã puocas dicit dominus? Nonne temetipsum in confusione vultꝰ tui? Item tanto deum in patria ardentius diligemus amplexando præsentem, quanto nunc amplius eum diligimus desiderando absentem. Et quoniam fruitio quæ est dos animæ, correspondet charitatis feruori, quemadmodum scriptum est. Ego diligentes me diligo. Et Ioan. 14. ait Sal. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum. Cuius dilectionis præmium pandit, dum addit, Et manifestabo ei meipsum. Visio namq; ẽ tota merces: Propterea quo nunc calidiori affectu deum desideramus, eo copiosiori ditioriq; possessione eum possidebimus, & intra nos recipiemus. Desiderium enim aperit & patulam facit mentem optantis ad receptionem dilecti. Totum igitur studium nostrum ad dei internam atque feruentem dilectionem vertamus & ordinemꝰ, & non sint in multis actus nostri, quoniam vnum est necessarium. Ait enim scriptura. Qui timetis dñm diligite illũ & illuminabunt corda vestra. Idcirco diligam te dñe fortitudo mea, & precor vt sicut adipe & pinguedine repleat aĩa mea dilectione tua deifica. Deniq; si homo non ordinaret a deo nisi ad naturalẽ felicitatem ac finẽ quemadmodum opinabãt Philosophi, sufficeret ei lex naturæ, neq; altiori lege egeret, sed quoniam ad supnaturalẽ beatitudinem conditi sumus, iuxta illud apostoli. Gratia dei vita æterna. Et iterum. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascenderunt, q̃ pparauit deus diligentibus se. Sed vnde hoc nosti apostole? Respondet, nobis inqt, reuelauit deus p spiritũ sctm. Idcirco indigemus supnaturali lege, per quam de vera ac supnaturali beatitudine instruamur, atque de

Galat. 5. Titu. 1.

Prou. 8.

Eccle. 2.

Psal. 17. Psal. 62.

Rom. 6. 1. Cor. 2.

ꝑceptis & actibus ꝑueniendi ad eam illuminemur, sicut in Psalmo sanctus precatur. Illuminet vultum suũ sup nos, ad qum finem in quo fructu adiecit vt cognoscamus in terra viãtna, in omnibus gẽtibus salutare tuum Quis enim hominum poterit scire consilium dei, aut qs poterit cogitare quid velit deus, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum da cælis? Hæc ergo lex supernaturalis dicitur lex diuina, quæ est mensura ac regula actuum humanoꝝ in ordine ad felicitatem æternam. Per hanc enim legem ratio cognoscit & dictat quid de deo sciendum, quomodo ei ministrandum & ad quem finem sit omne nostrum exercitium referẽdum. De hac lege ait Psalmographus. Lex dñi immaculata conuertens aĩas, quam sibi idem necessariam sciens, exorat, Legem pone mihi domine in via tua. Et iterum. Legem pone mihi dñe viam iustificationum tuarum. Propter hanc legem hominibus a deo collatã, Esaias testatur. Dominus iudex noster, dominus legiter noster, dominus rex nr̃, ipe veniet & saluabit nos. Et Hieremias de deo exorsꝰ: Dabo inqt leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas quod tamen de noua lege esse prædictum apostolus asserit, quæ ita se habet ad veterem legem sicut meridies da auroram, lumẽ ad vmbrã, veritas ad figuram, Imo sicut splendor ad tenebras, & vita ad mortem. Præterea præter legem naturalem & æternam atq; diuinam ponitur lex humana, quæ est quoddam rationis dictamen, quo diriguntur actus humani in ordine ad finem boni communis. Hæc autem lex ex naturali lege ꝓgredit, & ẽ q̃si determinatio & explicatio legis naturalis, circa ꝑticulares hoĩm status atq; negotia, casus ac opa. Nã ea q̃ ad naturalem ꝑtinent legẽ, non sunt oĩa æque manifesta & omnibꝰ certa: & ideo ꝑ legem humanã exprimit et clariꝰ declarat, q̃d lex naturalis obscure complectitur. Talis ergo necessaria est vitæ humanæ. Finis enim legis est homines a malis retrahere, & virtuosos efficere. Quidam vero hominũ sunt naturaliter bonæ indolis quemadmodum de Ieroboam rege Israel

Psal. 66.
Sapi. 9.
Psal. 18.
Psal. 119.
Psal. 8.
Esai. 33.
Hier. 31.
3. Reg. 11.

regum habetur. In quo tamē postmodum honor mo
res corrupit. Isti autem sine comminatione pœnarum
ac metu faciliter inducuntur ad bona, & retrahuntur a
malis. Aliqui uero inueniuntur proterui atq; ad malū
procliues ac feruidi, quos necesse ē a malis arceri & ad
bonum induci comminatione, metu ac vi. Talis autem
disciplina, dicitur lex humana. Propter quod constitu-
tio legum necessaria extitit, quoniam teste philosopho
primo Politicę. Quemadmodum homo virtute ordina
tus iusticiaq; vestitus, est honorabilissimū animal, sic
si a lege & æquitate separetur, est omnium animalium
pessimū. Verūtamē qm̄ lex humana communitati pro-
ponitur, ideo multa mala pmittit, ne deteriora contin-
Psal. 18. gant. Lex ve ro diuina cum sit immaculata, & velut ra
dius lucidus legis æternæ, nullum malū permittit, om
nemq; perfectionem includit, propter quod immacu-
lata & conuersiua animarum vocatur, tamen quantum
possibile est debet (secundum Isidorum) lex humana ē
honesta, quatenus religioni conueniat. Iusta, vt secun-
dum rationem procedat, possibilis, vt a subditis porta-
ri impleriq; possit, erit quoq; secundum consuetudinē
patriæ, & loco & tempori debet congruere. Ex his itaq;
Gal. 3. constat cur dicat apostolus. Lex propter transgressores
posita est. Iustis enim non est lex posita. Et quoniam in-
tentio legislatoris est bonos homines efficere, ideo secū
dum distinctionem humanarum operationum assignā
tur varij legis effectus. Quædam enim opationes sunt
per se bonæ atq; laudabiles, & respectu harū legis effe-
ctus est præcipere siue consulere. Item iuxta illud Deu
teronomij. 4. Custodi temetipsum & animam tuam so
licite, & Iosue primo. Ecce præcipio tibi, confortare &
esto robustus. Aliæ operationes sunt per se malę, & re-
Ios. 1. spectu harum effectus legis est prohibere, quemadmo-
dum scriptum ē. Caue ne vnquam obliuiscaris pacti do
mini dei tui: Aliæ vero operationes sunt indifferentes
& quo ad has legis effectus extat permittere. Punire au
tem est legis effectus quantum ad duros & prȩuaricato
res. Quoniam itaq; lex diuina humanā in eo transcen

dit quod omne malum probibet, nec aliquod peccatum permittit, idcirco eam custodire in oībus difficillimū est, & omni diligentia egens, propter quod hortat nos sermo diuinus. Omni custodia custodi cor tuum, cuius rationem alibi tradens. Nisi te inquit constanter in timore dei seruaueris, cito subuertetur domus tua. Nam qui spernit modica paulatim decidit. Propterea altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi des illa cogita semper, & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus, & Tobias ait. Omnibus diebus vitæ tuæ deum in mente habeto, & pete ab eo vt vias tuas dirigat. Non enim est hoc volentis nec̄ currentis, sed miserentis dei.

Prou. 4. ecclc. 27. eccl. 19.

Tob. 4.

Rom. 9.

¶ De distinctione legis diuinæ in legem antiquam & nouam.

Articulus secundus.

LEx per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. In hoc verbo beatus euangelista Ioannes insinuat eundem eē nouæ ac veteris legis autorem. Lex enim vetus bona erat dicente apostolo. Itaq̄ lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Nam lex vetus illicitam concupiscentiam, & omnia peccata quæ sunt contra rationem prohibuit. Lex ergo diuina per nouam & veterem legem diuiditur, nō quasi per oppositas species, cū vtriusq̄ legis sit vnum principiū scilicet deus, & vnus finis scilicet Christus, sed sicut per imperfectum atq̄ pfectū. Cum enim finis legis sit deo vniri & frui, illa dicit lex perfecta quæ ea includit, per quæ homo ad dei fruitionem pertingere potest, ad quam sine gratia nemo perducit. Lex aūt antiq̄ gram nō cōtinuit, sed pmisit. Propter quod testatur apostolus. Nihil ad pfectū adduxit lex. Introductio vero melioris spei per quam approximamus ad deum. Christus enim est causa atq̄ principiū gratiæ, de cuius latere fluxerunt sacramenta gratiæ cōtentiua. Idcirco lex vetus quamuis pro tempore illo bona perfectaq̄ extitit, dei tamen perfecta sunt opera, tū quia nouæ legis erat figura nec gratiæ collectiua imp-

Exod. 22.

Heb. 7.

Deut. 32.

fecta nominatur, p comparationē ad legem Christi q̄ lex gratiæ dicitur. Quod vero p Ezechielem dñs ait. Dedi eis p̄cepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: intelligendum est de ceremonialibus præceptis, quæ pctā quidem ostēderant, non aūt purgabant, quoniam gratiam non conferebant. Similiter lex vetus dr secundum apostolum, intrasse vt abundaret delictum, & ꝙ peccatum per eam reuixit, & administratio mortis vocatur, & alia q̄dam de ea leguntur, quæ non sunt intelligenda effectiue, sed occasionaliter & cōsecutiue, eo quod lex gratiam non contulit, per quam illa quæ p̄cepit impleri possent. Et quia peccatum post legislatorem grauius erat quam ante. Et item quia talis est nostra peruersitas, quod ea quæ nobis prohibentur, vehementius desideramus. Hæc ergo occasio non est ex pte legislatoris data, sed ab hominibus sumpta. Denique lex vetus demonstratur a deo collata, quia ad Christum dispositi.

Ezech. 20.

Luc. 24. Primo quia testimonium de ipso perhibuit, quēadmodum Lucæ vltimo Christus fatetur. Oportet impleri

Ioann. 7. omnia quæ scripta sunt in lege & pphetis & psalmis de me. Et alibi. Scrutamini scipturas, qa illæ sunt quæ testimoniū phibent de me. Secūdo disponebat ad Christū reuocando homines ab idolorum cultura, & sub vnius dei obsequio conseruando, Quemadmodum ad Galathas tertio ait Apostolus. Priusquam veniret fides sub lege custodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Et iterum: Lex inquit, pædagogus noster fuit in Christo. Vbi autem venit fides, iam non sumus

Hebr. 7. sub pædagogo. Propter quod ad Hebræos scribit. Reproba tio fit p æcedentis mandati, propter infirmitatem & inutilitatem. Nam veniente perfectione Euangelica cessare oportuit imperfecta illa legalia. Quamuis vero Lex antiqua non suffecit ad salutem, nihilominus patres veteris testamenti saluati sunt per gratiam spiritussancti, q̄ gratia inerat eis nō ex lege, sed per fidem mediatoris venturi. Porro lex noua in tribus a veteri differt, eamque excellit. Primo quoniam lex

noua ad cælestia & spiritualia atque æterna bona nos inuitat & erigit, vnde Christus mox in suæ prædicationis exordio, regnum cæleste spopondit, dum ait. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cælorũ Lex autem vetus directe promisit temporalia bona, terrenumque regnum. Nã in ipso legis initio statim populus ad regnum Chananæorum inuitatur. Secundo lex noua antiquã transcendit, quoniam non solum manũ seu opus malum, verumetiam animum & cogitationes iniustas damnat ac cohibet, vetus autem vt dicitur manum cohibuit. Et ergo Matthæi. 5. Christus dicit. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Tertio quia lex vetus inducit ad obediendum diuinis mandatis timore pœnarum, noua vero amore spiritus sancti, qui per gratiam Christi in noua lege prestatur, in veteri figurabatur. Ideo Augustinus ait, Breuis est nouę ac veteris legis distinctio, timor & amor. Sola ergo lex Christi est lex perfectionis & gratiæ, cui alia nulla succedet. Non enim est aliud nomẽ datum hominibus in q̃ oporteat eos saluos fieri, & non est in alio aliquo salus. Potest quoque. 4. addi distinctio, quoniam lex vetus cum sit imperfecta & ad legem Christi præparatoria, data est deo p ministeriũ angelorum, dicente apostolo Lex data est per angelos in manu mediatoris. Et Actum septimo, Stephanus dicit Iudæis, Accepistis legẽ in dispositione angelorũ, sed noua lex cum sit summa ac vltima, ab ipso dei verbo, deo vero incarnato immediate donata est, sicut testatur Apostolus. Nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Si vero quæratur, cur deus veterem legem specialiter populo præstitit Iudæorum, Respondendum, quoniam decuit populum illum speciali sanctitate pollere & gratia, ex quo Christus nasci elegit. Non ergo data est eis propter eorum iustitiam, quemadmodum in Deuteronomio Moyses ait. Scito quod non propter iustitias tuas

Matt. 3. Luc. 3. Actu. 4. Hebr. 7. Gal. 3. Hebr. 1. Deut. 9.

dominus deus dederit tibi terram hanc, cum duriſſimę
Deut.10. ceruicis ſis populus, & rurſus. Dilexit dominus pꝛeſtu
os, & elegit ſemen eorum poſt eos . Quęrere autem,
cur potius deus ex illo pupulo incarnarari volebat quã
ex alia plebe, ſimile eſt ac ſi quęratur, cur vnum trahat
& alium non trahat, quod quare contingat noli inter-
rogare, ſi non vis errare. Quoniam ergo lex vetus ſolis
Iudęis pꝛæſtita fuit, ideo alĳ non tenebantur ad eam.
Propter q̃d Diony. 9. cæleſtis Hierarchiæ capite affir-
mat, multos gentilium per miniſterium angelorum
ad deum conuerſos ſine moſayca lege. Veruntamen qꝛ
lex vetus manifeſtatio extitit legis naturæ, & alĳq̃
ſup addebat, idcirco omnes tenebantur ad eam quantuũ ad
pꝛæcepta moralia, quæ cõtinebat in tantum & eo mo-
do, quantum & qnomodo erant pꝛæcepta legis naturę
non quia erant pꝛæcepta legis ſcriptæ ſeu veteris atq;
moſaycæ. Rationabiliter demum data eſt lex vetus nõ
ab origine mundi vel Abꝛahæ ſed Moyſi, ad confunden
dam reprimendamq; humani cordis ſuperbiam. De du
obus enim homo potiſſime ſuperbiuit, videlicet de ſci-
entia atq; potentia. De ſcientia quidem, q̃ſi naturalis ra
tio ei ſufficere poſſet. De potentia quoq;, tanquam per
propꝛiam poteſtatem legem implere valeret, hoꝛ vero
vtrumq; manifeſte falſum apparuit tẽpore Moyſi, qũ
ad idolatriam & innaturalia atque turpiſſima vitia de-
clinabant. Tunc ergo oportuniſſime atq; conuenientiſ
Rom.7. ſima data eſt lex per quam ſecundum apoſtolum ẽ cog
nitio peccati, tam in adiutorium bonis quam in conui
ctionem malignis. Ideoq; ad Romanos. 8. ſcribit apo-
ſtolus. Quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur
per carnem, miſit deus filium ſuum, vt iuſtificatio legis
impleretur in nobis pẽr dominum noſtrum dei vnige
nitum qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus
Amen.

¶ De triplici pꝛæcepto veteris legis, & ſpecialiter de p̃ceptis moralibus, Articulus tertius.

QVæ est alia gēs sic inclyta, vt habeat cerimonias iustaq; iudicia, & vniuersam legem, Verba sunt hæc Moysi hominis dei in dño gloriantis, super omnibus bonis quæ tradidit Israeli. Triplicia autem præcepta quemadmodum in libris his tangitur, Lex vetus continuit scilicet, moralia, ceremonialia & iudicialia. Præcepta vero moralia appellantur, quæ ad bonos pertinent mores, & de actibus virtutū immediate donantur, vt illud non furtum facies, non concupisces rem proximi tui, quæ sunt actus iusticiæ. Lex ēm diuina ad dei dilectionem homines reducere & ordinare intendit, quoniam scriptum est. Sancti eritis quoniā ego sanctus sum. Et iterum. Perfectus eris & absq; macula cum domino deo tuo, cui concordat quod in euangelio legitur. Estote perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est. Cum ergo similitudo sit causa amoris iuxta illud, Omne animal diligit sibi simile, eluceſcit q̄ homo ad dei amicitiam pertingere nequit, nisi per act' virtutum sanctus & deo consimilis fiat. Idcirco lex diuina p̄cepta moralia assignauit, vnde Ecclesiastici. 15. habetur. Deus ab initio constituit hominem, et reliquit eum in manu cōsilij sui, id est; i liberi potestate arbitrij adiecit illi præcepta. Denique diuinæ legis intentio est homines conuenienter disponere, tam quo ad seipsos, quam in ordine ad deum. Horæ vero vtrumq; est de lege naturæ seu naturalis rationis dictamine in communi, sed oportuit vtrumq; determinari in speciali, quātū ad modum colendi deum, & item quantum ad modum obseruādi iusticiā inter homines. Illa ergo præcepta q̄ determinant præcepta moralia quo ad deum, assignando speciales modos seu ritus cultus diuini, ceremonialia nominantur Quæ autem determinant p̄cepta moralia quantum ad homines, tradēdo speciales modos seruandi iusticiā inter hoīes, iudicialia dicta sunt Cum ēm homo ex anima & corpore componatur, ordinatur ad deum non solum per speciales interioresq; actus, vt sunt credere, sperare, diligere, verum etiam per actus exteriores atq; corporeos, vt sunt sacrificia, obla-

Deut. 4.

exod. 20. deut. 18. Matt. 5. eccle 15.

tiones per quæ homo diuinam seruitutem profitetur, & de talibus actibus ceremonialia dantur præcepta. Præcepta igitur ceremonialia ac iudicialia ex institutione sortiuntur virtutem, & a deo p Moysen data sunt sicut in Deuteronomio ipse testatur. Decem inquiens, verba scripsit deus in tabulis duabus, vt docerem vos ceremonias atq; iudicia. P præcepta vero moralia a deo immediate sunt data, eo quod naturali rationi inscripta ac indita sint. Ait autem Augustinus in libro de spiritu & litera: quod lex illa mosaica occidere occasionaliter perhibetur etiam quo ad præcepta moralia, in quantum præceperat bonum, non impẽdens auxilium gratiæ ad implendum. Præter prædicta quoq; præcepta ponuntur in lege quædam mandata, quæ nõ sunt omnino ad salutem necessaria, sed præcipiuntur tanq; vtilia, & ad obseruantiam principalium præceptorum accommoda, vt est illud in Exod. Si acceperis pignus a proximo tuo, añ solis occasum restituas ei, atq; similia quæ proprie nõ dicuntur præcepta, quia simpliciter nõ obligant sed mandata. Ideoque Hierony. dicit. In p̃ceptis iusticia, in mãdatis vero est charitas. Quamuis aut̃ cuncta præcepta moralia naturali rationi concordent & pareant non tamẽ æqualiter. Nam quædam adeo plana sunt, vt mox prolata omnibus innotescant, vt de honoratione parentum, de non committendo homicidio, Quædam vero maiori consideratione circumstantiarũ egent, & approbatione sapiẽtum, vt illud, Corã cano capite consurge, & honora personam senis. Alia q̃ autem diuina egent illuminatione, vt de non faciendo sculptili atque conflatibili. Decem autem præceptorum tria prima spectãt ad deum. Tria namq; debet subiect⁹ plato seu principi, fidelitatem, ne ei⁹ honorẽ alienis impẽdat, vel ad alios referat. Hãc ergo fidelitatem deo altissimo impendendam concernit ac iubet primum mandatum dum dicitur. Non habebis deos alienos. Secundo debetur prælato reuerentia ne offendatur, ad quod pertinet secundum mandatũ. Nõ assumes nomen dei tui in vanũ. Tertio debet̃ plato debitus famulatus de q̃ datur

Hebr. 7.
Deut. 9.
2. Cor. 3.
Exod. 22.
Leuit. 19.
Exod. 20.
Deut. 5.
Exod. 20.

ceptium mandatū quo dicitur. Memento vt diem sab-
bati sanctifices. Inter præcepta q̄q; decalogi de sola ob
seruatione sabbati, & non de aliarum celebratione solē
nitatū fit mentio. Nā oēs veteris legis solemnitates in-
stituræ sunt in commemorationē alicui⁹ bñficij dei, vel
p̄teriti cuius agebat memoria, aut certe futuri cuius re
præsentabat figura. Omniū vero diuinor̄ beneficiorū
commemorandor̄ primum atque præcipuum est mun
di creatio, ob cuius memoriā instituebat sāctificatio sab Exod. 20.
bati, vt cum Moyses dixit. Memento vt diem sabbati Gene. 2.
sanctifices, cām adiecit & ait: Sex enim diebus fecit de⁹
cælum & terrā. Oīm aūt beneficior̄ dei p̄figurādor̄
excellentissimum fuit, quies mentis in deo, nūc quidem
per gratiam, & in futuro per gloriā. Et hæc quies etiā
moraliter figurabatur, per obseruantiam sabbati. Cæ-
teræ vero solemnitates celebrabantur in memoriam
alicuius particularis beneficij temporaliter transeun-
tis, quemadmodum solemnitas Phase, in commemora
tionem liberationis patrum ex Ægypto, & in figuram
passionis Christi quæ temporaliter transijt. Considerā
dum quoque quod decem præceptis decalogi quæ per
se omnibus faciliter innotescunt, superadduntur alia
quædam præcepta moralia non adeo manifesta, sed ta
men reducuntur ad decem principalia. Primo enim præ Deut. 18.
cepto decalogi quo cultus alienorum deorum prohibe
tur, adduntur præcepta eorum prohibitiua, q̄ ad Idolo
rum cultum disponit, Quemadmodum Moyses in Deu
teronomio iussit. Non inueniatur in te qui lustret filiū
suum aut filiam ducēs p ignē, nec maleficus, vel incanta
tor, nec qui pythones consulat, neque diuinos, aut qui
a mortuis quærat veritatem. Secundo præceptoquo
prohibetur periurium, superadditur, phibitio falsæ do
ctrinæ. Tertio autem quo dei obsequium præcipitur
omnia præcepta ceremonialia adiiciuntur. Quarto q̄q;
quod est de honoratione parentum, adiungitur præ-
ceptum de honoratione senum, & omne q̄d ad reueren
tiā alīs exhibēdam inducit, Quinto aūt q̄d est de, phibi
tiõe homicidij, addit, phibitio odij, oiss̄q; violationis in

Leuit.19. proximum, quēadmodum in Leuitico legitur: Non stabis cōtra sanguinem proximi tui, & ne oderis fratrem tuū in corde tuo. Sexto præcepto quo adulterium prohibetur, prohibitio additur meretricij vicijq; contra naturam. Septimo quo furtum vetatur, adijcitur prohibitio vsuræ, calumniæ atq; rapinæ. Octauo autem præcepto quod falsum testimonium prohibet, additur prohibitio falsi iudicij, detractionis quoq; atq; mendacij. Sed alijs duobus nulla adduntur, quia per ea omnis concupiscentia mala vetatur. Nunc ergo quoniam omnipotenti deo fidelitatem, reuerentiam, & famulatum debemus, offeramus ei mentem vera fide synceram, de qua Ieremias testatur. Domine oculi tui respiciunt fidem. Reueramur insuper eum, circumspecti & anxij, ne offendamus dei ac iudicis nostri præsentiam, sed & ministremus ei non negligenter ne maledicamur, sed vt Iosue monet, corde perfecto atq; verissimo.

exod.22. leuitt.19. exod.20. deut.5. Hier.5. Ios.24.

¶Sermo de præceptis ceremonialibus veteris legis & de rationibus sacrificiorum legalium.

Heb.10. VMbram habens lex futurorum bonorū, non ipsam imaginem rerū, nunquam potest accedentes perfectos facere. Sicut ostensum est, ceremonialia præcepta ordinātur ad cultum diuinum. Cultus autem dei est duplex, videlicet interior atq; exterior, & sicut corp⁹ ordinatad animā, & per eam ad deum, sic cultus dei exterior ad interioremcultū refertur, in quā tum disponit ad ipm. Cult⁹ ꝥo interior in vnione mētis ad deum, per intellectū & affectum consistit. Idcirco secundum quod mens rationalis deo per intellectum & affectum diuersimode coniungitur, & secundum hoc exterior cultus diuersificatur. Quoniam ergo in patria deus per ſpēm clare & absq; velamine a beatis conspicitur ideo cultus beatoꝝ exterior nōest figuratiu⁹, sed in laude dei consistit, quæ ex interiori cognitione & affectione procedit, quemadmodum Esaias fatetur. Gaudium & lætitia inuenietur in ea gratiarum actio & vox laudis. In vita autem præsenti diuinā veritatem in seipsa videre non possumus, sed repræsentatur nobis sub sen

esai.51.

sibilibus formis, tam in veteri quam in nouo testamento. Sed in nouo testamento propalata est via pertingẽdi ad claram atq; beatissimam diuinæ veritatis notitiã Christo iam nato, qui de seipso testatur. Ego sum via veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me: & iterum, ego inquit sum ostium per me si quis introierit saluabitur. Sed in veteri lege hæc via propalata nõ extitit sed promissa, vt ad Hebræos .7. probat apostolus. Ceremonialia ergo veteris legis figuratiua fuerunt, nõ solum veritatis in patria manifestandæ, sed etiã Christi ac cultus nouæ legis, per quem ad beatitudinem in qua figura non est nec; ænigma, venitur. Cultus vero ceremonialis atq; exterior nouæ legis non est figurati uus viæ perueniẽdi ad patriam, sed veritatis in patria per speciẽ cõtuendæ, de qua Esaias dixit. Oculus nõ vidit deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Et psalmista. In lumine tuo videbimus lumen. In lumine enim creato mentem ꝑparante, quod est lumẽ gloriæ, videbimus lumen increatum quod est lumen supersentiale diuinæ essentiæ, sicut enim teste apostolo, vetus lex figura est nouæ legis, ita iuxta Dionysium, 3. cælestis Hierarchiæ capit: Status nouæ legis extat figura status gloriæ, & est quasi medi⁹ inter statum veteris legis & patriæ. Propterea cum signa figuralia legis antiquæ sint obscuriora figuris legis gratiæ; dixit apostolus vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: Vmbra nempe obscurior extat imagine, & ideo vmbra spectat ad veterem legem, imago ad nouam, & ad Colossenses ait. Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Omnia enim in figura contingebant eis, scripta sunt aũt propter nos, & ergo curare debemus vt ea intelligamus. Demiq; ceremonialia veteris legis diuiduntur in sacrificia in quibus exterior dei cultus præsertim consistit, in sacra, quæ sunt instrumenta diuini cultus, vt vestes sanctæ, vasa quoque sacrata, & tabernaculum. In sacramẽta, quæ sunt consecrationes ministrorum dei, & in ob-

Ioan.14. Ioan.10. esai.44. psalm.35. hebr.10. Coll.1. Cor.10.1.

Esai.53. seruantias q̄ pertinent ad specialem conuersationē mi-
nistrorum templi, quēadmodum aūt p sacrificia vete-
Ephe.5. ris legis figurabatur verū sacrificium q̄d est Chr̄us dn̄s
q̄ oblatus est qa voluit: Obtulit em̄ semetipsum obla-
tionē & hostiā deo in odorē suauitatis, p nob̄, sic sacra-
mēta legis illius figurabāt sacram. legis nouæ, & obser-
uātiæ illæ cōuersationē populi Chr̄iani. Sacrificiū ꝟo no
uæ legis. s. Eucharistia, q̄ntā Christum continet, qui p
sanguinē suum sanctificauit populum, secundum Apo-
stolum, sacramentum vocatur. Sed sacrificia legis anti
quæ quia non continebāt gratiam, non dicuntur sacra-
menta. Porro præcepta ceremonialia legis scriptæ ad
duo ordinabantur, videlicet, ad cultum diuinum illi tē
pori conuenientem, & ad figurandum Christum seu ea
quæ Christum concernunt. In quantum ergo ordinabā
tur ad cultum dei pro tempore illo, habebant causam
literalem, scilicet, vt retraherent suo onere ab occupati
one Idolatriæ, ad quam populus ille labilis extitit, vel
vt diuinorum memoriam beneficiorum inducerēt, aut
diuinæ maiestatis excellentiam designarent. In quantū
aūt ordinabantur figuraliter ad Christum, habebāt ra
tiones figurales ac mysticas. Et quoniam ceremoniæ
veteris testamenti ordinabantur ad cultum dei atq; ad
Christum ratio, potest assignari sacrificiorū legis tam
literalis, quā mysticia seu figuralis. Sacrificium em̄ le
gale exterius, repræsentat ordinationem mentis in de
um, in quantum ordinabatur ad cultum diuinum. Bo-
na vero ordinatio mentis in deo hæc est, vt se omnia a
deo recepisse cognoscat tamquam a primo omnium
rerum principio, & omnia ad deū finaliter referat, tan
quam in vltimum oīs nostræ operationis beatificum
finem. Hoc aūt homo in sacrificijs et oblationib⁹ illis le
galib⁹, p fitebatur & insinuabat, quēadmodū primo Pa
ralipo. Dauid ait. Tua sunt omnia dn̄e deus, & q̄ de ma-
1.Para.29. nu tua accepim⁹, dedim⁹ tibi. Alia q̄q; ratio literalis sa
crificiorum legalium datur, q̄tenus populus a sacrifi-
cijs Idolorum retraheret. Nā p̄cepta sacrificiorum nō
tradebātur ei, nisi postq̄ ad idolatriā declinauerat, vitu

lum adorādo conflatilem. Idcirco Hier. 7. dicitur. Non sum locutus patrib⁹ vr̄is, nec p̄cepi eis de ẏbo holocaũ stomatũ, in die q̄ eieci eos de terra Aegypti. Ratio demum figuralis ac mystica oīm sacrificiorū veteris legis erat figurare illud verum sacrificiū, quo se vnigenitus dei p nobis obtulit patri, Omnium em̄ beneficiorū quę deus humano gn̄i per peccatum iam lapso donauit, erat maximū q̄d ꝓprio filio non pepcit, sed pro oībus nobis tradidit illū. Ephe. 5.

Inter animalia autem quadrupedia non offerebantur deo nisi tria gn̄a, scilicet oues, boues, & capræ. Lex enim volebat populum Iudæorum a paganis distinguere. Idolatræ ẏo oīa animalia idolis suis immolabāt, his trib⁹ exceptis. Et maxime apud Aegyptiōs inter q̄s Hebr̄i cōmorati nutriti q̄ fuerant, prædicta vero tria aīalia abominabilia erāt ad occidendū. Nam ouem colebant, hircos q̄q̄ venerabantur qa in eorum specie dæmones ipsis apparuerunt. Bubus aūt ē vtebamtur in agricultura, quā inter res̄ sacras cōputabant: & ideo Moyses Pharaoni dixit. Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro. Item prædicta tria animalia mundissimum habent alimentum, & humanam vitam præsertim sustentant, idcirco ad immolandum erant aptissima. Rom. 8. Exod. 8.

Prædicta quoque animalia spiritualiter puritatem designant. Ait enim glosa Leuitici primo. Vitulum offerimus, cum carnis lasciuiā superamus, turturem, dum castitat̄ seruamus, agnum cum irrationales motus contemnimus. In columba quoque & turture duarum naturarum coniunctio insinuatur. Sed cur pisces non offerebantur? Respondendum quoniam pisces ex aqua abstracti protinus moriuntur & ergo in templo offerri non ꝓterāt, Sed cum deus sit autor vit̄, & ip̄e mortem non fecit, neq; lętatur in perditione viuor̄, cur non potius immolabantur ei animalia viua quam mortua atq; cremata? Respondendum q occisio illa significauit destructionem peccati, & quod homines peccatores morte sunt digni: erat etiam occisio aīalīū immolatorū figura occisiōis sūmi sacrificij. s. Christi. Sapiē. 1.

Tradit aūt lex spēalē modū occidēdī

immolata, ga alijs modis occidendi victimas suas vtebantur idolatræ, & secundum Rabimoysen lex modum elegit, quo animalia minus augerentur. Est autem diligenter aduertendum triplex fuisse genus sacrificiorum veteris legis, quorum primum dicebatur holocaustum quod totum conburebatur, velut totum incensum. Ipsum namque offerebatur deo specialiter propter reuerentiam maiestatis diuinæ, atq; amorem bonitatis suæ immensæ, & conueniebat statui perfectorum, qui consilia Christi obseruant, & ideo totum comburebatur, quatenus sicut totum animal in vaporem resolutũ ascẽdit, sic designaretur totum hominẽ & ea q̃ eius sunt deo esse subiecta, & ipsum in dei amorem prorsus debere resolui & sursum leuari. Secundum genus sacrificij fuit quod deo pro peccato offerebatur propter remissionẽ peccati, cuius vna pars comburebatur, & alia in vsum cessit sacerdotum conueniebatq; statui proficientiũ, ad designandum quod peccatorũ remissio a deo fit per ministerium sacerdotum. Sed quando sacrificium offerebatur pro peccato totius populi aut sacerdotis totũ cõburebatur, si enim tunc aliquid eius fuisset comestum idem extitisset ac si non fuisset oblatum. Hoc tamen specialiter contigit ad figurandum, quod in sacerdotibus nullum vitiũ permanere, residereue debet, tertia quoq; pars huius sacrificij in vsum offerentium proueniebat, quia remissio culpæ est a deo per ministros ecclesiæ, cooperantibus eis qui peccauerũt. Adeps vero & sanguis nullius vsui concedebãtur: sed sanguis ad altaris crepidinem effundebatur ad reuerentiam dei, adeps vero
Deute. 32. conburebatur in igne, cuius vna ratio fuit, quatenꝰ populus dei ab idolatris secerneretur. Non idolatræ de sanguine victimarum bibebant, comedebantq; adipes quemadmodum in cantico Deuteronomij scribitur, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vi-
Leuit. 10 num libaminum. Ratio vero moralis fuit, quia sanguinis effusio prohibebatur Iudæis dicente Moyse. Non fabis contra sanguinem proximi tui. Ratio quoque mystica erat, quia per hæc designabatur effusio sanguinis

Christi, & pinguedo charitatis propter quam pro nobis mori dignatus est. De hostijs autem pacificis pectusculum armusq; dexter, sacerdotis vsui deputabatur, ad insinuandum q̄ sacerdotibus sapientia cordis necessaria est, ad instruendum populum dei, quod figuratur per pectus, quod est sapientiæ tegmentum. Sed per armum dextrum ostendebatur, quod fortitudo eis necessaria sit qua valeant æquanimiter ferre aliorum defectus, quemadmodum docet Apostolus. Debemus nos firmiores infirmorum imbecillitates portare, & nō nobis placere. Quoniam vero holocaustum erat dignissimum omnium sacrificiorum, ideo masculus solum in holocaustum offerebatur. Columbæ quoque & turtures non erant nisi pauperum oblationes, qui maiora habere non poterāt, vnde nec in hostijs pacificis offerebātur, quoniam hostiæ pacificæ immolabantur gratis atque spontanee. Sed pro peccato offerebātur, eo q̄d planctum pro cantu habebant, & ꝓpter altitudinem sui volatus, sacrificio holocaustorum conueniebant. Holocaustum igitur summū ac primum locum inter sacrificia habuit, deinde hostia pro peccato, quæ commedebatur solū in atrio a sacerdotibus, & in die sacrificij. Tertio, hostiæ pacificæ ex voto. Quarto, hostiæ pacificæ spontaneæ, Cuius ratio est, nam maxime homo obligatur deo, ꝓpter excellentiam maiestatis diuinæ. Secūdo propter offensam ei illatam. Tertio, propter beneficia iā suscepta. Quarto, ꝓpter bñficia sperata. Dicit aūt Rabbimoyses, q̄ quanto peccatum extitit grauius, tanto offerebatur pro ipso vilior species animalis. Nam pro scelere idolatriæ, quod maximum est, immolabatur ea pro quæ est vilissimum animal, ꝓ sacerdotis autem peccato & ignorantia vitulus. Pro negligentia principis, hircus. Insuper de terræ nascentibus quæ sunt vsui humano in cibum, offerebatur panis. Quæ autem sunt in potum, offerebatur vinum. Quæ sunt in condimentum offerebatur oleum & sal. Quæ sunt medicamentum, thus offerebatur. Per panem autem figurata est caro Christi. Per vinum, sanguis. Per oleum, gratia. Per

Rom. 15.

sal, scientia. Per thus autem, oratio. Mel vero in sacrificijs dei non offerebatur, quoniam idolis offerri solebat, et etiã ad designandum quod omnis carnalis voluptas vitanda sit populo dei, qui deo digne sacrificare conatur, veruntamen quia sacrificium zelotypiæ non ex deuotione sed suspicione processit, idcirco non offerebatur in eo thus, quod mentis deuotionem figurat.

¶DE SACRIS ET RATIonibus sacrorum veteris testamenti. Articulus quintus.

Malach. 2. LAbia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Inter ceremonias veteris legis vt dictum est, quædam pertinebant ad sacra, id est, diuini cultus exteriora instrumenta, vt sunt templum, altare, & vasa atque similia. Cultus enim dei exterior, ad interiorem dei reuerẽtiam ordinatur. Ea vero quæ cunctis communia sunt, & discretam dignitatẽ notabilemque excellentiam non sortiuntur, minus curantur & honorantur, nec in admiratione habẽtur, sed quæ speciali pollent decore, ac singulari excellẽtia atq; ornatu, amplius venerantur & attenduntur. Hinc ẽ principes ac prælati singularibus vestibus indui solent & latiora habere palatia, quatenus magis reuereãtur a subditis. Itaque vt populus ille patrum vehementius ad interiorem dei reuerentiam incitaretur, instituit deus per Moysen famulum suum, specialia tempora quæ solemnitates dicuntur, specialia vasa, speciale habitaculum, & speciales ministros ad cultum diuinum. Rationabilis ergo est causa ceremoniarum, ad sacra spectãtium. Voluit igitur deus templum sibi in terra constitui, non quod ipse localiter aut circumscriptibiliter esset in loco, sed vt homines in loco diuino nomini dicato, deuotius reuerentialiusq; adorarent, & item quatenus per templi dispositionẽ aliqua ad diuinæ maiestatis e-

minentiam pertinentia designarentur, quamuis autem dominus præordinauit in vno loco esse sacrificia offe renda, iuxta illud Deuteronomij. Ad locum quem elegerit dominus deꝰ vester venietis, & offeretis holocausta & victimas vestras, non tamen hunc locum aperte designauit per ædificationem templi, ante tempora Salomonis, licet ante ostenderit eum Abrahæ quando dixit. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & offeres illum mihi in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. Nam quamdiu in desertis morabantur, certam mansionem non habebãt. Postmodum vero habebant varia loca, cum finitimis gentilibus, sed tempore Salomonis habebant quietissimũ statum, & ideo tunc locus templi congruenter publicatus est. Si enim ante innotuisset, fuissent lites & iurgia inter tribus, quæ locum illum sortiri adipiscique potuisset, vt Rabimoyses asserit. Vnde rege cuius maxima extat potestas regnante, qui populo lites compescere potuit, deus locum ad ędificandum ostendit. Spiritualiter quoque per tabernaculum quod portatile erat, figurabat status vitæ præsentis, quæ mutatur continuo, vel ipse status synagogæ. Per templum vero signabatur status patriæ, qui semper fixus & stabilis perseuerat, vel Christiana Ecclesia, quæ vsque in finem sæculi non cessabit. Propter quod in ædificatione templi non audiebatur ferrum malleꝰ, quia a statu futuro omnis turbulentia penitus deest. Gentiles quoque, videlicet, Tyrij atque Sidonij, cooperabantur ad templum, quia Ecclesia ex Gentibus & Iudæis collecta est. Causa autem vnitatis tabernaculi & templi fuit, vt populus firmaretur in noticia vnius dei, atque ab infidelibus distingueretur. Gentiles enim idolis suis multa templa fundabant. Denique alia ratio huius extiterat. Voluit enim deus ostendere corporalem cultum sibi secundum se non esse

Deut. 12.

Gene. 22.

3. Reg. 6.

placentē,& ergo noluit illū sibi passim & vbiq; impēdi Cultus vero nouæ legis est secundum se deo acceptus, quia in eius sacrificio continetur Christus,qui est omnium gratiarum origo & finis, idcirco in nouo testamento altaria & templa multiplicantur. Habebant tamen Iudæi synagogas, in quibus spiritualem dei cultum egerunt,vacando laudibus dei, & lectioni prophetarum ac legis. Per p̄dictā ỹo vnitatē figuraliter monstrabatur,vnitas militantis ac triumphantis ecclesiæ.

Exod.26. Distinctum autem erat tabernaculum in duas partes, quarum vna dicebatur Sancta sanctorum, quæ erat ad occidentem. Alia fuit versus orientem, vocabaturque sancta. Et intra tabernaculum fuerat atrium. Quemadmodū ỹo vnitas tēpli signabat vnitatem dei atq; ecclesiæ, ita distinctio templi distinctionem repræsentabat creaturarum dei, ex quibus ad dei cognitionem assurgimus. Pars ergo quæ sancta sanctorum vocatur, figurabat spirituale sæculū, id est, statū spiritualium substātiarū. Pars aūt q̄ sancta dicitur figurauit mūdū sensi-

Exod.25. bilē vnde vna pars diuidebatur ab alia q̄dam velo q̄dri formi colore distincto, per quod quatuor mūdi elemēta significabātur, videlicet byssо, q̄ designatur terra, byssus enim seu linum de terra exoritur. Purpura, quo signatur aqua. Hyacintho, q̄ signatur aer, qa aereum habet

Exod.27. colorem. Et cocco bis tincto, quo ignis signatur. Porro in sancta sanctorum non introiuit nisi summus sacerdos & hoc semel in anno, ad figurādū hāc eē hominis finalē perfectionem, vt introducat in illud speciale sæculum spiritualium substantiarum. Ad tabernaculum vero exterius, quod sancta dicitur, introibant quotidie sacerdotes, qa eorum fuit spirituales rationes sacrificiorum cognoscere atque magis explicitam de Christo fidē habere. Populus vero solummodo ingrediebatur atrium Non enim spiritualium capax fuit, sed corporalia duntaxat sacrificia considerauit. Adorabant quoque Iudæi ad occidentem, ad excludendam idolatriam. Q̄s namque idolatræ adorabant versus orientem, propter reuerentiam solis. Ratio autē figuralis est, nam vniuer-

uersus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quæ per occasum signatur. Psalm. 67.
Iuxta illud in psalmo: Qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. In tabernaculo autem interiori qđ Exod. 26. Num. 17.
sancta sanctorum vocatur, continebatur Archa testamenti, habens auream vrnam, in qua erat mãna, & virga Aaron quæ fronduerat, tabulæ quoque in quibus scripta fuerant decem præcepta. Archa autem sita erat inter duos Cherubin, qui se mutuo versis vultibus respiciebant. Super archam vero erat quædã tabula quæ propitiatorium dicitur, quæ erat quasi sedes dei, & dicitur propitiatorium, quia inde deus propitiabat populo ad preces summi sacerdotis, & portabatur ab alijs cherubin, in signum quod angeli ministrent deo, sed & archa testamenti, erat quasi scabellum sedentis sup propitiatorium. Per hæc igitur tria significabant tria quæ in spirituali superioriq; sæculo sunt, videlicet deus omnibus præsidens, & immensus ac incõprehensibilis, propter quod nulla eius similitudo ponebatur, sed locabatur ei quasi sedes, quia creatura quæ deo subiecta est comprehendi potest. Cherubin aũt quæ se mutuo respiciunt, designabant spirituales substantias patriæ cælestis in qbus pax summa est atq; concordia sicut in Iob dicitur. Qui facit cõcordiã in sublimibus suis Iob. 25.
Per archam vero in qua tria prædicta extiterãt, designantur rationes omnium quæ in hoc mundo sensibili siunt, q̃ vtiq; in spirituali illo sæculo intellibiliter continentur, præsertim in lumine mentis diuinæ. In exteriori insuper tabernaculo tria erant, videlicet altare thymiamitis, quod erat directe contra archam. Mensa, ꝓpositionis, super quam duodecim panes ponebantur, eratque in parte aquilonari locata. Candelabrum, qđ erat in parte australi. In cãdelabro autem ratione splẽdoris figurabatur sapientia, per altare thymiamitis, officium sacerdotum, per mensam vero figurabat alimonia vitæ. Ponebatur candelabrum in parte australi, pars enim australis est dextra cæli, secundum philosophum. Sapientia vero ad dexteram ponitur, sicut & Exod. 25.

cætera spiritualia bona. Mensa autem quæ temporale nutrimentum importat, erat ab aquilone quæ est sinistra pars cæli. Per sinistram vero temporalia designantur. Habebat quoque candelabrum septem calamos Iosepho teste, per quos significantur septem planetæ, qui mundum illuminant. Et ideo a parte ponebatur australi, quia ex illa parte oriuntur nobis planetæ. Altare autem thymiamatis institutum fuit, vt esset semp in tabernaculo fumus boni odoris contra fœtorem qui ex occisione animalium accidit, & etiam propter reuerentiam loci, quæ enim boni odoris sunt honorantur. Mensa vero non ponebatur in medio ante propitiatorium, ad excludendum idolatriam, quia idolatræ in sacris Lunæ ponebant mensam in medio coram idolo. Omnia quoque prædicta Christum diuersimode figurabant. Nam figurabatur per propitiatorium, quoniam ipse ē propitiatio pro peccatis nostris. Figurabatur quoque per archam, quemadmodum enim archa erat de lignis sethim, sic corpus Christi ex membris constat purissimis. Et erat archa deaurata, quia Christus fuit plenus sapientia & charitate diuina. In archa vero fuit aurea vrna, quia in Christo est sanctissima anima. Et manna, quia in Christo ē omnis plenitudo diuinitatis. Erat demum in archa virga Aarō id est, sacerdotalis potestas, quia de Christo cantatur. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Erant quoque in archa tabulæ testamenti, quoniam Christus est summus legislator, qui figurabatur per candelabrum, sicut ipse testatur. Ego sum lux mundi. Per septem lucernas, signantur septem dona spiritus, Sed & per mensam Christus figurabatur, ipse nāque ait. Ego sum panis viuus. Per duodecim panes significantur Apostoli, vel eorum doctrina. Denique de constructione altaris, duplex inuenitur a domino datū præceptum, vnum in legis exordio. Mandauit enim dominus vt in Exodo legitur, altare sibi construi de terra, vel saltem de lapidibus non sectis. Non alti

1. Ioan. 2.

Exod. 27.

Psal. 109.

Ioann. 8.

Ioann. 6.

Exod. 20.

ne per gradus ascenderetur ad illud, ne turpitudo ascendentis reuelaretur: quæ omnia præcipiebantur, quatenus populus ille ab idolatris distingueret. Fabricabãt enim idolatræ diis suis altaria preciosa, & pulchra & alta, sed & in sacris Priapi, ostendebant populo sua pudenda. Propter eandem quoq; rationem præcepit dominus in Deuteronomio: Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare domini dei tui. Ratio aũt figuralis istorum est, quia in Christo qui est verum altare, confiteri debemus veram humanamq; carnem, q̃d est altare de terra cõstruere, verã q̃q; diuinitatis naturam, vt fateamur tum patri æqualem, quod est ad altare sine gradibus scandere. Facto autem tabernaculo pro cultu diuino, non erãt formidandæ prædictæ idolatriæ occasiones & causæ. Propter quod mandauit dominus fieri holocaustum altare de ære & lignis sethim quod omni populo esset conspicuum. Altare vero thymiamitis de auro & lignis sethim quod sacerdotes conspicerent, quo facto introductus est a sacerdotibus fœmoralium vsus: & ergo tunc ascendere poterant sine periculo ad altare per gradus ligneos, non stantes sed portatiles. Aduertendum autẽm quod in veteri testamento erant septem solemnitates temporales, & vna q̃ si continua sicut ex libro Numerorum colligitur: Festũ autem continuum extitit, quo immolabatur quotidie mane & vespere agnus, ergo hoc continuo festo repræsentabatur perpetuitas felicitatis diuinæ. Temporalium vero festiuitatum, prima erat festiuitas sabbati, quæ renouabatur omni hebdomada in memoriam beneficij creationis mundi. Secunda solemnitas, scilicet neomeniæ, renouabatur quolibet mense, celebrabatur em̃ in commemorationem gubernationis rerum a deo, & quoniam inferiora secundum cursum lunæ mutantur, a qua mensis nomen accepit, iuxta illud Ecclesiastici: Luna ostensio temporis & signum æui. Mensis secundum nomen est crescens in consummationem mirabiliter, vas castrorum in excelsis, in firmamento cęli resplẽdens gloriose. Idcirco ista solemnitas fiebat in prin

Deut. 16.

Exod. 25.

Nume. 28.

cipio lunæ, non in plenitudine eius, propter idolatriæ exclusionem. Nam gentiles in plenilunio sacrificabant & quoniam ista duo beneficia scilicet creationis et gubernationis diuinæ communia sunt toti humano generi, istæ duæ solemnitates frequentius iterabantur. Alia
Leuit. 23. quinque festa celebrabantur semel in anno, & propter bñficia illi populo specialiter a deo impensa. Nam phase solemnitas celebrabatur mẽse primo 14. die mensis, in memoriam liberationis ex Aegypto: & post dies quinquaginta celebrabatur Pentecostes solemnitas, ad commemorandum beneficium legis datæ. Alia vero tria
Nume. 10. festa seruabantur septimo mense, qui apud eos quasi totus erat solemnis. In primo enim die huius mensis erat festum tubarum, in memoriam liberationis Isaac quãdo Abraham pro eo arietem obtulit, & ergo tunc cornibus buccinabant: Nam aries cornibus hęserat vepribus sicut in genesi dicitur. Erat quoque festum tubarũ, quo inuitabantur ad solẽnitatem expiationis, quæ decima die fiebat, in memoriã beneficij quo deus ad prces Moysi, propitiabatur eis de adoratione conflatilis vi-
Exod. 32. tuli. Post hæc celebrabatur ęnophegie, id est, tabernaculorum solemnitas, septem diebus, in memoriam de-
Exod. 17. ductionis ac protectionis eorum, quãdo in desertis manebant. Propter quod in hoc festo offerebãt ramos pulcherrimæ arboris, qui diu virorem conseruant, in signum quod deus perduxit eos per solitudinem aridam ad terram delitiosam. Die autem octauo erat festũ cœtus atque collectæ, quãdo colligebantur a populo quæ necessaria erant ad diuini cultus expensas. Figuralis autem ratio horum festorum est. Per sabbatum enim figurabat spiritualis requies, nobis data per Christũ. Per neomeniam vero quæ est nouæ lunæ incẽsio, figurabatur illuminatio primitiuæ ecclesiæ. Per festum tubarum, prędicatio apostolorum. Per festum expiationis, emundatio Christianorum a vitijs. Per festum tabernaculorũ, peregrinatio Christi fideliuin in hoc mundo. Per festum vero cœtus atque collectæ, congregatio eorum in regnocælorum, & ergo hoc festum voca-

batur sanctissimum; Erantque hæc tria festa continua, quia oportet expiatos a vicijs in virtute proficere, quæ que perueniant ad patriam fælicitatis æternæ. Præterea tabulæ ex quibus constabat tabernaculum, tegebantur interius quibuspam cortinis, ex quatuor coloribus variatis, videlicet byssо retorta, hyacintho ac purpura, & cocco bis tincto: Hæ enim tegebant tabernaculi latera. In tecto autem tabernaculi extitit operimentū vnū de pellibus hyacinthinis, & super hoc aliud de pellibus arietum rubricatis. Desuper quoque operimentum de sagis cilicinis, descendens vsque ad terram, & tegens tabulas tabernaculi foris. Horæ vero operimentorum ratio literalis, erat tabernaculi ornatus atque protectio. In speciali autem secundum aliquos p cortinas signatur cælum sydereum, quod est diuersis stellis variatum. Per saga, aquæ quæ super cælos sunt. Per pelles rubricatas, cælum empyreum, Per pelles hyacinthinas, cælum sanctæ trinitatis. Figuralis autem ratio fuit, quia per tabulas ex quibus constabat tabernaculum significantur fideles, ex quibus constat ecclesia. Tegebantq; tabulæ cortinis quadricoloribus, quia fideles quatuor ornantur virtutibus. In byssо namq; retorta, vt asserit glosa, signatur caro castitate renitens. In hyacintho, mens superna desiderans. In purpura, carnis passionib⁹ non subiacens. In cocco bis tincto, animus dei ac proximi dilectione prefulgens. Per operimenta autem tecti figurātur prælati atque doctores, in quibus lucere debet cōuersatio cælestis; quod insinuatur per pelles hyacinthinas. Debet etiam eis inesse ad martyrium promptitudo, quod p pelles rubricatas signatur, austeritasq; vitæ & aduersitatum virtuosa perpessio: quæ designantur per saga cilicina, vētis pluuijsque exposita. Qui nāq; his decorantur virtutibus, pclarę deo tabernaculi in seipsis construxerunt, & diuinis visionis capaces effecti sunt: Ad quam nos dignetur transferre ex hac miseriæ lachrymarūq; valle vnigenitus dei Christus dominus, qui est super omnia deus sublimis & benedict⁹

Amen.

¶DE SACRAMENTIS ANtiquę legis & rationibus eorundem.
Articulus sextus.

NOlite negligere fratres. Vos enim elegit dominus, vt stetis corã eo, ministretis ei colatis eum, & cremetis ei incensum. Quẽ admodum ante innotuit, sacramenta veteris legis illa dicuntur, quæ adhibebantur dei cultoribus per quandam consecrationem, qua cultui deputabantur diuino: qui generali modo pertinebat ad populum, specialiter autem ad tẽpli ministros. Idcirco quædam sacramenta pertinebãt ad populum, quædam ad sacerdotes atque Leuitas. Vtrisque vero tria necessaria erant, videlicet, institutio in statu colendi deum, quæ fiebat per circumcisionẽ quantum ad omnes, sine circumcisione enim nemo admittebatur ad quodcunque legalium: sed quãtum ad sacerdotes, fiebat per consecrationes eorum. Secundo necessaria fuit comestio agni paschalis quantum ad omnes, sed quo ad sacerdotes victimarum oblatio, effusq; panum propositionis, & cæterorum quæ vsibus deputabantur sacerdotum. Tertio requirebatur eorum remotio, per quæ ad diuinum cultum inhabiles reddebãtur. Et sic quo ad populum, institutæ erant quædam purificationes a corpalibus immundicijs, expiationes q̃q; pro peccatis: quantum autem ad sacerdotes & leuitas, erant ordinatæ ablutio manuum ac pedum, & rasio pilorum: quæ omnia rationabiles causas habent, tam literales, prout ordinabantur ad cultum diuinum pro tẽpore illo: quam figurales, prout referebãtur ad Christum. Ratio autem literalis ac principalis circumcisionis fuit, protestatio vnius dei: & quoniam Abraham se ab infidelibus primo separauit, egrediens propriam cognationem terram ac domum, ideo primus circumcisionem accepit. Hanc enim causam assignat Apostolus ad Romanos. Signum (inquit) accepit circumcisio

Leuit. 14.

Gene. 12.

Rom. 4.

nis, signaculum iusticiæ fidæi. Et vt protestatio vnitatis diuinæ, fidesq; Abrahæ in cordibus Iudæorum firmaretur, data est eis lex circumcisionis. quemadmodū in Genesi scribitur: Erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Fiebat vero circumcisio die octauo, quoniam puer est ante valde tenellus. Nam & animalia non offerebantur ante diem octauum. Ratio figuralis circumcisionis est, quia figurauit ablationē corruptionis factam per Christum: quæ in octauo die, videlicet, resurgentium statu complebitur: quando mortale hoc induet immortalitatem. De hac spirituali circūcisiōe ait Apost: Circūcisi estis in Chō circūcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione domini nostri Iesu Christi. Similiter ratio literalis agni paschalis, erat commemoratio beneficij liberationis ex Aegypto. Ratio autem literalis cur edendo agnum paschalem comedebant azymos panes, quasi non habentes tempus fermentandi, & assum igni p quē cibus velocius præparatur, & quod os non comminuerūt ex agno, fuit ipsa festinatio, qua cōpellentibus Aegyptijs festinanter egressi sunt, & ob rationem eandem accingebant renes, habentes calciamenta in pedibus, tenentes baculos in manibus, quæ omnia eos concernunt qui sunt in promptu itineris. Vnde in vna domo agnū edebant, quia non eis vacabat mittere inuicem partes. Per lactucas quoque agrestes signabatur amaritudo, q̄ passi fuerant in Aegypto. Mystice autem per immolationē agni paschalis figurabatur oblatio Christi, vt ait apostolus. Pascha nostrū immolatus ē Christus. Ipse enim est verus agnus, qui abstulit peccata mūdi. Sanguis vero agni qui linebatur in superliminaribus domorum, significat fidē mortis & sanguinis Christi in corde & ore fideliū, qua liberātur a potestate diaboli. Quia etiam carnes agni comedebantur assæ igni, designat esum Christum in specie sacramenti, qui pro nobis tribulationem mortis, q̄ significatur per ignem, exigne diuini amoris sustinuit. Comedebantur vero carnes agni cum azymis panibus, ad figu

Gene.10.

Cor.15.
.1.Col.2.

Exod.12.
Nume.9.
Ioan.19.

Exod.12.

.1.Cor.5.

randum puritatem conuersationis fideliũ Christi corpus sumentiũ, sicut monet Apostolus: Epulemur in azymis synceritatis & veritatis. Lactucæ vero agrestes designant pœnitentiam peccatorum, quæ communicantibus necessaria extat. Accingẽdi quoque sunt renes, virtute castitatis. Calciamenta vero pedum, sunt mortuorum patrum exempla. Baculi autem qui tenebantur in manibus, pastoralem curam designant, & vnitas domus in qua agnus erat edendus, vnitatem importat catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ, in qua Christi venerada sacramenta sumenda sunt. ¶ Denique quædam nouæ legis sacramenta, sed nõ omnia, habebant in veteri testamento sacramenta sibi correspondentia, & se figurantia, vt baptismus circumcisionem, eucharistia agnum paschalem, pœnitentia omnes purificationes legales. Ordo, consecrationem pontificum. Sacramentũ vero confirmationis, quia est sacramentum plenitudinis gratiæ, non habebat in lege antiqua sacramentum sibi correspondẽs. Nondum enim actum erat tempus plenitudinis gratiæ dei, & teste Apostolo, nihil ad perfectum adduxit lex. Similiter vnctio extrema cum sit immediata ꝓparatio ad introitũ gl̃iæ, cui⁹ aditus p Chr̃m primo patefact⁹ exitit, non habebat in lege veteri sibi correspondẽs sacramẽtũ. Matrimoniũ aũt fuit in veteri lege, prout est officiũ naturæ non, put ẽ sacramentũ Christi atque ecclesiæ. Nam tunc dabatur libelles repudij, quod est contra rationem sacramenti. Cultus vero dei est duplex, videlicet interior, in mentis deuotione consistens, & hunc impediebant facta quibus homines pollui dicebantur idolatria, homicidium, adulterium &c. a quibus purificabantur homines per sacrificia, nõ quod sacrificia illa carnalia vim expiandi peccata haberent, sed quia signabant expiationem per Christum futuram, cuius participes fiebant antiqui protestando fidem redemptoris in sacrificiorum suorum figuris. A cultu aũt dei exteriori qui in sacrificijs oblationibus⁹ consistit, impediebant homines per corporales immũdicias, scilicet lepram, cadauer, contactum immundi,

Gala. 4. Hebr. 7.

Deut. 24.

Leui. 11.

luxumq; seminis. Preciosas etenim res non solent contingere qui immundi sunt: & sic ad reuerentiam cultus diuini pertinuit, quod propter tales immundicias homines à diuinis separabantur. Etiam ideo, q̃tenus ex raro ad diuina accessu, magis reuerenter accederent dũ liceret, semperque sacramenta illa magis honorarent. Omnes vero immundiciæ tales corporales purificabãt per aquæ aspersionem. Sed quæ maiores extiterãt, aliquibus sacrificijs expiabantur. Spiritualis autem ratio hõr fuit ex eo, q̃ prædictæ immundiciæ varia peccata figurabant. Nam lepra cũm sit contagiosa & diuersorũ colorum apparentiam habens, designat hæreticorũ doctrinam, quæ serpit vt cancer, & veris falsa commiscet. Per immundiciam quoq; ex contactu immundi, signat consensus in peccatum alterius. Propter quod dicit Apostolus: Exite de medio eorum, & separamini ab eis, & immundum ne tetigeritis, Id est culpam alterius per consensum. Erat insuper immundicia quædam rerum inanimatarum, vt lepra, domus, & vestis. Sicut enim ex corruptione humorum & putrefactione oritur lepra ĩ corpore animalis: sic per corruptionem atq; excessum humiditatis vel siccitatis, fit interdũ corrosio in lapidibus domus seu vestibus, quam scriptura leprã appellat, quia omnis corruptio ad immunditiam pertinet. Et quia gentiles contra talem corruptionem deos sibi ponebant atq; colebant, idcirco lex iussit domũ in qua esset lepra perseuerans, destrui & vestẽ comburi quatenus idolatriæ tolleretur occasio. Simili ratione extitit quædam immunditia vasorum quorundam. Figuraliter vero per lepram domus, signatur impuritas congregationis hæreticorum. Per vas quoque non habens cooperculum figuratur homo non habẽs taciturnitatis velamen, nec disciplinæ censuram, qui est velut vrbs patens & absque muris, inimicorum suorum iaculis patens. Offerebatur etiam vacca rufa, in memoriam detestationemque peccati adorationis conflatilis vituli, & immolabatur extra castra, propter detestationem illius peccati. Vbicumque vero fiebat oblatio pro pecca-

2. Tim. 2.

2. Cor. 6.

Leuit. 13.

Prou. 25.

Exod. 32.

to multitudinis, totum cremabatur extra castra, in signum remissionis omnium peccatorum. Et ideo sacerdos digitum intinxit in sanguine, aspergens septies cõtra fores sanctuarij. Septenarius enim numerus totalitatẽ perfectionemque designat. Per vaccam autem rufam signatur Christus secundum infirmitatem assumptam, cuius sanguinem color vaccæ figurat. Eratque vacca ætatis integræ, quoniam omnis Christi actio ẽ perfecta, sine macula, & quæ non portauit iugum, quonã Christus peccati iugo subiectus non fuit. Tradebatur quoque Eleazaro sacerdoti, Nã Christus manibus summi sacerdotis tradebat, iam occidendus. Immolabatur etiam extra castra, Christus enim extra portam crucifixus est. Omnia vero quæ ad Christi incarnationem respiciunt, sunt igne cremanda, id est, spiritualiter intelligenda. Sacerdos vero qui obtulit vaccam, & qui eam combussit, & qui cineres eius collegit, mundus fuit vsque ad vesperam: quia Iudæi ex occisione Christi culpabiles & immundi effecti sunt, vsque ad finem sæculi, qũ reliquiæ Israel conuertentur. Cinis etiã vaccæ combustæ collectus ponebatur in aq̃, & sic per aspersionem mundauit, quia virtus passionis Christi aquis baptismatis vim regeneratiuam douauit. Sacerdos vero obtulit primo ꝓ seipso incẽsum ꝓ peccato, in commemorationem peccati Aaron in conflatione vituli aurei. Arietẽ quoque in holocaustum, in signum principatus sui super populum. Aries enim est ouium ductor. Deinde immolauit pro populo hircos duos, vnum pro peccato multitudinis: cum eĩ sit hircus vile ac fœdum animal, peccatoꝝ sordem & abominationem expressit. Alter vero hircus ducebatur in desertum, quasi deferẽs effectum sacrificij immolati, scilicet peccata populi, pro quibus prior hircus erat occisus, designans dimissa: pro quibus ipse quasi pœnam exoluit, dum in deserto relictus deuorabat a bestijs. Mystica aũt ratio horum fuit Nam Christus designatur per vitulum propter virtutẽ, per arietem propter principatum, per hircum propter

Num.19. Hebr.13. Rom.11.

similitudinem carnis peccati. Christus enim immolatus ē pro omnium culpis delendis. Et qa in hora passionis diuinitas humanitatem quasi reliquit, solitam influentiam subtrahens, idcirro per hircum ad deserta tendentem ipsa signatur. Denique legis præcepto leprosi mundabantur, id est, mundari ostendebantur. Primo enim laprosus purificabatur per hoc, quod mundus a lepra iudicabatur. Secundo autem purificabatur per hoc, quod humano consortio cultuique diuino restituebatur post dies septem. In prima vero purificatione obtulit leprosus mundandus duos passeres viuos contra insensibilitatem carnis leprosæ: lignum cedrinum, contra eius putredinem, cedrus enim est imputribilis arbor, Hyssopum, q̄odorifera herba est, contra lepræ fœtorem. Vermiculum quoque, qui est viui coloris, contra deformem eius aspectum. Vnus vero passer auolare permittebatur in agris, quia leprosus redibat ad pristinum statum die octauo rasis pilis & vestibus, quæ infici solent per lepram. Postmodum offerebatur sacrificium pro peccato, nam lepra frequenter propter peccatum inducitur. Tingebaturque extremum auriculæ eius qui fuit mundandus, manus quoque dextræ, & pedis, quia in his partibus lepra primo dinoscitur atq; sentitur. Addebantur etiam ritui huic tres liquores, videlicet sanguis, contra sanguinis corruptionem, oleū ad designandum eius sanationem, vinum ad emundandum spurcitiem. Figuralis vero horum ratio est, Nā per duos passeres, Christi diuinitas designatur atq; humanitas. Vnus ergo passer super aquas viuas offertur quia Christi humanitas passa est, & merito suæ mortis aquæ baptismi virtutem mundandi distribuit. Alter autem passer dimittitur, quoniam Christi diuinitas passioni non subdebatur. In institutione præterea ministrorum altaris tria fiebant, primo em̄ purificabantur, secundo consecrabantur. & tertio cultui dei applicabantur. Communiter aūt omnes purificabantur per aquæ ablutionem, & sacrificia quædam.

Esaiæ. 53.

Leuit. 13.

Sed Leuitæ specialiter omnes corporis sui pilos radebant. Sacerdotes vero atque pontifices post ablutionē induebantur specialibus vestimentis, ad eorum dignitatem demonstrandam spectantibus. Sed pontifex specialiter oleo vnctionis vngebatur in capite, quia ab ipso deriuabatur consecrandi potestas ad alios. Leuitę quoque aliam non habebāt consecrationem, nisi quæ domino offerebantur a populo p manus pontificis, cuius fuit pro eis offerre. Sacerdotum autem minorum solæ manus consecrabantur, quia erant diuino cultui applicandæ. Et sanguine sacrificij tingebatur extremū auriculæ dextræ eorum, quatenus verbis legis auditis protinus obedirent. Pollices quoq; manus ac pedis dextri, quatenus agiles essent exequendo diuina. Ratio aūt figuralis istorum est. Nam qui ad Christi ministerium consecrantur, primo abluendi sunt aquis baptismatis. Debent & pilos radere, id est, omnes cogitationes malas abijcere. Deinde, ornari sanctimonia vitæ, & vngi spiritusancto & oleo eius, ac per hoc esse idonei ad spirituala Christi obsequia. Impediebantur quoque in veteri lege a ministerio templi, propter corporales defectus: ne videlicet ministri templi propter defectū foris apparētem contemnerētur, sicq; diuina aliquo modo vilescerent in cordibus populi. Voluit namq; deus in reuerentia eos haberi, propter quod specialem eis decorem dispositi in consecratione & vestibus. ordinans etiam vt non admitterentur ad ministerium tēpli, nisi ex vna progenie, vt secundum successionem prosapiæ, posteri clariores venerabilioresque essent. Aduertendum vero quod pontifex octo ornamenta habuit, per quæ dispositio orbis terrarum secundum aliquos figuratur, quēadmodum in sapientiæ libro dicitur. In veste Aaron descriptus erat orbis terrarum, vt ostenderetur pontifex esse creatoris mundi minister. Primo ergo habebat lineam vestem, per quam terra exprimitur, de qua linū producitur. Secundo habebat tunicam hyacinthinam, in cuius inferioribus dependebāt tintinabula per circuitum, & mala punica. Hæc tunica cū sit coloris aerei sig-

Exod. 28.

Sapien. 17.

nificat aerem, tintinabula vo designãt tonitrua, et mala granata coruscationes ac fulgura. Tertio habuit sup humerale, qd erat ex auro, hyacintho, purpura, cucco que bis tincto, & bysso retorta. Super humeros quoque habebat duos onychinos lapides, in quibus sculpta extiterant nomina filiorum Israel. Humerale propter suã varietatem, designat cælũ stellatũ. Duo onychini duo hemisperia, vel solem ac lunam. Quarto habebat rationale quadratum, quod ponebatur in pectore, & erat cõiunctum superhumerali. Fuerunt in rationali duodecim gemmæ, in quibus scripta erãt nomina duodecim filiorum Israel, ad insinuandũ, quod pontifex onus totius populi super se ferret: & portauit nomina ista in pectore, quatenus de populi salute iugiter meditaretur in corde. Præcepit quoq; dominus poni in rationali doctrinam & veritatem, quia aliqua ad iusticiam & eruditionem spectantia, scribebantur in rationali. Iudæi tamen fabulantur fuisse in rationali lapidem quendam qui secundum diuersos variebatur colores, secundum diuersa quæ debebant accidere filiis Israel. Per duodecim gemmas rationalis signantur duodecim signa Zodiaci, quæ erant in rationali: quoniam rationes inferiorum in cælestibus continentur. Quinto habebat balteum ex prædictis compositum, quo designatur Oceanus terrã cingens & ambiens. Sexto habebat Tiaram vel Cydarim: quæ figurat cælum Empyreũ. Septimo habuit laminam auream in fronte pendentem, & nomen domini conseruãtem: quæ signat deum omnibus præsidẽtẽ. Octauo habebat fœminalia linea. Horũ octo ornamentorum minores sacerdotes quatuor vtebantur, videlicet tunica linea, fœminalibus, tiara, ac balteo. Figuraliter vero per corporales Leuitarum defectus signantur peccata, quib⁹ sacerdotes carere oportet. Prohibetur nãque, ne sacerdos sit cæcus, id ẽ indoct⁹, ne sit claudus, id est, inconstans, grandi vel paruo aut torto naso, id est, indiscretus. Natus em̃ odores discernit. Nẽ sit fracto pede vel manu, id est, piger atque imagilis. Ne sit gibbolus, id est, terrena nimis desiderãs. Ne sit lippus, id ẽ Leuit. 21.

terrena nimis desiderans: ne sit lippus, id est, intellectum carnali affectu obtenebratum habens: ne habeat maculam in oculo, id est, præsumptionem sanctitatis in corde: ne habeat impetiginem, id est, auaritiam: ne sit hernioſus, id est, ponderoſus, vtpote turpitudinis pondus gestans in corde, quamuis non exerceat nec exequatur in opere. Porro per ornamenta signantur ministrorum dei virtutes, qbus potissimum oportet sacerdotes ornari. Per fœminalia enim exprimitur castitas, per tunicam lineam puritas vitæ, per cingulum discretionis moderatio. Per tiaram caput tegentem, intentionis rectitudo atque synceritas. Vltra hæc autem debent pontifices quatuor speciali modo habere, videlicet iugem dei memoriam diuina contemplando, quod significatur per auream laminam, nomen dei habentem in fronte pendentem. Secundo tolerantiam infirmitatum vitiorũq; populi, quod suphumerale designat. Tertio sapientiam cordis per solicitudinẽ charitatis, quod rationale significat. Quarto conuersationem cælestem per opera perfectionis, quod tunica hyacinthina figurat, in cuius extremitate pendent tintinabula aurea, quia pontifices sonare fulgereque debent diuinorum doctrina. Per mala quoque punica, vnitas pacis & vera designatur concordia. Quam nobis præstare dignetur deus lagitor pacis & amator charitatis, dominus noster Iesus Christus: qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

¶DE OBSERVANTIIS obseruantiarumque causis veteris legis. Articulus Septimus,

Leuit.10. Lucæ.1.

CVstodite spiritum vestrum, & nolite contaminare animas vestras: sed estote perfecti, incedentes sine querela in omnibus iustificationibus domini dei vestri. Hæc enim voluntas dei sanctio-

ficatio vestra . Estote igitur sancti, sicut & pater ve- .1.Thes.4
ster cælestis . Iam de rationibus sacrificiorum atque
sacrorum ac sacramentorum veteris legis vtriusq; ser
mo expletus est : nunc vero de obseruantijs obser-
uantiarumque causis, dicendum est. Dictum est enim
quemadmodum ad ceremonialia veteris legis præce-
pta quatuor ista pertineant . Ostensum est autem, ea
quæ diuino cultui mancipantur, speciali oportere san
ctitate ac dignitate pollere, sicut de vasis & vestibus sa
cris ac templo innotuit . Quoniam ergo populus ille
hebræus, & præsertim Leuiticus, diuino fuerat cul-
tui deputatus, idcirco in eorum conuersatione aliqua
obseruabantur, quæ ad diuini cultus congruentiam at
tinent, in cibis & potibus . Harum autem obseruan-
tiarum vna est ratio literalis, secundū relationem earum
& conuenientiam ad cultum diuinum pro tempore il-
lo. Secunda est ratio figuralis & mystica, eo q̄d om- .1.Cor.10.
nia in figura nouæ legis & Christi eis contigerint. Li
teraliter ergo loquēdo quidā cibi eis prohibiti sunt, non
quasi essentialiter immundi & mali, aut animam per se
maculantes, cum teste Apostolo, omnis creatura dei
sit bona, nihil que sit reiiciendum quod cum gratiarum .1.Tim.4.
actione percipitur . Sed erant cibi tales immundi pro
pter corporalem immundiciam, vel corruptionem, aut
disproportionem ad vitā humanam. Quædam etenim
eis erant prohibita, quia ex rebus immundis aluntur,
vt porci, vel quia immūde conuersantur, vt animalia
subterranea, scilicet talpæ & mures, Vel quia ob super
fluam humiditatem vel siccitatem corruptos genera-
rent humores in humanis corporibus, sicut leo, &c.
Animalia vero vngulam non fissam habentia sunt eis Leuit.11.
prohibita, ppter terrestreitatē eorū . Similiter multas im
pedibus fissuras hñtia, cū nimis cholerica sint atq; adu
sta, vt carnes leonis. Prohibitæ quoq; sunt eis aues quę
dam rapaces, cū sint nimiæ siccitatis, & aues quædam
aquaticæ, cum sint nimiæ humiditatis . Animalia vero
ruminantia vngulāq; findentia, sunt eis ad māducandū
concessa, Sunt em̄ medie complexionata, et hñt humo

res bene digestos. Nam quod non sunt nimium humida, testantur vngulæ, quod autem non sunt nimis terrestria, patet ex hoc quod non habent continuam vngulam. In piscibus demum concessi sunt eis pisces sicciores, squamas pennulasque habentes, per quas fit moderata complexio piscium. Aues etiam magis temperatæ sunt eis concessiæ, vt gallinæ & perdices. Alia horum ratio extitit, detestatio idolatriæ. Gentiles namque, & sertim Aegyptij inter quos erant Iudæi nutriti, alia quæ Iudæis ad edendum concessa sunt, non manducabant, sed vt deos colebant, vt ouem & bouem. Alia vero quæ Iudæis prohibita fuerant, aliqua comedebant. Generaliter vero prohibitus eis fuit sanguinis esus, quatenus crudelitatem humanique sanguinis effusionem horrerent. Et quia idolatræ sanguinem immolatorum colligebant, & circa eũ edebãt: Propter quod dominus iussit sanguinem effundi, & puluere operiri. Eadem ratione nonlicuit eis comedere suffocata & strangulata, quoniam sanguis eorum non separatur ab ipsorum corporibus, vel quia in tali morte animalia multum affligũtur, idcirco voluit eos dominus a tali crudelitate arcere circa bestias, quatenus inuicem misericordes cõsisterent. Adeps autem eis prohibitus fuit, quia idolatræ adipem comederunt in suorum hor ore deorum, & ga cremabatur ad dei honorem, & quia adeps & sanguis non generant bonum nutrimentum, vt asserit Rabi moyses. Porro ratio figuralis istorum est, nam per animalia prohibita designantur, secundum Augustinum, quædam peccata vitanda. Animal ergo quod vngulam findit ac ruminat, mũdum fuit, quoniam vngulæ fissæ distinctionem designant duorum testamentorum, vel patris & filij, vel duarum naturarum in Christo, discretionemque boni ac mali. Rumination autem significat meditationem scripturarum, & altum intellectum earũ. Cuicumque vero aliquid horum deest, spiritualiter immundus est. Pisces quoque habentes squamas & pennulas, mundi erant, quia per pennulas contemplatio, per squamas signatur aspera pœnitentialisque vita. In ag-

la vero quæ alte volat, prohibetur superbia. In Gri-
pho, qui equis atque hominibus molestus est, prohibet
potentum crudelitas. In Aliecho, qui minimis pascitur
animalibus, signantur qui pauperibus graues sunt. In Miluo
insidijs vtente, figurantur fraudulenti. In Vulture, qui ex
ercitum sequitur vt cadauera deuoret occisorum, signi
ficantur qui amore lucri hominum necem discordiaq; procurant. Per coruos, qui voluptatum libidine deni
grantur. Per Struthionem, qui quamuis sit auis volare
tamen non valet, sed terræ adheret: designantur homi
nes qui licet sint rationales, deo tamen nō militant, sed
sæcularibus implicantur negocijs. Per Nocticoracem
qui in die non videt sed nocte, signantur qui in tempo-
ralibus sunt acuti, in spiritualibus autem obtusi. Larus
vero eos figurat, qui circumcisionem & baptismum si-
mul honorant. Per Accipitrem significantur, qui poten
tibus causa prædandi deseruiunt. Per Bubonem, qui in
die latet & nocte vagatur, luxuriosi signantur. Per
Mergulum, qui sub aquis diu moratur, gulosi, qui se in
aquis delitiarum demergunt. Per Ibidem longum ro-
strum habentem & ex serpentibus pastum quærentem
signati sunt inuidi, qui ex aliorum malis quasi ex ser-
pentibus reficiuntur. Per Cygnum candidi coloris lon-
gique colli, signantur hypocritæ, qui per apparentis ni
torem iusticiæ terrena lucra conquirunt. Per Onocra-
talum, qui est auis orientis, longum rostrum habens,
atque in faucibus folliculos in quibus primo cibum re
ponit, quem post horam in ventrem transmittit; figur
tur auari qui temporalia nimia diligentia cumulant.
Per Porphyrionem, qui præter aliarum auium modū
habet vnum pedem latum ad natandum, alium fusum
ad gradiendum, in aquis natans in terraque ambulans
qui solo morsu bibit & omnem cibum aquis intingit,
illi signantur, qui secundum aliorum voluntatem nil
agere volunt, sed solum secundum propria affectus in-
clinationem. Per Herodionem, qui falco vocatur, signi
ficantur quorum pedes veloces sunt ad sanguinis effu-
sionem. Per Caradrion, quæ auis est garrula, figuran

loquaces. Per vpupam in stercoribus nidificantem, quę pascitur fimo, & in cantu gemitum simulat, designant tristes tristicia sæculi, quæ mortem operatur. Per vespertilionem in basso volantem, signantur qui sola terrena appreciantur. Circa volatilia vero quadrupedia concedebantur Iudæis ea dūtaxat, quæ posteriora crura habent longiora, vt queant salire. Alia vero quæ terræ magis adhærent, prohibebantur, quia qui quatuor euangeliorum doctrina abutūtur, mūdi reputantur.

Inter plantas vero non est facta distinctio, quoniam vsus plātarum ante diluuium fuit. Vsus autē carnium postea videtur inductus, magisque ad curiositatem atque delitias, quā ad necessitatem pertinet vitæ. Et ergo volens deus populum suum ad simplictorem reducere victum, animalia multa prohibuit. Iussit quoque dominus ne coquerent hœdum in lacte propriæ matris, quia hoc facere ad crudelitatem pertinet eius qui cogt Lac namque matris ad alimentum, non consumptionē sobolis ordinatur, Vel qa gentiles hœdum in lacte matris coquere consueuerint. Figuraliter autem p hoc significaturquod Christus qui signatur per hœdum propter similitudinem cārnis peccati, non erat coquendus id est, occidendus in lacte matris suæ, id est, tēpore suæ infantiæ. Rursus qa Gentiles primitiuos fructus fortunatos & dīs suis offerendos putabnt, præcepit dominus populo suo, vt trium primorum poma annorum reputarent immunda. Quarti vo anni poma deo offerrent, tamquam primitias fructuum. Quinto autem anno ipsi vescerentur ex eis, & deinceps. Spiritualiter aūt p ista signat, qd post tres status sub lege, scilicet, post Abraham Dauid, & transmigrationem Babylonis, erat Christus deo offerendus, ex cuius nos deinceps sacramētis reficimur. Prohibuit etiam dīs, ne vterentur vestimentis ex lana & lino contextis, quia huiusmodi vtebantur idolatræ. Et ne vir indueretur veste fœminea Vel econtra, qa in sacris Martis mulieres vtebantur vestimentis virorum, & in sacris Veneris viri induebant vestibus fœmineæ. Ratio autem spiritualis est, nam

Exod. 24.

per veſtem ſimplicem innocẽtia deſignatur. Mulier q̃q̃ docendi officiũ vſurpare non debet. Quamuis vero, teſte Apoſtolo, non ſit deo cura de bubus, videlicet quia nõ curat nec exigit, quid homo circa ea agat ex affectu rationis. omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius: curat tamen deꝰ quomodo homo ſe habet ad bruta, quãtum ad affectum paſſionis. Voluit igitur dominus, vt circa brutorum pœnas eſſent compacientes, quatenus ita aſſueſcerẽt miſereri atque ſuccerere proximis. Ideoque prohibuit alligari os boui trituranti, & matrem cũ pullis occidi. Vel in deteſtationem idolatriæ. Reputabant enim Aegyptij nephas bouem comedere ex frugibus terræ. Simili ratione prohibuit diuerſorum animalium cõmixtiones, talibus namq; vtebant Aegyptij in obſequium planetarum, qui ſecundum coniunctiones diuerſas varios ſortiuntur effectus, Etiam ad tollendam occaſionem libidinis, vicinque contra naturam. Vnde Rabimoſes narrat fuiſſe traditum in traditionibus Iudæorum, quatenus oculos ſuos auerterent ab animalibus tẽpore commixtionis. Spiritualiter autẽ non debemus tenere matrem cum filio, id eſt, literalem ſenſum cum ſpirituali. Sed & boui trituranti, id eſt, prædicatori verbi diuini, non eſt os alligandum, id eſt, neceſſaria vitæ tollenda. Prohibuit inſup deus populo ſibi peculiari, ne ſimul ararent in boue & aſino. Sic enim Aegyptij in veneratione diuerſæ coniunctionis ſtellarum arabant. Ratio autem figuralis eſt, nam in prædicatione diuina fatuus, qui ſignatur per aſinum propter hebetudinem ſenſus, non eſt ſociandus boui, id eſt, viro vtili atque perito. Præcepit quoque dominus, ne ſacerdotes minores, qui certis temporibus miniſtrabant in templo ingrederentur ad omnem mortuũ, niſi ad patrem ac matrẽ, & valde proximos, ne contaminarent. Et hoc ad excludẽdũ idolatriæ cultũ. Sacerdotes etenim idolorũ in ritibꝰ ſuis oſſibus mortuorũ & carnibus vtebãt. Pontifex vero q̃m ſemp paratus eẽ debebat ad cultũ diuinum, ad nullum mortuum ingredi potuit. Mandauit quoque dñs ne barbã caput q̃ raderent, aut carnem ſuam, vel veſtem

1.Tim.2. 1.Cor.9. Pſalmo.8. Deut.25.

incideret quia enim talia sacerdotes Gētilium faciebāt Spiritualiter autem horum ratio est, quoniam sacerdotes ab operibus mortuis, id est, peccatis, esse debent immunes, nec debent radere caput, id est, deponere sapiētiam vel barbam, id est, scientiæ perfectionem, nec vestem aut carnem incidere, id est, schismati consentire.

¶DE PRAECEPTIS IVDIcialibus veteris testamenti, ad principe ac populare conuictum ptinentibus.

Articulus octauus.

Exodi.20. HAec sunt præcepta atque iudicia, quæ cōstituit dominus per Moysen inter se & filios Israel. Iudicialia veteris legis præcepta dicuntur quæ moralia præcepta legis diuinæ ordinant atque determinant, quantum ad conuersationem hominum mutuam, quēadmodum illa præcepta cerimonialia appellantur, quæ præcepta moralia diuinæ legis determinant, quantum ad cultum diuinum exteriorem colendi que modum, vt ante latius demonstratum est. Ordinatio aūt humanæ vitæ sine principe cē non potest ac iudice, qui sit iusticiæ custos & velut quædam anima iusticia, ad quam subiecti in omni necessitate recurrant. Sunt vero quatuor species principatus, secundum Philosophum, quorum præcipuus dicitur Regnum, in quo vnus regnat secundum virtutem & æquitatem, Et aristocratia, in qua multi boni princincipantur, vniusque virtuosus omnibus præsidet, & talis principatus ad omnes quodammodo pertinet. Nam principātes
Nume.11. ab omnibus eligūtur, & ex omnib⁹ eligi possunt. Talis vero extitit prīcipat⁹ sub veteri lege, scd'm ordinatiōnē diuinā. Moyses namque successoresque eius prērāt populo, tamquam singulariter omnibus dominantes, quod est quædam species regni. Eligebantur quoque seniores secundum virtutem, vt principarentur sub ipso
Deuter.1. & singuli propriū exercerent officium, sicut in Deutero.

Moyses ait. Tuli de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, constituique eos vobis principes, & hoc ad speciem principatus quæ aristocratia dicit, pertinet. Sed demo:ratiam cõcernit, quod tales de omni populo eligebantur. Sicut in Exodo legitur: Prouide de omni populo viros sapientes. Et ad hoc pertinet, quod populus eos elegit. Nam in Deuteronomio dicitur. Date ex vobis viros sapientes. Optima ergo fuit ordinatio legis, quantũ ad principes. Aduertendum tamẽ, q̃d dominus institutionẽ summi principis non dedit populo, sed sibi retinuit. Populus enim Iudæorum sub speciali cura dei regebatur. Propter q̃d in Deutero. scribit. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris. Et ergo Moyses moriturus pro constitutione summi principis deum deprecans, dixit. Prouideat dominus deus spirituum vniuersæ carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, sicq; per electionem diuinam ordinatus ẽ Iosue. De singulis quoq; iudicibus, qui post Iosue erant legitur, quod dominus suscitauit populo saluatorem, & quod spiritus dei erat in ipsis. Vnde electionem regis non commisit dominus populo, sed sibi seruauit, quemadmodum in Deuteronomio dicitur. Eũ constitues tibi regem, quem dominus deus tuus elegerit. Quamuis autem optima gubernatio populi sit, vt per regem regatur, tale enim regimen propter vnitatem regentis demonstrat potissime regimen diuinum, quo vnus deus mundum gubernat. Lex tamen non concessit eis regẽ a principio cum plenaria potestate, sed iudicem. Quoniã regnum propter magnam potestatem regi concessam de facili in tyrannidem vertitur. Magna enim potestate bene vti perfectorum est. Quia ergo Iudæi crudeles auaricque fuerant, facilime ad tyrannidem declinare poterant. Ad vitandum ergo periculũ, non concessit eis dominus regem. Postea vero quasi indignans regem cõcessit, quemadmodum ad Samuelem dixit, Non te abiecerunt, sed me, ne regem super eos. Instituit tamen, vt circa regem eligendum expectarẽt diuinum iudicium, & ne facerent regem alterius gen-

Exodi. 18.

Deute. 1.

Deute. 7.

Nume. 27.

Deute. 17.

1. Reg. 8.

tis. Tales nāq; par̄ affici solent populo, cui præficiūtur. Ordinauit quoq;, ne rex multiplicaret currus & equos vxores atque diuitias. Talia enim occasionem præbent relinquendi iusticiam. Instituit etiam, vt legem dei cogitaret quotidie, in dei timore & obedientia perseuerando, & ne per superbiam tumens subiectos contemneret, siue opprimeret. Diuisio autem regni Israelitici in pœnā a deo inducta est, qa frequenter contra regnū Dauid iniuste litigabāt. Idcirco per Osee dn̄s ait, Dabo tibi regem in furore meo. Et iterum. Ipsi regnauerunt & non ex me. Quod vero primo Regum habetur, Hoc erit iur regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, ad tyrānidē ptinet, nec diuina institutione sancitum est. Sed prædicitur vsurpatio regum, qui potestate abutentes ad crudelitatem flectuntur. Potest tamen rex absque tyrannide filios populi tollere, eosque tribunos & centuriones constituere, ac multa a populo exigere propter procurandum bonum commune. Denique secundum Augustinum, populus est cœtus multitudinis, iuris consensu & vtilitate virtutis sociatus, videlicet vt communicatio hominum mutuo iustis præceptis ordinetur. Communicātio autem hominum vna fit autoritate principum. Alia vero propria voluntate priuatarum personarum. Lex ergo circa vtramque communicationem populum dei sufficienter instituit. Statuit enim iudices sicut in Deuteronomio legitur, Magistros & iudices constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio. Circa possessiones vero optimum est, vt sint distinctę: vsusque earum partim sit proprius possidenti, & partim communis. Lex ergo diuina instituit diuisionem possessionum. Sic in Nume. legit: Ego dedi vob̄ terrā possessionem quā sorte diuidetis. Et ne diuisio talis non regulata periret, ordinauit, vt pluribus daretur possessio latior, paucioribus autem angustior, ne etiam possessiones in perpetuū vendantur, sed tempore certo ad pristinos possessores re-

Deut 6

Osee 13

Osee 8

.1.Num.3,

(uerterentur, ne sortium

confunderetur diuisio. Propter q̃d etiã ordinauit vt proximi succedãt morienti, mulieresq; nuberent suæ tribꝰ hominibus. Quia vero possessiones aliquo modo debẽt esse communes, concedebatur, vt quisq; vineam ingressus amici, comedere posset quantum ei sufficeret: dum modo nil secum efferret. Quantum vero ad pauperes, institutũ erat, vt eis manipuli oblitti & fructus racemi quoque remanentes relinquerentur. Voluit enim lex ad mutuam dilectionem inducere populum, sicut ait Apostolus: Qui diligit proximũ, legẽ implcuit. Dilectio autem est communicatio propriꝝ boni. Et ergo vt assuescerent sibi mutuo de facili communicare, prædicta instituit. Prohibuit autem lex possessiones vendi in perpetuum: sed solum ad certum tempus, quo finito eo redirent ad pristinos dominos ne euentiret confusio sortium. Regulatio enim & conseruatio possessionum, secundum Philosophum, multum est vtilis pro bono communi: alias possessiones ad paucos venire valerent. Et ideo, vt ipse refert, statutũ fuit in quadam vrbe gentilium, ne qs possessionem sine euidenti necessitate detrimentoque venderet. Concessit tamen lex, vt domus vrbanæ in perpetuum venderentur, quia forte distinctæ non erant, neque ad numerum certum redactæ, sed additio eis fieri potuit. Ordinauit insuper lex, vt ad mutuum exhibendum proni essent, nec ab hoc anno remissionis propinquante desisterent, nec cum cui mutuassent vsuris grauarent, aut pignus vitæ necessarium exigerent: nec mutuata importune velut exactores repeterent, vel domum debitoris intrarent pignus quærendo, seu ad placitum accipiendo: sed foris starent, et ille eis præberet quo melius carere valerent. Circa animalia vero mutuata lex statuit, vt si propter negligentiam eius cui mutuata fuerant seu eo absente morerentur, vel debilitarentur ex incustodia sua, reddere teneretur. Sed si eo præsente & diligentiam adhibente deficerent, Rom. 13.

non tenebatur reddere, maxime quando mercede conducta fuerunt. Si vero non essent conducta, potuisset habere iusticiam aliquam is qui mutuauit, vt tantum reciperet quantũ vsus animalis mortui aut debilitati potuisset conduci. Differt autem depositum a mutuo, quia depositum traditur alteri ad vtilitatem deponentis, q̃ tenus sibi tutius conseruetur: mutuum vero ad vtilitatẽ ei⁹ cui cõcedit. Ideo ad restitutionẽ depositi nõ tenet homo sicut ad restitutionem mutui, in casibus certis.

Ex defraudatione tamen depositi periculum maximum imminet, propter quod vehemens cautela adhibenda ẽ circa deposita. Dicitur enim. 2. Machabeorum; Sacerdotes inuocabant de cælo eum, qui depositis legem dedit, vt his qui deposuerunt ea, salua custodiret. Et ideo in Exodo habetur, quod in amissione depositi statur iuramento eius, apud quem fuit depositum. Statuit quoque lex, vt mercenarijs statim merces daretur, ne necessarijs indigerent. Et vt populus in maioribus dubijs & grauioribus causis ad superiorem recurreret iudicẽ, videlicet summum sacerdotem, cuius erat determinare dubia circa ceremonias cultus diuini, vel ad regem, qui ea determinabat quæ ad iudicia hominum pertinent, sed in minoribus causis & dubijs cõtenti essent iudicibus, q per singulas vrbes sedebant, nisi illi inter se discreparent & vacillarent, de quibus omnibus & alijs multis diuersæ leges iudiciales in veteri testamento datæ sunt atque cõscriptæ. Statuit etiã lex, vt in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. In humanis enim negocijs haberi non potest certitudo infallibilis & demonstratiua, sed sufficit coniecturalis probabilitas & persuasoria ratio. Est autem verisimile atque ꝓbabile, verum id esse in quo tres, id est duo testes & ille cum quo testantur; vel quatuor, id est tres testes, & is pro quo testantur, conueniunt. Dummodo in suo testimonio non vacillent, neque aliunde habeantur suspecti, & diligentissime præexaminati concordent. Per duos tamen vel tres testes, qui asseruntur idonei, designatur diuinarum personarum, quæ interdum duæ, inter-

2. Mac. 18.

Exodi. 22.

Leuit. 16.

Deute. 17.

dumque tres exprimuntur, immobilis veritas, secundū Augustinum. Potest autem mouere, cum pœna sit secundum culpæ quantitatem taxanda, cur lex iussit pro oue vna furata quatuor reddi: sed pro boue vno furato reddi quinque, in alijs vero rebus restitui duplum. Considerandū ergo, q̄ grauis pœna non semper infligitur propter magnitudinem culpæ, sed etiam propter alias rationes, scilicet vt homines propter pœnam terreantur & territi corrigantur: vel quia in peccato est concupiscentia & delectatio magna, propter quā a peccato tali homo non cessat, nisi per maximam pœnam: vel propter facilitatem committendi peccata, & in ipsis latendi.
Circa quantitatem vero culpæ est quadruplex gradus. Interdum enim homo committit malum omnino inuoluntarie, & sic penitus excusatur, vt cum puella violenter opprimitur, quamuis clamet & renitatur, vel cum peccatum est partim inuoluntarium, & tamen propter passionem patratur, vt dum ex infirmitate peccat, tunc enim pœna minuitur secundum diuinum iudicium & item humanum, nisi forte propter aliorum timorē expediat sic peccantem puniri. Secund⁹ gradus est, dū anima per ignorantiam peccat, non quidem diuini præcepti quod omnes scire debent, sed facti, tunc namque peccatum minuitur, & ergo per iudices non puniebat, sed sacrificijs delebatur, quemadmodum in Leuitico habet Anima cum per ignorantiam peccauerit, &c. Terti⁹ gradus est, cum homo per superbiam, id est, ex elatione mali, aliquid agit, & tunc pœna secundum quantitatem culpæ infligebatur. Quartus gradus est, dum aliquis ex pertinatia atque proteruia peccat, tunc namq; tamquā legi rebellis & eius destructor occidebatur. Lex autem pensauit in furto id quod frequentius accidit. Pro furto igitur rerum quæ faciliter custodiuntur, ordinauit duplum restitui. Oues vero quia pascuntur in agris, difficulter custodiuntur, vbertimque per furtum subtrahebantur. Et ideo lex pœnam furti hic auxit, statuens pro oue vna furata q̄tuor reddi, & pro vno boue quinque, quoniam boues difficilius custodiuntur, quam oues, qa Leuiti. 4.

non pascuntur gregatim, quemadmodum oues. Sed si animal sublatum inuentum fuisset viuum apud alium, non exigebatur nisi duplum, tunc enim æstimari potuit quod non animo furandi sublatum fuerat, quia occisum non fuit. Denique vt Cicero ait & Augustinus allegat, Octo sunt genera pœnarum in legibus, damnū verbera, vincula, talio, ignominia, exilium, seruitus & mors. Omnes autem has pœnas lex aliquo modo inflixit. In grauioribus enim quibus contra deum peccat vt blasphemia in homicidio quoq; & furto hominum in irreuerentia ad parentes, in adulterio atque incestu, mortem corporalem induxit. In aliarum rerum furto adhibuit pœnam damni, in percussuris vero & mutilationibus & falso testimonio talionem, quemadmodum

Exod. 21. scriptum est, Liuorem pro liuore, dentem pro dente. In minoribus autem inflixit flagella & ignominiam, vt in

Deut. 25. eo qui noluit suscitare semen propinqui. Seruitutem vero adhibuit furi, qui non habebat quod redderet, & ei q̄ septimo anno, q̄ fuit annus remissionis, liber egredi noluit. Pro pœna enim tunc ei rependit, vt in perpetuum in seruitute maneret. Exilium vero lex in toto nulli imposuit, ne si extra populum diuino cultui deditum ad idolotram proficisci cogeretur, ad idolatriā de-

Regū. 26. clinaret. Et ideo Dauid ad Saul dixit, Maledicti sunt, q̄ eiecerunt me hodie vt non habitem in hæreditate domini, dicentes, Vade serui dīs alienis. Erat tamen particulare legis exilium, vt dum aliquis ad vnam ciuitatū refugij transiit, & in ea vsque ad summi sacerdotis mortem permansit. Præcepit etiam lex bruta occidi, non propter propriam culpam, sed in pœnam dominorum suorum. Sunt alia multa iudicialia veteris legis præcepta, rationabili causa nequaquam carentia, quia ab eo dona-

Eccle. 1. ta sunt, qui est fons sapientiæ, & verbum dei in excelsis dominus noster Iesus Christus, qui est cum patre & almo Paracleto super omnia deus fortis & gloriosus,

Amen.

DE PRAECEPTIS IVDIcialibus veteris legis, ad extraneos atque domesticos pertinentibus.

Articulus Nonus.



Vdicia domini vera, iustificata in semetipsa. Quoniam per legem diuinam homines in oibus congruenter reguntur, Idcirco continentur in veteri lege iudicialia q̃dam præcepta, quibus instruebatur populus dei qualiter ad extraneos se haberet. Scriptum em̃ est in Exodo, Aduenam non contristabis, & peregrino molestus non eris. Voluit ergo lex, vt ad aduenas secum habitantes benigne haberent se, peregrinis vero pacificum transitum p̃ terram suam concederent, volentibus quoque ad dei cultum ac legem conuerti pium præberent assensum. Non tamen statim recipiebantur, vt ciues, sed sapienti moderamine vsa est lex Statuit namque, vt Aegyptij & Idumæi in tertia generatione ad consortium populi dei reciperentur, propter affinitatem eorum ad Hebræos. Nam apud Aegyptios nati nutrique fuerant. Et Esau pater Idumeorum frater extitit Iacob, Amonitę ẏo ac Moabitę nunq̃ in cõsortiũ ciuile reciperentur, quia hostiliter se aḡ pios habebãt cum egrederentur Aegyptum. Amalachitæ quoque q̃niam durius se habuerunt contra Iudæos quam alij, q̃si perpetui hostes haberentur, quemadmodum scriptum ē Bellum dei erit contra Amalech a generatione in generationem. Ordinauit etiã lex q̃mõ se haberent ad hostes videlicet, vt primo ciuitati pacem offerrent, & postmodũ fortiter dimicarẽt, sperãtes in adiutorio dei. Et vt in illo magis cõfiderẽt, statuit lex, q̃tenꝰ sacerdos eos moneret, atq; diuinũ sponderet subsidiũ. Formidolosos aũe & alios q̃sdã lex remitti p̃cepit. Verũtñ a cultu dei et his

Psal. 18.

Exod. 23.

Deute. 23.

Exod. 17.

Exod.17, quæ ad animæ spectant salutem, lex nullum prohibuit, nec aliquem a beatitudine repulit, vt in Exodo patet. Si quis voluerit in vestram transire coloniam, &c. sed quantum ad temporalia cõmoda, scilicet ciuilitatem, p̃ dicta distinctio intelligi debet, quæ tamen dispensatio

Iudith.14. nem admisit. Legitur enim in libro Iudith. Quemadmodum Achior dux filiorum Amon appositus est ad popu

Ruth.3. lum dei, & omnis successio eius, propter actum virtuosum quem fecit. Ruth quoque Moabitis quoniam mulier erat virturis, statim ad ciuilitatem admissa ẽ. Licet dici posset, prohibitionem illam extendi duntaxt ad viros. Spurii autem propter vilitatẽ originis & eunuchi quibus conuenire non potuit honor paternus, excludebantur vsque ad decimã generationem ab Ecclesia dei id est collegio populi. In populo enim Iudæorum cultº

Esaiæ.56. diuinus per carnalem progeniem cõseruabatur. Non autem excludebantur a gratia, Sicut in Esaia legitur, Non dicat eunuchus, ego lignum aridum. Permissum autem erat Iudæis vsuras ab alienis recipere, propter pronitatem eorum ad auaritiam, & vt magis tranquilli essent circa extraneos, a quibus lucrum captabant. Quarundã quoque ciuitatum mares & fœminas atque infãtes deo iubente occiderunt, propter maximam iniquitatem earum. Porro domestica conuersatio cõseruatur per duo videlicet sustentationem vitæ vniuscuiusque personæ & per generationem continuam. Sunt ergo in conuersatione domestica tres ordines, scilicet, domini ad seruum, viri ad comugem, parentis ad prolem. Lex autem

Exod.21. diuina quantum ad singulos congrua dedit præcepta. Iussit enim seruos pie tractari, neque laboribus immoderate vexari, nec mutilari, quod si dominus mutilationem inferret, priuaretur suo dominio, & seruus liber abiret. Seruum vero hebræum septimo anno cum omnibus suis atque viatico debere dimitti. Et idem statuit

Deut.25. inter dominam & ancillam. Ordinauit etiã lex, vt fœminas ducerent propriæ tribus, ne sortium periret distinctio, & vt homo reciperet coniugem fratris sui sine prole defuncti, suscitretque nomini eius semen, quod

cēt eius p adoptionē, ne ipsius memoria penit⁹ abole ret. Ne etiā vxores alienigenas ducerent, propter seductionis periculum, & ne mulieres receptæ ex leui suspitione diffamarentur a viris, neque propinquæ in vxores reciperentur, ꝓpter reuerentiam naturalē ad eas. Præcepit quoque lex, vt parentes filios suos in fide & moribus informarent, disciplinam impenderent, curamque condignam haberent. De quibus omnibus atq; similibus præcepta multa diffuse in Deuteronomio & Exodo plene digesta sunt.

¶DE DVRATIONE ATQVE cessatione prædictorum præceptorum, & de noua lege.

Articulus Decimus.

ECce dies veniunt, dicit dominus, & feriā domui Israel & domui Iuda pactum nouum, & dabo legem meam in visceribus eorum, & in mentibus eorum superscribā eam. Hoc verbum Hieremiæ prophetæ allegat Apostolus in datione nouæ legis impletum. Triplicia autem erant veteris legis p̄cepta, videl. ceremonialia, iudicialia atq; ceremonialia. Quātū ꝟo ad p̄cepta moralia, lex vetus ō desiit neque per Christum euacuata est, sed magis pfecta. Propter quod in Baruch legitur: Hic liber mandatorū dei, & lex quæ est in æternū. Sed quoad p̄cepta ceremonialia ac iudicialia, lex vetus cessauit. Ceremoniæ nāq; veteris legis figuratiuæ fuerant Christi, quia secūdum Apostolum erant vmbra futuri, et in figura omnia contingebant eis. Figuram vero oportet cessare, veritate aduenientе & propalata. Vnde secundum Augustinū Christo prædicante simul currebant lex & euangeliū. Sed post diuulgationem euangelij omnino cessarunt, et non solum mortuæ, sed & mortiferæ erant. Durante vero ipsa euangelij publicatione mortuæ erant, quoniam non obligabant, non autem mortiferæ, quoniā absque peccato seruari valebant. Præcepta quoque iudi-

Hiere. 33.
Hebre. 8.
Baruch. 5.
Hebre. 10.

alia cessauerunt, aliter tñ quã ceremonialia. Quia em̃ iudicialia principaliter ordinabantur ad disponendũ ac rectificandum statum ac vitam cõuersationis humanæ, inter homines statuendo æqualitatem iusticiæ, idcirco directe & ex propria ratione, figuralia non fuerunt, quemadmodum ceremonialia, sed solum ex consequenti, inquantum totus ille status Synagogæ figuratiuus extitit status ecclesiæ: Sicut & nunc status ecclesiæ militantis, typum gerit status ecclesiæ triumphantis, quæ est Hierarchia cælestis. Iudicialia ergo p̃cepta euangelio diuulgato sunt mortua, quia vim obligandi non retinẽt, non autem mortifera. Possent enim a rege vel principe, si expediret, institui, atque a subditis obseruari, dummodo non obseruarẽtur nec statuerentur, in quantum ad veterem legem spectabant, sed ea ratione, quia præsenti hominum statui conuenirẽt. Denique sicut ante legem scriptam erant iudicialia q̃dam præcepta, non quidem ex institutione diuina, sed naturali hominum ratione ordinata. Sic erant & ceremonialia aliq̃ ante legem, non ex institutione diuina sed secundum voluntatem deuotionemque colentium deum, quemadmodum oblationes & sacrificia & holocausta secundum propriam suæ deuotionis æstimationem offerebant antiqui, prout eis cõgruum videbatur, vt in rebus a deo præceptis deum venerarentur aliqua ei offerendo, per quæ se omnia a deo sortitos, p̃fiterentur, quasi a primo principio, atque ad eum cuncta referrent, sicut in vltimum finem summumque bonum. Sed quoniam ante legem quidam viri perfecti & spiritu pollentes prophetico extiterunt, credibile ẽ, tales a spiritusancto fuisse inductos & motos, ad determinatum & certum diuini cultus ritum ac modum, qui & interiori cultui dei pro tempore illo congrueret, & ad designanda Christi mysteria idoneus esset. Cultus enim dei exterior qui per ceremonialia præcepta determinatur, consonare atque congruere debet cultui diuino interiori, sicut signum signato, & figura figurato. Cum ergo interior dei cultus in noua lege alius sit

ab antiquæ legis interiori cultu & eo perfectior, statuique felicitatis futuræ propinquior, ideo ceremonialia nouæ legis distingui oportet a ceremonialibus veteris legis, eisque expressiora & puriora cõsistere. Porro lex noua lex gratiæ appellatur, sicut ad Romanos ait Apostolus: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Gratia autem est qualitas decor atq; perfectio animæ, ideo lex noua non proprie dicitur lex scripta sed indita, quasi principaliter in gratia Christi consistens. Lex ergo noua veterẽ implet, quia quod ei defuit addit, videlicet perfectionis cõsilia, gratiã quoq; præbens ex merito passionis Christi qua homo potens efficitur ea implere quæ præcipiuntur, vmbræ etiam prophetiæ atq; figuræ veteris legis, in Christo ad effectum & veritatem pductæ sunt. Ipse enim ait: Vnꝰ apex non præteribit de lege donec omnia fiant. Cælum enim & terra transibunt, sed verbum domini stabit in æternũ. Non enim est deus vt homo vt mutetur, & triumphator in Israel non parcet nec pœnitudine flectetur. Fidelis enim dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui est super omnia deꝰ sublimis & benedictus, Amen. Roma. 8. Psal. 144.

¶AVTHORIS PROTESTATIO ad superiorem suum, quo motiuo sua in vtrumq; testamentum conscripserit commẽtaria opaq; reliqua.

EGo frater Dionysius toto corde profiteor, quod sacram scripturam exponere, paruitatem meam omnino transcendit, tam quantum ad scientiam & rationem professionis (quia monachus sum, cuius est lugere & illuminari, potius quam docere vel illuminare) q̃ ratione vitæ meæ, ĩ tãtũ ĩperfectæ et miseræ, sed in bonitate et gratia spiritusancti (q̃ (abiecta & contemp-

ſra & ea quæ non ſunt, infirma quoque & ſtulta mundi eligere conſueuit) confidens, hucuſque exercitium iſtud continuaui, & quantum in me eſt, paratus ſum p ſequi, dummodo ſapientiæ veſtræ iudicio placitum fuerit. Deprecor autem bonitatem ſpiritus ſancti, vt in id quod eſt magis ad gloriam ſuam, & meum vel aliorū profectum, mentem veſtram inclinare dignetur. Præterea fateor quod quantum meipſum pro viribus examinando deprehendere queo, non ſum mihi conſcius, quod ex aliqua vanitate, vel propter finem viliſſimū ſcilicet propter famam vel aliquid tale priuatum, temporaleue commodum, exercitium iſtud aſſumpſerim, vel proſequi optem, imo potius, vt occupando me q̄ti die in ſcripturis, ſecundum eas viuere valeam, veniendo ad veram humilitatem, manſuetudinem, patientiā quibus ſumme indigeo. Et ſi aliter eſt, vel alio fine hęc ago, tunc ſum bene & nimis miſerrimus, vtputa documentis ſacræ ſcripturæ tam inaniter, & inſipienter abutens. Totis tamen præcordijs deo gratias ago, quod tam iuuenis religionem ingreſſus ſum, vtpote viginti vnius anni exiſtens. In qua nunc per gratiam dei, quadraginta ſex annis permāſi, in quibus aſſidue, deo laus extiti ſtudioſus, & multos legi authores, ſcilicet ſuper Sententias, Thomæ, Alberti, Alexandri de Halis, Bonaueturæ. Petri de Tharento, Egidij, Richardi de media villa, Durandi ac aliorum. Libros etiam ſanctorū Hieronymi ſuper omnes prophetas, & alia multa volumina eius, Auguſtini, Ambroſij, Gregorij, Dionyſij Ariopagitæ doctoris mei electiſſimi, Origenis, Gregorij Nazanzeni, Cirilli, Baſilij, Chryſoſtomi, Damaſceni Boethij, Anſelmi, Bernardi, Bedæ, Hugonis, Gerſonis Guilhelmi Pariſienſis. Præterea Summas omnes vulgares & Chronicas, totum ius Canonicū & Ciuile quātum mihi conueniebat, multos commentatores vtriuſque Teſtamenti, & quicquid naturalium Philoſophorū habere potui, Platonis, Procli, Ariſtotelis, Auicennæ, Algaſelis, Anaxagoræ, Auerrois, Alexandri, Aphorabij Abubatheris, Eucmpote, Theophraſti, Temiſtij, ac alio

cum. Verum quo exercitium istud magis est spirituale laboriosum studio & negotio plenum, eo videtur mihi salubrius siue accommodatius ad mortificationem sensualitatis, & carnaliũ desideriorum, Fecit etiã me libentius manere in solitudine. Quamuis insuper scriptura sit multum euidenter & copiose exposita a magnis doctoribus, sanctisque patribus, tamen vt Gerson scribit, sicut exteriꝰ gustus secundum personas & tempora diuersificatur, & nunc isto nunc illo cibo delectatur, vicissim quoque vilioribus edulĩs amplius exhilaratur & confouetur, ita & de interioris gustus palato cẽsetur. Vnde in fine. 2. Machabeorum inducitur, quod alternis vti delectabile est, & nunc aqua nunc vinum delectat. Postremo Gerson docet q̃d in mẽsa sapientiæ noua semper fercula semper proponi debent. Absit tamen a me, abiecto atq; vilissimo, vt arbitrer me in mẽsa sapientiæ recentia fercula posse ponere. Sed vt sanctus Hieronymus ait: In domo deivnusquisque offert quod potest, nec aliorum opes, aliorꝫ inopia queũt fœdari, imo magis ornantur; quia oppositа iuxta se posita magis illucescunt. Item secundum Augustinum in libro de trinitate: Expedit de eadem materea plures scribi libros, quia non omnium scripta ad omnes deueniant. Et secundum eundem; Noua aliquibus amplius placent & conferunt. Sunt autem & aliæ causæ me mouentes, quas propter breuitatem omitto: & ne me ad obtinendam licentiam videar nimis armare. Nec istas tetigi intentione armandi me, &c. sed vt iuxta vestræ paternitatis commissionem, scribere atque ostẽderem vobis, quid cordis in isto exercitio geram. Itaque sub P. V. correctione scripta sunt hæc: quia & hæc scribere mihi commisistis.

¶ ALANVS DE RVPE SACRAE THEologiæ doctor deuotissimus, ordinis .S. Dominici in fine sui operis. De vtilitate Psalterii virginis Mariæ sic scribit.



Non ex reuelatione, sed ex librorum inspectione, aliquid satis vtile refero. Nam quicumq; ad honorem domini nostri Iesu Christi, glorioſiq; ſanguinis eius, in ara crucis & in paſſione pro nobis effuſi, voluerit dicere omni die centum Pater noſter & totidem Aue Maria, intra quindecim annos, quamlibet guttam ſanguinis Chriſti per vnum Pater noſter & Aue Maria ſalutabit. Et qui hanc orationem deuote dixerit, has quinque gratias obtinebit a domino. Prima q; tres animę de eius progenie quæ fuiſſent æternis ſupplicijs deputandæ, erunt participes æternæ beatitudinis, poſtquam deceſſerint ab hac vita. Secunda gratia eſt, q; ille qui hoc compleuerit, efficietur ita mundus ab omni peccato ſicut fuit in baptiſmo: imo mundior, quia gratia dei plenior. Tertia gratia eſt, q; huiuſmodi habebit tantam in regno cælorum mercedē, ac ſi ipſe ſolus totum effudiſſet ſanguinē ſuum, q; fide catholica, videlicet, ex coniunctione charitatis ad Chriſti paſſionem. Quarta gratia eſt, q; aliquis poſſet iſtam orationem cum tanto deſiderio ſoluere pro animabus in purgatorio exiſtentibus, quod dominus noſter ex magna ſua miſericordia, omnes iſtas animas, q; quibus oratio fit, cito ab oībus earum liberaret pœnis, ſicut fecit per beatum Dominicum aliquoties. Quinta gratia eſt, ſi quis iſtam inciperet orationem, & primo anno vel menſe ab hac luce migraret, nihilominus ipſe has gratias obtinebit ac ſi hanc orationem per quindecim annos perſoluiſſet. Has autē orationes, cum gratijs quinq; prædictis, dñs nr Ieſus Chriſtus cuidam ſibi deuoto reuelauit (ſicut legi) & per eas plurima operatus eſt miracula, in diuerſis Angliæ partibus, prout in domo Carthuſiæ prope Londonias plenius habetur. Beatiſſimus vero Ioannes Euangeliſta cuſtos ỹginis Mariæ digniſſim⁹, nocte vna iſta reuelauit p̄dicta tribus pſonis, affirmando iſta ita ỹa eſſe, ſicut illud Euangelium quod ſcripſit. In principio erat verbum.

Lib. Coll. Soc. Iesu Paderborni a°. 1611.

Epigramma ad lectorem.

Vos quibus eloquij diuini credita cura est,
Sistite quæso gradum, vos ego conuenio.
Gemma diu latuit densis suppressa tenebris,
Quæ nunc in lucem gestit iam esse nouam.

¶Coloniæ impensis integerrimi viri Petri Quentel ty pographi & bibliopolæ Colonensis. Anno. M. D. xxxij. Mense Ianuario.



O decus æternum virgo circumfua sole,
Sub pedibus cuius cynthia pulchra iacet,
Nostra tuæ soboli commendes vota precesq;
Vt nostrum recte perficiatur opus.

DIONYSII
CARTHVSIANI

Th
376

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN